# CLEMENTINAE, SEV CLEMENTIS V. PONT. MAX. CONSTITVTIONES,

In Concilio Viennenſi editæ,

*Ab Aegidio Perrino Officiali de Ioſayo diligenter recognitæ, gloſsis, argumentis, annotationibus, iuris patronatus arbore, & Ioannis Imolæ, Ancharani, Zabarellæ, Barbatiæ, Panormitani, aliorumq́ue doctorum commentariis feliciter illuſtratæ.*




ANTVERPIÆ,
*Ex officina Philippi Nutij.*
AN. M.D.LXXII.

2508811?

# CLEMENTINAE,
*SEV*
# CLEMENTIS V. PONT. MAX.
*CONSTITVTIONES,*

In Concilio Viennenſi editæ,

*Ab Aegidio Perrino Officiali de Ioſayo diligenter recognitæ, gloſſis, argu-
mentis, annotationibus, iuris patronatus arbore, & Io-
annis Imolæ, Ancharani, Zabarellæ, Barba-
tiæ, Panormitani, aliorumque docto-
rum commentariis felici-
ter illuſtratæ.*




ANTVERPIÆ,
*Ex officina Philippi Nutij.*
AN. M.D.LXXII.



In Clementinarum Conſtitutionum originem.

NOn temere vetus hæc ſententia dicitur, ortas
Ex prauis leges moribus eſſe bonas.
Nanque quòd in peius, retro & ſublapſa feratur
Mens hominum ſemper, crimine, fraude, dolo,
Danda fuere nouis noua item medicamina morbis,
Vulneribus multis multa adhibenda manus:
Quottidie & vitiis creſcentibus, oppoſita illis
Scribere iura malis plura neceſſe fuit.
Quod ſecum reputans, ſupremo pontificatu
Ornatus Clemens Quintus apoſtolico,
Burdegalæ reſidēs (nam & Vaſco, & Epiſcopus antè
Is quàm Papa foret, Burdegalenſis erat)
Ad Decretales, quas non ſatis eſſe videbat,
Inſuper & Sextum, plurima conſtituit.
Romanæ & per eum tranſlata eſt Curia ſedis
Lugdunum ad Gallos, ſic moderante Deo:
Atque decem luſtris & quattuor, ac tribus annis,
Sedit ibi, magno Roma dolore tuo.
Porrò quas tulerat gnomas, has edere Clemens
Non potuit, fati præueniente die:
Pòſt ſed Ioannes vigeſimus edidit illas,
Succedénſque ſacros addidit ad canones,
Ac Clementinas auctoris nomine dixit:
Quas typica hic ſcriptas exhibet arte liber.
Ergo ſuos vendat potius ſtudioſus amictus,
Quàm tam præclarum non ſibi quærat opus.
Rumpe moras igitur primæuo flore iuuentus,
Vertice cum cano turba ſenilis ades.
Neu fugite ob pretium, diues pauperq; venite:
Hoc opus eximium venditur ære breui.



*Procœmij diuiſio, & ipſius familia in declaratio ſecundū dominum Heliam.*

IOannes epiſcopus.} Diuide in quatuor partes aut in duas, & ſecundam in tres. In prima ponitur ſalutatio: dum dicit, Ioannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: mandat ſuppleo: & dicit ſalutem & apoſtolicam benedictionem dilectis filiis, ſcilicet doctoribus & vniuerſis ſcholaribus Bononiæ commorantibus, id eſt, moram gerentibus & facientibus. Et ſequitur in textu, Quoniam nulla iuris ſanctio. Et ibi ponit exordium. Dicit Clemens in hoc exordio, q iura ſunt ita ambigua & dubia quòd non poteſt reperiri modus aliquis vt iura bene declarentur propter malitiam hominum: quia dum iura fiunt de nouo, & quamuis bene & ſufficienter clara, tamen homines ſunt adeò & in tantum procliui & habiles ſeu proni ad malum, quòd ipſi interpretantur iura aliter quàm legiſlator ea intellexerit: & illa diuertunt & ſubuertunt de intentione ipſius legiſlatoris. Et narrat Clemens papa quòd tanti caſus emergunt de nouo quotidie, quòd impoſsibile eſt tot iura condi & fieri: quare dicit vt tantæ malitiæ vitentur, & iura aliquo modo clarificentur, & decætero non tantùm diuerſificentur, quòd recurrendum eſt ad auctoritatem principis, quæ in hoc eſt neceſſaria: qui princeps declarabit ipſa iura, & declarationem illam tenebuntur homines inſequi, & ſic ſuo ſenſui non innitentur. Quare dixit formalis textus. Quoniam, pro quia. Et nota quòd quia, & quoniam, ponuntur in eodem ſenſu: ſed quoniam, propriè præponitur, & ſic ſequentem ſenſum alligat. vt quoniam diſcis diſco: quia, quippe poſtponitur, & ſuperiorem ſenſum confirmat. dic ergo quia nulla ſanctio, id eſt, nulla conſtitutio iuris digeſta, id eſt, ordinata, conſummata, & explicata quantumcunque conſilio perpenſo, id eſt, valde penſato & cogitato: ſufficit ad varietatem humanæ naturæ: nec ſufficit ad machinationes, id eſt, ad dubitationes inopinabiles eius, ſcilicet iuris. nec vlla ſanctio attingit, id eſt, iuxta tangit, ad deciſionem lucidam. id eſt, lucidandam: ambiguitatis nodoſæ, id eſt, difficilis, eo præſertim, id eſt, intantum quòd vix aliquid ſtatuitur adeò, id eſt, taliter, & ſic certum, quoque pro &, & clarum quin reuocetur in dubium, id eſt, quin dubitetur, ex cauſis emergentibus, id eſt, incidentibus de nouo: quibus ſcilicet cauſis emergentibus iura iam poſita, id eſt, iam edita & facta non poſſunt mederi, ſcilicet quo ad deciſionum quæſtionem emergentium. Sequitur in textu: Quia ergo, aliàs eſt, quia etiam. Et hic dat conſilium ac ſi diceret, Poſtquam iura ſunt taliter & ita ambigua ſeu dubia quòd nulla ſanctio poſsit fieri, ita clara quin adhuc remaneant dubia aliqua. & ideo hìc dat vnum conſilium quòd auctoritas principis eſt neceſſaria propter malitiam hominum: qui homines ab adoleſcentia ſua ſunt procliui ad malum: ideo dicit textus, Ergo, id eſt, propter rationem ſequentem: quia ſenſualitas humana declinat ad malum ab adoleſcentia viri procliui, id eſt, facilis, ſcilicet ad malum, per quod, id eſt, propter quam malitiam non poſſunt fieri iura ita clara quin homo qui eſt procliuus ad malum ea reddat ambigua. ideo ſubuerſio, id eſt, deſtructio morum, ſcilicet bonorum obrepit, id eſt, latenter ſubintrat: frequenter, id eſt, ſæpe, in clero, in omnibus clericis & populo intellige. quare auctoritas ſuperioris eſt neceſſaria vt declaret iura dubia ſic facta dubia propter malitiam hominis procliui ad malum: vt ipſa auctoritas, id eſt, vt ipſa iura declarata auctoritate principis, ſeu declaratio ipſius principis tollat ambigua ſcilicet dubia: lites auferat per elucidationem, id eſt, per declarationem iurium, & dirimat, id eſt, ſopiat & extinguat altercationes tam per ſuffragium, id eſt, auxilium determinationis opportunæ quàm extirpet vitia per ſarculum cultoris prouidi: Et ponitur ibi ſarculum tranſumptiue. nam ſarculum dicitur inſtrumentum quo euelluntur inutiles herbæ. ſic princeps per ſarculum ſuum, id eſt, per auctoritatem ſuam tollit fatuas interpretationes hominum. Et dic vt auctoritas principis inſerat, id eſt, ſeminet virtutes per declarationem iuris: quia quando princeps declarabit iura ambigua, id eſt, ſeminabit virtutes & veram ſcientiam, cum ſua auctoritas non minorem vim habeat quàm ipſa lex bene interpretata: & vt auctoritas ipſius principis corrigat exceſſus, que pro &, & vt reformet mores corruptos in bonos. Hæc ſane. Hic eſt narratio in qua Ioannes papa commendat vel laudat actum Clementis, id eſt, laudat Clementem qui fecit iſtas Clementinas, & excuſat tarditatem ſuam videlicet quare citius librum iſtum non tradidit Clemens. Et dicit ipſe Ioannes narrans quòd Clemens papa videns &

*Quia, & quoniā licet idem ſignificent: tamē quātum ad ſitū differunt.*

*Sarculum quid ſit.*

*Clemens. 5. quare tempore ſuo nō*

## Clementis Papæ

Quinti conſtitutiones vnà cum profundo apparatu domini Ioannis Andreæ, Caſus literales, Notabilia, & Gloſſarum diuiſiones complexæ.

A attendens hæc quæ diximus in exordio, & volens ſeu cupiens proſpicere reformationi deformatorum & ſoluere difficilia, & intendens promulgare, id eſt, pronuntiare & manifeſtare plurimas conſtitutiones quas edidit, id eſt, quas fecit & compoſuit: in quibus ſtatuit multa ſalubria, id eſt, multa vtilia ad ſalutem. Et quamuis ipſe Clemēs decreuiſſet, id eſt, deliberaſſet mittere iſtas cōſtitutiones collectas, id eſt, ſimul aggregatas in vnum volumen: tamen propter hoc quod ſublatus eſt de medio, id eſt propter hoc quod mortuus eſt ſcilicet non nimis ſenex: iſta fuerunt in cauſa quare non expleuit, id eſt, quare non adimpleuit propoſitum ſuum, id eſt, ſuam voluntatem quæ erat de mittendo ſubditis Clementinas: quare dicit Ioannes papa ſic: Nos Ioannes qui ſucceſsimus eidem Clementi papæ, e-

B tiam impediti fuimus à tempore noſtræ promotionis, id eſt, à tempore quo fuimus electi in papam, quòd non potuimus committere & mittere prędictas conſtitutiones: ſcilicet iſtas Clementinas ſub bulla noſtra. Et dic ordinando aliqualiter textum. Sanè, id eſt, certè, Clemens papa quintus prædeceſſor noſter, attendens, id eſt, intelligens hæc quæ diximus in exordio, & cupiens, id eſt, deſiderans proſpicere reformationi deformatorum; & cupiens ſoluere difficilia, edidit, id eſt, fecit conſtitutiones plurimas ante & poſt concilium: in quibus conſtitutionibus ipſe ſtatuit multa ſalubria, id eſt, vtilia. & ipſe Clemens decidit, id eſt, terminauit nonnulla dubia, id eſt, aliqua dubia quæ dubia ſunt frequentata in iudiciis & extra iudicia. Et licet, id eſt, quamuis Clemens decreuiſſet mittere eas, ſcilicet Clemētinas collectas, id eſt aggregatas in vnum volumen: & quamuis decreuiſſet, id eſt deliberaſſet mittere eas collocatas ſub congruis titulis: & dare eas ſubiectis ſcilicet ſuis in commune, id eſt, vt communicarentur inter ſubditos: tamē occupatio aſsidua circa magna: quia erat impeditus ſuper rebus arduis: ac, id eſt, etiam conditio humanæ ſortis, id eſt, humanæ fortunæ quæ ſuſtulit, id eſt, remouit ipſum Clementem de medio per mortē: iſta ſcilicet fuerunt in cauſa quare ipſe Clemens non expleuit propoſi-

C tum ſuum, id eſt, ſuam deliberationem. Nos etiam Ioannes qui ſucceſsimus eidem Clementi Deo permittente, & ſic diſponente in officio apoſtolatus: quia ſummus papa, id eſt, vicarius Chriſti, ſicut & ipſe Clemens fuit. Et ſupple poſtquā ſucceſsimus eidem Clementi in officio apoſtolatus, ſic debemus ſibi ſucceſsiſſe in plenitudine effectus & poteſtatis ſuppleo: & maximè debemus ſibi ſucceſsiſſe in his, ſcilicet rebus quæ concernunt compendium, id eſt, lucrum vniuerſi ſcilicet orbis. Et nos Ioannes circunſepti, id eſt, circunquaque ſepti & circundati & vndique cincti tot grandibus agendis & arduis rebus fuimus hactenus, id eſt, vſque huc & vſq; ad hoc tempus impediti ab exordio, id eſt, à principio noſtræ promotionis, quòd tam ex hoc quod dicimus, quàm ex aliis cauſis rationabilibus quas prouidimus committendas ſub ſilentio, id eſt, quas tacemus pro nunc ſuppleo, non potuimus has conſtitutiones ſeu Clementinas communicare. Nunc igitur, id eſt, modo & in præſenti tempore tranſmittimus, id eſt, vobis mittimus illas conſtitutiones ſeu Clemētinas, captata opportunitate, id eſt, captato & deſiderato tempore congruo & conuenienti. Sequitur textus, vniuerſitati. Et hic ponitur concluſio quare nos Ioannes mandantes vni-

D uerſitati Bonon. per ſcripta apoſtolica quatenus eas ſcilicet Clementinas ſuſcipiatis prompto affectu & ſtudio alacri: vſuri ſcilicet ſitis eis Clementinis ſeu conſtitutionibus decętero, id eſt, amodo in iudiciis & ſcholis: illis ſuppleo conſtitutionibus ſeu Clementinis exiſtentibus vobis manifeſtatis & cognitis. hoc dicit præſens decretalis. No. primò ibi, doctoribus. doctores præferendos ſcholaribus ex ordine literæ. pro hoc. xliij. diſt. ſit rector. No. ex verbo, commorantibus. id quod notat gloſſa & extra glo. in procœmio Gregoriano. Et colligit Paulus quinque neceſſaria ſcholaribus vt proficiant: quæ ponit Hoſt. in c. vnico de officio primi. & ibi dixi. Franc. Zabar.

Gloſ. ſequens primò allegat duo propter quæ nomen Ioānis non extollit: oſtendens hoc nomen viguiſſe in Romanis pontificibus, in gloſſatoribus & doctoribus canoniſtis. Secundò rationē inducens operis imperfectionē excuſat. Tertiò auctorem procœmij de ſex virtuoſis cōmendat, & de mutatione nominis & aliis in ſalutatione dicendis remittit, & procœmium diuidit.

a Ioannes. gratioſum hoc nomen per interpretationes, deriuationes, vel etymologias, extollere non eſt meum: ſuſpi-

### Procœmium.

IOannes[a] epiſcop⁹ ſeru⁹ ſeruorum Dei, dilectis filiis, doctorib⁹,

*edidit clēmentinas.*

*Barb. hic dicit ex procœmio ſtatuē tiū n. ētem collig. l. ſi. ff. de hære. inſti. & generale procœmium ampliat legem ſpecialem. l. regula. §. & licet. ff. de iur. & fac. igno. e diuerſo reſtringit. l. generalem. l. hæc actio commodata. gl. ff. de cautum. & no. ex iſto tex. quòd epiſtola mittētis nomine omiſſo vitiatur. l. ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. ff. de teſta. addit idē Barba. quòd epiſcopus accuſatus ſedebit cū iudice. Bal. per text. illum l. quoties. C. vbi ſena. vel cla. & ſeruus effect⁹ papa efficitur liber. c. ſi ſeruus. 54. diſt. nihil enim eī obijcitur præterquā hæreſis. c. licet de vitāda c. ſignificaſti. de electio.*

*Ioannis nomen viguit ſup cætera inter ſummos pōtifices, & iuris canonici interpretes.*

Clementinæ.

cionis ratio patet. Eſſet etiam hoc refricare notiſsima. In apoſtolatu tamen hoc nomen ſuper cætera viguit.xxij. eſt enim ipſe qui loquitur, cum tamen reliqua Romanorum pontificum nomina xj.non trāſcenderint numerū: ad quem etiā ſolius Benedicti nomē aſcēdit. Inter canoniſtas etiam commentarios hoc nomē viguit. Habuimus enim Ioannem Theutonicum pręferendū, non ex ordine ſed ex fructu. Ioannem Galen. Vulteranum, Ioannem Hiſpanū, Ioannem Fauentinum, Ioannem de Faucona, Ioannem de Anchona, Ioannem de Deo, etiam Hiſpanū, Ioannem de Languicella Ceſenenaten. Ioannem monachū cardinalem. Ego etiam qui memor ſum inter duodecim doctores collegij Bononienſis me quartum fuiſſe Ioannem, nunc inter eos ſolus, ſed inter commentatores decimus, etiam denigro papyrum, fortè non dignus occupare mēbranas. Et quia (prout patet hic in exordio) etiam compoſitores iurium vix poſſunt tam clarum certumq́ue ſtatuere, quin dubia multa relinquant: excuſabilis ero, quòd in hac prima lectione vel gloſſatione ſingula non perfectè rimantur. Nam etiam in rebus experimur quæ naturaliter generantur, quòd in eis paulatim de imperfecto ad perfectū venitur. Sic & qui de veritatis cognitione à principio parum attingunt: poſtea quaſi pedetentim ad quandam pleniorem veritatis menſurā perueniūt. Igitur ſub hoc excuſationis clypeo licet variis occupatus, per fiduciā clementiæ diuinę has clementinas gloſſandas aggredior. Eſt autē ſciendum, quòd iſte dominus Ioannes pontifex induſtrioſus & mundus, ſimoniam fugās & iuſtitiam amans, ſcientia magnus, ſtatura puſillus, conceptu magnanimus, prius Iacob⁹ vocabatur. De hac verò mutatione nominis & aliis quæ ſalutationem hanc reſpiciunt, dic vt no. in ſalutatione lib.vj. Diuido autem hoc procemiū præter datam in quatuor partes aut in duas: & ſecundā in tres: vt ibi. In prima ponitur ſalutatio vſq; ibi. Quoniam. ibi exordium vſque ibi, Hæc ſane. ibi narratio vſq; ibi, Vniuerſitati. ibi concluſio vſque in fin.

*† Hanc benedictione primò introduxit papa Clemens, loco cuius ſcribitur ab eccleſia præciſis sporttum ſanto- rū conſilij. Et licet iſta benedictio omnibus proſit, qui tamen non ſtudent, nō gaudēt priuilegio ſtudij. Zuba. Van. Fon. † Alias, Quia ergo.*

*Veritas pedetētim cognoſcitur.*

*Ioānis. 22. perfectiones.*

*Textualis diuiſio ſecundu Io. And.*

Gloſ. ſeq. primò ponit actum diuerſum Clementis & Ioannis. Secundò quærit de differentia trium exordiorum, quam declarat.

a *Quoniam*. Exordium. Eſt ſciēdum quod Clemens ſuo exordio ad inſtar Innocentij. iiij. & Greg. x. narrabat quomodo conſtitutiones quaſdam ante concilium & in concilio Vien. & poſt concilium promulgauerat: quibus præcipiebat vti in iudiciis & in ſcholis. Ioannes autem deciſo ſub bulla illa illo procemio Clementis ponit procemium ſuum cum exordio. Sed cum habeamus tria exordia Greg. ix. Bonif. viij. & Ioan. xxij. in quo differant, videamus. & dico quod Gregor. in ſuo exordio principaliter oſtendit qualiter emanauerit ius poſitiuum & ipſius iuris effectus: vt ibi plenius dixi. Bonifacius in ſuo exordio recognoſcit, quòd ex debito regiminis ſibi commiſsi habet intendere ſubiectorum commodis: quòd dicit ſe ſolicitè facere noua iura condēdo, & antiqua declarando vt tollat ipſorum lites & ſcandala. Ioannes autem in hoc exordio volens excuſare multiplicationem conſtitutionum & voluminum quod prǫuiderat Eccleſiaſtes vlt. c. ſic dicens, Faciendi plures libros nullus eſt finis. dicit quòd principis auctoritas neceſſaria eſt propter duo. Primò: quia ius poſitiuum quantumcunque mature certe & clare compoſitum, non ſufficit ad caſus emergentes: propter quod opportuna eſt & neceſſaria declaratio principis. Secundò: quia homo pronus ad malum, facilè mores ſubuertit: propter quod eſt neceſſaria principis poteſtas ad inſerendas virtutes & vitia extirpanda. Patet ergo quòd in his tribus exordiis nulla eſt inculcatio, ſuperfluitas vel repetitio. Quomodo autem exordientium propoſito prædicta conueniant, per ſe patet. Not. ꝙ ſenſualitas humana procliuis eſt ad malum. Not. cauſas quare oportet aliquem eſſe principē humani generis. Zabar.

*Principis authoritas ꝑpter duo eſt neceſſaria.*

& ſcholaribus vniuerſis Bononiæ commorantibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem †.

Qvoniam [a] nulla iuris [b] ſanctio [c] quantumcunque perpenſo [d] digeſta [e] conſilio, ad humanæ naturæ varietatem [f], & machinationes [g] eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ [h] ambiguitatis [i] attingit: eo præſertim quòd vix [k] aliquid adeò certum clarumq́ue ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus (quibus iura iam poſita mederi [l] non poſsint) in dubium reuocetur: Quia etiam † ab adoleſcentia viri procliuis [m] ad malum ſenſualitas [n] humana declinat: per quod morū ſubuerſio in clero & populo frequēter obrepit, [o] neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas: vt tā per determinatiōis [p] opportunæ ſuffragiū tollat ambigua, lites auferat, altercationes [q] dirimat, & obſcura ſuccidat, [r] quā p cultoris prouidi ſarculū [s] extirpet vitia, virtutes inſerat, [t] corrigat exceſ⁹, moresq́; reformet: [u] Hæc ſanè [x] felicis recordationis Clemens papa [y] v. prædeceſſor noſter prudēter attendens, & prouide cupiēs deformatorū reformationi proſpicere, ſoluere difficilia, ac ſanctiones quæſtionibus & negotiis imminētibus cōſonas [z] ꝓmulgare: Dudum nedū in concilio Viennenſi, quinetiam ante [a] & poſt ipſū cōciliū cōſtitutiōes plurimas edidit, in quib⁹ multa vtilia ſtatuit atq; ſalubria, & nonnulla dubia in iudiciis & extra frequentata decidit. [b]

b *Iuris*. humani poſitiui: ſicut canonicū vel ciuile, ſynodale vel municipale. [a] Naturale verò vel diuinum morale eſt immutabile. v. diſt. in prin. & eſt perfectum: quia manauit ab illo qui non nouit imperfectum opus. de bapt. maiores. ver. ſed adhuc.

*a Placet Panor. in c. Quintauallis. de iureiu.*

c *Sanctio*. hic & ĵ. ver. hæc ſanè. latè ſumitur: nam ponitur ſtrictè pro conſtitutione pœnali, vt not. iij. diſtinctio. in ſumma.

d *Perpēſo*. quaſi perfecte penſato & deliberato. habetur ſimile verbum de pact. ca. vlt. circa medium. lib. ſexto.

e *Digeſta*. alibi dicitur decocta. xxxv. q. ix. apoſtolicæ. & hæc bene conueniunt. de conſe. diſt. v. ne tales. & c. penul.

f *Varietatem*. ſumi potuit de cor. authen. de non alie. aut permut. re. ec. §. vt autem. in prin. colla. ij. & de inſtrum. cau. poſt princ. col. vj.

g *Machinationes*. quaſi aſtuta ingenia: quid eſt enim quod homo ſemel deditus malitiæ non adinueniat? [b] in authen. vt hi qui ſe obliga. habe. perhib. in prin. col. vj.

*b Vt aduocatus. glo. l. ab Anaſtaſio. C. mandat.*

h *Nodoſæ*. de verb. ſign. cum olim. & de reliqu. cap. vnico. in prin. lib. vj.

i *Ambiguitatis*. de triplici ambiguitate, iuris, facti, & perſonæ, nota. xxxiij. diſt c. ſi. in gloſ. j.

*Ambiguitas eſt triplex.*

k *Vix*. innuit fieri poſſe. de cog. ſpi. c. ij. lib. vj.

l *Mederi*. facit in authen. hęc conſtitutio inno. con. in prin. colla. viij.

m *Procliuis*. xx. quæſtione. iij. procliuis. facit xij. quæſtio. j. capitu. j. & in authen. de mo. §. ſi quis igitur. ad fin. collat. j. Et dicitur procliuis quaſi præceps, prompta, facilis vel inclinabilis.

*Procliuis quid ſit.*

n *Senſualitas*. de hac de ſacra vnct. capit. vnico. verſi. in vertice. & per hanc appetimus delectabilia corpori, & fugimus nociua, nec omnino poteſt extingui: vt dicam infra de hæretic. ad noſtram. verſicu. Secundò quòd. in verbo, ſenſualitas.

o *Obrepit*. quaſi latenter ſubintrat. & idem verbum. lxj. diſt. nullus inuitis. & de cele. miſ. cum creatura. & ĵ. de ſta. mo. ne in agro. in princ.

p *Determinationis*. facit. ĵ. de elect. ne Romani. in prin.

q *Altercationes*. quo ad verborum certamina.

r *Succidat*. reſpicit quod prius dixerat vſq; ad ver. quia etiā. quod ſequitur, reſpicit quod dixerat in ipſo ver. quia.

ſ *Sarculum*. inſtrumentū quo euellūtur malæ & inutiles herbæ quæ naſcuntur inter bonas. quod Bonon. vocant rōcare. Eſaiæ. vij. in ſi. Vepres & ſpinæ in vniuerſa terra, & oēs montes ſarculo ſarrientur. Et j. Reg. xiij. in ſi. Deſcendit omnis Iſraël vt acueret vnuſquiſq; vomerem ſuum, ligonē, ſecurim, & ſarculum. Differentia inter fullonem & ſarcinatorē notatur inſtit. man. in fine.

*Sarculum quid ſit.*

t *Inſerat*. Hiere. j. §. de maio. & obe. ſolitæ. ver. potuiſſes.

u *Reformet*. de accuſa. ſicut olim.

x *Hæc ſanè*. Narratio ponens & cōmendans actū Clementis, illius etiam propriam tarditatem excuſans.

y *Papa*. id eſt, admirabilis. Et dicitur à papæ, quod eſt interiectio admirātis, & verè admirabilis: quia vices Dei in terris gerit. Inde dixit ille Anglicus in poëtria noua, Papa ſtupor mundi, & circa finem, Qui maxima rerum, [redacted] Etymologia verò nominis eſt, pater patrum.

z *Conſonas*. iiij. diſt. erit autem.

a *Ante*. iſtæ ſolę emanauerunt ante conciliū. de iud. dudum. de immu. eccle. quoniam. de ſenten. excom. ex frequentibus. Reliquæ omnes in concilio vel poſt conciliū: vt in ipſarum ſubſcriptionibus patebit.

*Clementinæ tres ante conciliū emanauerunt.*

b *Decidit*. concor. procœmium Greg.

*In vnum.*



a *In vnum volumen*. non tamen ſub nomine libri. vnde male dicunt qui allegant ſeptimū librum. nam ſi ſub nomine libri compoſuiſſet conſtitutiones quæ emanauerunt poſt cōpilationē ſexti, iuxta morem inſertæ fuiſſent. Itē hoc expreſsiſſet, vt fecit in procemio ſexti.

b *Dare*. nota pro eo quod in fine dicam.

c *Sortis*. ſumitur hic pro fortuna vel euentu. ſic xxvj. queſtio. ij. ſors. alibi pro ſortilegio. de ſorti. ca. j. alibi pro capitali. de vſur. c. j. & ij. alibi pro parte vel portione. de præben. cum ſecundum. xxj. diſtinct. cleros. in princ.

d *De medio*. id eſt, de hac vita: quæ quare dicatur medium, habes xxiij. q. iij. hęc autem vita.

e *Non impleuit*. concor. de pigno. c. iij.

f *Permittente*. & forſan agente. omnia enim quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut ſuo permiſſu ita fieri ſinit. xxvj. quæſtione. v. nec mirum. §. auruſpicinæ. verſi. nec ideo.

Et licet eas collectas in vnū volumen, [a] & ſub cōgruis titulis collocatas mittere decreuiſſet, & dare [b] in cōmune ſubiectis: aſsidua tamē occupatio circa magna, ac ſortis [c] humanæ cōditio, quæ ipſum de medio [d] ſuſtulit, in cauſa fuerūt quare ſuū in hac parte propoſitum nō impleuit. [e] Nos etiā qui ſicut eidē (licet immeriti) in apoſtolatus officio, domino permittente, [f] ſucceſsimus, ſic & in affect⁹ plenitudine, in his quę compendium [g] vniuerſi concernunt, [h] ſucceſsiſſe debemus, [i] tot grādibus agēdis & arduis fuimus à noſtræ promotionis exordio circunſepti, [k] quòd tam ex hoc quàm ex cauſis rationabilibus aliis, quas ſub ſilentio [l] prouidim⁹ committendas, prædictas vobis communicare conſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate [m] captata) illas vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus. Vniuerſitati [n] veſtræ per apoſtolica ſcripta mādantes, quatenus eas prōpto affectu ſuſcipiatis †, & ſtudio alacri [o] eis ſic [p] vobis manifeſtatis & cognitis vſuri decætero [q] in iudiciis & in ſcholis. [r]

examinari, & maximè in pœnalibus quæ ſunt multæ, & iu his quæ decretum apponunt. de elect. ca. j. & vlt. & ca. in pleriſque. vel quæ excludunt. de æta. & qualit. vt ij qui. de reg. vt profeſſores. Circa hoc ſciendum eſt quod cōſtitutiones concilij licet non omnes fuerint in concilio publicatæ: tamē poſtea de facto fuerunt publicatæ: & ipſarum habita copia, & iam habebatur quòd ligarent: & quia patuit aliquas ex illis inepte, aliquas prolixe, aliquas defectiue cōpoſitas, aliquas etiam non expedire: noluit Clemens quod compoſitio illa ꝓcederet: ſed (vt fertur) ſub excōmunicationis pœna mandauit quod illas habentes intra certos dies reſtituerent cameræ, vel incenderēt, vel dilacerarēt etiam eaſdem. Demum per peritiores fecit illas recenſeri: qui aliquas & paucas in totum reſeruauerunt, aliquas in totum reſecarunt, aliquas mutauērunt quo ad verba, mēte ſeruata: in aliquibus menti & verbis detraxerunt & addiderunt: & has licet non ſub his verbis in concilio publicatæ fuiſſent, voluit ſub nomine concilij reſeruari: & multas conſtitutiones vtiles addens, de quibus non fuerat in concilio tractatum, vt de reſcriptis omnes quæ ſunt poſt ſecundam. & de elect. omnes poſt primam, cum ſimilibus, fecit illas vnà cum quibuſdam conſtitutionibus quas pri⁹ ediderat ſub debitis titulis compilari. Et (vt à domino Attrebaten. audiui qui tunc erat contradictarum auditor) Clemens pręcepit illas in audientia publicari, & ipſe dominus auditor dixit quod inchoauit & finiuit in audientia publicationem illarum. Memini tunc audiuiſſe quod Clemens mandauerat quòd cōſtitutiones præter prædictas quatuor ligarent poſt quatuor menſes. Aliqui dicebāt quòd ordinauerat eas ligare poſtquam eſſent per ſtudia publicatæ. mortuo Clemente iſtarum conſtitutionum habere copia de cancellaria non poterat, & ſic tenuerunt curiales quod vltra illas quatuor non ligarent. Creato autem domino Ioanne, adhuc primo anno ſui pontificatus & vltrà viguit hoc dubium. Sed quia quibuſdam petentibus per ipſum auditores dari in cauſis beneficialibus cum clauſula, ſimpliciter & de plano &c. interdum ſic reſpondit: conſtitutionem habetis: cœperunt dicere auditores palatij, quod ipſe videbatur velle quod conſtitutiones ligarent. Contrarium videbatur: quia petiuerat & receperat conſtitutiones ipſas examinandas, & corrigendas, & aliquas correxit & mutauit: vt ĵ. titu. j. cap. vnico. Finaliter deliberauerunt auditores illam habere pro conſtitutione de qua papa ſic dixerat, reliquas priori dubio relinquendo. Ex his ergo concluditur pro & contra, quòd ligauerint. facit prædicta aſſertio domini auditoris qui dicit ſe de mandato Clementis publicationem in audientia finiuiſſe: [b] & ſic fuit omnis actus legis condendæ perfectus. de quo C. de leg. humanum. Item cōtrarium ſonat in abſurdum, ꝙ conſtitutiones quæ attribuuntur concilio & Clementi, à tēpore finiti concilij nō ligent intra quinquennium, & à tempore Clementis intra biennium. ex quo ergo fuit conſtitutio concilij vel Clemētis, & verbum ſtatuo, deſignat rem perfectam. de verb. ſig. in his. cum concor. ergo ligabant poſt tempus limitatum à iure. Item non apparet nec fertur quod dominus Ioannes de his cōſtitutionibus fecerit aliam publicationem in audientia: ergo innititur iam factæ. Sed hoc dicere multos illaqueat, & maximè ponderatis conſtitutionibus de vi. & ho. cle. quoniā. de ſepul. c. j. de ſta. mona. c. j. de reli. do. c. j. de pri. c. j. per quas id tenendo multi clerici & infiniti religioſi ligati dicentur. Item ſonat in abſurdū dicere ꝙ ligarent conſtitutiones quæ occultabantur. [c] Quare benignius videretur id quod in prin. gl. dixi, quaſi his perplexitatibus ponderatis dominus Ioannes hic voluerit per hoc verbū decætero, quòd tempore huius datæ ſit ipſarū publicatio facta. Nec obſtat publicatio facta tēpore Clemētis: quia licet illas publicari fecerit, illas tamen non dedit. quod patet: quia. §. dicitur quòd dare decreuerat: ſed ſuum propoſitum impleuit: quod ſatis facit. Hæc ſi dicta ſumantur in modum collationis, non definitionis: quam hoc caſu cōditor facere poſſet, non gloſſator.

*† An non ſuſcipiētes peccent: gl. & do. ca. i. de treug. et pace. eo. ēmo iſto. §. notat Vākel. quòd lex demum eſt perfecta ſi edatur, recipiatur, et ad vſum deducatur. §. leges. 4. di. Font.*

*b An credatur doctorib⁹ aliquid de facto allegantibus præſertim conſuetudinē, pulchre Ro. de curte in notabilibus. ca. ſi. de cōſue. Font.*

*c Placet Panor. niſi eſt primatur ſtatim ligent. Font.*

g *Compendium*. quod eſt breue & vtile. de hoc de reſcri. diſpendia. lib. vj.

h *Concernunt*. quaſi ſimul cernunt vel conſpiciunt.

i *Debemus*. debet ergo ſucceſſor perficere factum prædeceſſoris ſui. xij. quæſtione. v. quia Ioannes. lxiij. diſtinct. cap. ij. de reſcrip. literis. vbi de hoc. & xj. quæſtio. iij. ſi epiſcopus ante.

k *Circunſepti*. id eſt circundati vel vndique cincti.

l *Silentio*. ſit rector diſcretus in ſilentio. xliij. diſtinctione. ſit rector. in princip. contra illos qui dicunt tacenda. Ouidius ſine titulo: Quis minor eſt vnquam quàm tacuiſſe labor? & Cato, Virtutem primā eſſe puto compeſcere linguā. & Seneca ait: Dixiſſe me quandoque pœnituit, tacuiſſe nunquam.

m *Opportunitate*. xxiij. q. iiij. non poteſt. in ſi. & de eo qui cognouit conſangui. vxo. veniens. ij.

n *Vniuerſitati*. concluſio huius procemij.

o *Alacri*. concordat procemium inſtitutionum in ſi.

p *Sic*. ſcilicet permiſsionem noſtram ſub bulla.

Gloſ. ſeq. primò per hunc textum arguit & remittit. Secundò excludit. v. caſus non dubios, contra quintum allegans, dicēs reliquos ſic examinādos maximè in tribus ſpeciebus: Tertiò narrat quædā euenientia tempore Clementis & poſt mortem ipſius: ex quibus arguens pro & contra tribus rationibus, concludit quòd eius tempore ligauerint: & tribus aliis concludit contrarium quod dicit æquum, definitionem papæ reſeruans.

q *Decætero*. [a] Videtur per hanc literam quòd hæ conſtitutiones non ligauerint tempore Clementis. Item nec tempore Ioannis: niſi poſt hanc datam & poſt duos menſes ab illa. & vide quod ſcripſi ſuper data. vj. lib. Hunc paſſum (quem periculoſum eſt decidere) proſequendo excludamus primò caſus indubios. Indubitatum eſt autem quòd conſtitutiones quæ præceſſerunt conciliū, de quibus dixi ſuper verbo ante, etiam tunc ligabant. Item indubitatum eſt quod ante mortem Clementis ligabant. ĵ. eod. titu. cap. vnico. & ĵ. de elect. ne Romani. de iureiu. Romani. de re iudi. paſtoralis. Conſtat enim quòd papa Clemens ſolenniter illas publicauerat, & ꝙ ſtatim ligarent, mandauerat. Item indubitatum eſt quod conſtitutiones declaratoriæ ligabant, & hoc ſiue princeps in illis vtatur verbo declarationis: vt ĵ. de elect. quod circa. & ca. ſeq. ſiue non: vt ĵ. tit. ij. gratiæ. & ĵ. titu. iij. conſtitutionem. de offic. deleg. iudices. de teſti. cap. ij. & decret. quæ ſunt ſub tit. de præbend. & iij. & vlteriores ſub titu. de ap. & his ſimiles. Item ſunt quædam quę ſine pœnæ adiectione præcipiunt vetera iura ſeruari: vt ĵ. de æta. & quali. cap. j. de offic. ord. cap. j. de cenſi. cap. fin. de reliqui. & vener. ſanct. ca. j. & de illis non expedit dubitare vel quærere. Idem dico de his quæ priuilegiant. ĵ. de celebr. miſ. dignum. de bap. cap. vnico. de priuil. archiepiſcopo. & facit ad hoc de conceſ. præbend. cap. j. poſt princ. lib. vj. Hæc vera, niſi dicas aliud in priuilegio ſimpliciter dato: & aliud in eo quod dat conſtitutio: quo caſu imitari debet naturam conſtitutionis. facit de offic. deleg. ſi ſuper gratia. lib. vj. in aliis ergo remanet dubium quod expedit

*a Iſta gloſ. procedit in conſtitutionibus priuilegatiuis, diſpoſitiuis declaratoriis. Panor. Van.*

r *In ſcholis*. de his verbis dic vt §. in procemio Greg. in vl. gl.

a *Data*. circa hanc datam vide quod nota. in fin. vj. lib. ſuper eius data.
b *Nouembris*. quare mẽſis iſte ſic denominetur, dicam. j. de reli. & vene. ſan. ſi dominum. verſi. licet igitur.
c *Pontificatus*. qui incepit nonis, id eſt, quinto die Septembris, anno domini M. cccxvj. qua die conſecratus fuit Benedictus & coronatus: licet prius fuerat electus ſeptima Auguſti. Et per hoc patet quod tardauerat mittere cõſtitutiones has fere per xiiij. menſes poſt coronationem, & hęc eſt cauſa quare ſuperius ſe excuſauit. Ioã. And.

*† Ponderat Cardinalis inducendo ad quæſtionem quòd in inſtrumẽtis debet poni locus in quo confecta fuerint. pro hoc. C. de contrahen. & cõmit. ſtipul. optimã. 2. q. vlt. libellorum. de prob. quoniam. de re iu. abbate. li. 6. de quo in Spec. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quid ſi locus. Zab.*

Data [a] Auenione † viij. calendas Nouembris [b], pontificatus [c] noſtri anno ij.

DE SVMMA TRINITATE & fide catholica.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Fatetur concilium vnicum Dei filium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtentem, verum corpus humanum aſſumpſiſſe de virgine, & in eo paſſum, & iam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem quem tradidit euangeliſta Ioannes. h. d.*

CAPITVLVM I.

Fidei [d] catholicę fundamẽto, [e] præter quod (teſte apoſtolo [f]) nemo põt aliud ponere, firmiter † inhęrentes:

DE SVMMA TRInitate & fide catho.

Circa rubricas huius voluminis non continuandas, repete quod not. eod. titu. lib. ſexto. quod etiam hic fortius locum habet, cum hoc volumen nõ emanauerit ſub nomine libri: vt in proœmio dixi. Et licet hac ratione viderentur conſtitutiones Gregorianæ compilationis & Sexti allegandæ in hoc volumine ſecundũ ſuas materias, prout ſupra &, omnes tamen allegabo vt ſ. ex quo in altera illarum compilationum hæc inſeri non mandatur. Ioan. And.

Fidei catholicæ.] Hoc capitulum in tres partes diuiditur: quarum quælibet ſupra textum ſummatur. Secunda ibi, Porrò. Tertia ibi, Ad hoc. Item hæc prima pars facit tria. Primò fatetur æternã diuinitatem Chriſti. Secundò veram humanitatem ipſius. Tertiò ipſius paſsionem & mortem & figurã inducens, ordinem approbat quẽ de plagis Chriſti ponit euangeliſta Ioan.

d *Fidei catholicæ*. Prima pars & ſumma huius concilij hæc eſt, Concilium confitetur vnicum, id eſt, vnum filium Dei ſubſiſtentem æternaliter in eſſentia Dei: aſſumpſiſſe de virgine verum corpus humanum, paſſum, & iam mortuum perforatum cum lancea, approbando ordinem quem tradidit Ioan. Et in hac prima parte pręmiſsis diuinitate, humanitate, & paſsione Chriſti, inducit figurã de primo Adam ad ſecundum Adam, id eſt, ad Chriſtum: & approbat ordinem quem ponit euangeliſta Ioannes de plagis Chriſti: & declarat ordinem Matthæi. Nam Matthæus dicebat Ieſum fuiſſe perforatum lancea ipſo non mortuo, ſed viuente in cruce. Ioannes dicebat Ieſum fuiſſe perforatum lancea ipſo mortuo in cruce: & iſtam diuerſitatem hic ponit. Et iſta prima pars ſic diuiſa durat vſque ad. §. porrò. Nunc proſequamur iſtam primam partem: & dicamus quòd Clemens non vult incipere ſuum opus conſtitutionum ſcilicet Clementinarum niſi primò inuocet trinitatem, quæ eſt fundamentum fidei catholicæ: & vult innuere, id eſt dare ſignum intelligendi, quòd ſi ipſe in principio ſui operis non inuocaret ipſam trinitatem, quòd ipſe ædificaret ſine fundamento, & ędificatum nullum eſſet. quia vbi fundamentum non eſt, ibi ſuperædificari non poteſt. Et ideo ipſe Clemens papa inuocat ſeu implorat trinitatem quam confitetur cum ſancta matre eccleſia. Et confitetur vnicum Dei filiũ ſubſiſtentem æternaliter vnà, id eſt, ſimul cum patre. Et ipſe Clemens confitetur partes naturæ humanę eſſe vnitas & coniunctas adinuicem: ex quibus partibus naturæ ſcilicet materia & forma: hoc eſt corpus & anima ipſe exiſtens purus Deus fieret cum ipſis duabus naturis verus homo: aſſumendo (eo exiſtente Deo cum ſua deitate pura & ſimplici) corpus humanum, quod eſt materia: & aſſumendo animam intellectiuã ſeu rationalem, quæ eſt forma: & ſic habuit duas partes noſtræ naturæ. Et ſic accepit animã rationalem ſeu intellectiuam informantem corpus: quia forma, id eſt, anima dat corpori formam: quod corpus ipſe Chriſtus aſſumpſit ex tempore in thalamo, hoc eſt in vtero virginali ad vnitatem ſuæ hypoſtaſis, id eſt, vt ipſe vniret humanitatem cum ſua diuinitate, vel ad vnitatem ſuæ hypoſtaſis, id eſt, ad vnitatem ſuæ perſonæ diuinæ: quia niſi ipſe feciſſet talem vnitatem, ipſe nunquam nos potuiſſet redimere per mortem: quia fuiſſet purus diuinus, & purus diuinus eſt impaſsibilis: & ideo neceſſe fuit ad nos redimendũ per mortem, quòd vniret ſuæ hypoſtaſi, id eſt, ſuæ perſonæ diuinæ corpus & animam, & nos Clemens confitemur quod voluit in hac natura ſic aſſumpta, id eſt capta, ipſum verbum Dei, id eſt ipſum filium Dei pro ſalute operanda omniũ ſcilicet hominum non ſolum affigi, id eſt, poni in cruce, ſed etiã voluit mori in ea. Et ipſe filius Dei ſuſtinuit, vel paſſus eſt latus ſuũ perforari lancea ſpiritu iã emiſſo & extra miſſo, vel ipſo mortuo: à quo ſcilicet latere profluxit, id eſt, exiit vnda ſanguinis & vnda aquæ: vt exinde formaretur vnica eccleſia mater & coniunx Chriſti, ſicut eſt formata Eua de latere Adæ ſoporati, id eſt, dormientis: quia de eius coſta fuit formata Eua eius coniunx: ſic de latere domini noſtri Ieſu Chriſti mortui aqua & ſanguis fluxit, vnde formata eſt mater eccleſia. Ideo notemus pro intellectu caſus, quòd dormitio Adæ quãdo Deus accepit coſtam de latere eius vt formaret Euã: & mors Chriſti qui lancea latus perforatum ſuſtinuit, conueniunt in figura: quia ſicut Eua fuit formata de coſta Adæ, ſumpta de latere eius dormientis: ſic mater eccleſia fuit formata & effecta coniunx Chriſti ex vndis aquę & ſanguinis profluẽtibus de latere domini noſtri Ieſu Chriſti ſoporati, id eſt, mortui in cruce. Sequitur in textu, {Hæc eſt inquã veritas.} in quo comprobat ordinem quem ponit Ioannes Euangeliſta de plagis Chriſti: & dicit, Hæc eſt inquam veritas vallata teſtimonio prægrandis aquilæ, id eſt, beati Ioannis apoſtoli & euangeliſtæ: quam propheta Ezechiël vidit tranſuolantẽ cæteris animalibus euangelicis. De hoc vide gloſſam in verbo, Ioannis, qui Ioannes narrans ſeu recitans rem geſtam huius ſacramenti, & narrans ordinem in euangelio ſuo dicit, Ad Ieſum autem cum veniſſent, ſcilicet Iudæi: vt, id eſt, quãdo viderunt eum mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum aperuit latus (ſcilicet Chriſti) lancea. Et continuò. i. ſtatim exiuit ſanguis & aqua. Et ſic notemus quòd Ioannes narrat Ieſum præmortuum fuiſſe antequam latus eius aperiretur lancea. Matthæus verò dicebat latus Ieſu Chriſti fuiſſe perforatum & apertum lancea antequam moreretur: vt apparebit in ſequenti. ideo proſequamur textum. Et Ioannes qui iſta vidit. ſ. Ieſum mortuũ in cruce, & latus eius perforatum lancea, perhibuit teſtimonium eius, id eſt, ita dixit & probauit ſeu teſtificauit ſic eſſe. Et ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis, ſicut & ipſe qui vidit. Quare nos conuertentes aciem ad teſtimonium tam præclarum, ac conuertẽtes aciem ad teſtimonium ſanctorum patrum & doctorũ: & nos Clemens conuertentes aciem ad cõmunem ſententiam conſiderationis apoſtolicæ: ad quam duntaxat. i. ſolũmodo pertinet declarare; declaramus prædictum apoſtolum Ioannem & euangeliſtam tenuiſſe rectũ ordinem rei præfatæ in præmiſsis narrando quòd vnus militum aperuit latus. ſ. Chriſto iam mortuo. Et dicimus textum Matthæi apoſtoli & euangeliſtæ (qui textus dicitur inueniri in aliquibus libris) narrare hæc ſub alio ordine: videlicet dicendo latus Chriſti fuiſſe apertum ipſo viuente in cruce. Nos Clemens dicimus illum textum Matthæi debere intelligi per anticipationem: quia prius dicit ea quæ pòſt dicere debebat. Dicebat enim Matthæus primò narraſſe Ieſum præmortuũ fuiſſe, & poſtea dixiſſe latus eius perforatum lancea. Et dicitur anticipatio, ab ante & capio: quia ante capitur vel ponitur illud quod debet poſtponi: vt ipſe Matthæus fecit. Et notemus pro textu: quia diximus. ſ. & nos cõuertentes aciem. iſta dictio aciem, eſt accuſatiui caſus: & declinatur, hæc acies, genitiuo aciei, datiuo huic aciei, accuſatiuo hanc aciem. vnde dic. Nos cõuertẽtes aciem. i. viſum & intellectũ noſtrũ: quia Clemẽs vult inſequi verum teſtimoniũ Ioannis & doctorũ. Item notemus verbũ hypoſtaſis ſupradictũ. Hypoſtaſis. i. ſubſtantia intellecta ſine forma: ſcilicet primordialis materia. Et dicitur ab hypo, qđ eſt ſub: & ſtaſis, quod eſt ſtatus vel ſtans, quaſi ſubſtans: quia habet ſubſtare omnibus accidentibus, & in ſe oĩa accidentia recipit: nullo tamẽ informatur. Inde hypoſtaticus, ca, cũ. Et notemus ꝙ Græci vtũtur eodẽ modo hoc nomine hypoſtaſis, ſicut nos vtimur hoc nomine ꝑſona. Vnde poteſt dici ꝙ tres perſonæ ſunt in diuinis, vel hypoſtaſes. i. tres ſubſiſtẽtes. Itẽ dicimus affigi cruci. Not. ꝙ affigo affigis affigere. i. ad aliud figere, vel corpus cõtra aliud iũgere: vt Chriſtus fuit affixus & iũctus cruci. Not. ꝙ eccleſia dicitur mater noſtra. ſ. ratione principij inſtitutionis. nã vberibus ſuis nos nutrit. ij. q. ij. ad Romanã. ij. & in ea renaſcimur per baptiſmũ & ſacramẽtũ. xij. q. ij. qui abſtulerit. No. ꝙ confeſsio fidei debet eſſe firma. in ver. firmiter. & aperta. in verbo, apertè. Ad primum, eo. tit. firmiter. Ad ſecundum, eſt illud ad Rom. x. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. ad hoc xj. q. iij. nolite. Zabarella.

e *Fundamento*. quod eſt Chriſtus.
f *Apoſtolo*. j. ad Corinthios iij. & concor. j. quęſt. j. cum Paulus. de preſby. non bap. cap. fina.

*Ioannes & Matthæus diſcrepauerũt quo ad perforationem lateris Chriſti.*

*Eccleſia mater noſtra ex latere Chriſto formata eſt, ſicut Eua ex latere Adæ.*

*1. Cor. 3.*

*† Si quis dubitet in fide paratus bona ratione adducta credere, nõ eſt hæreticus. c. damnamus. ſ. eo. adde gl. ca. qui moſcit. 9. diſ. Barb. Fon.*

*Hypoſtaſis vnde dicitur.*

*Affigere quid eſt.*



Gloſ. ſeq. probat per rationem Anſelmi Dei filium vnigenitum.

*Dei filius eſt vnicus, nec poſſunt eſſe plures.*

a *Vnigenitum*. vt dicit Anſel. In ſancta trinitate quantumlibet paruum inconueniens eſt impoſsibile. ſed ſi pater alium filium genuiſſet, ille per omnia ſimilis eſſet iam genito filio. & cum iam genitus filius ſit verbum, reliquus eſſet verbum, & ſic eſſent in deitate duo verba. ſed cũ vno Dei verbo omnia perfectiſsimè dicãtur & creentur, aliud ſuperfluum & nugatorium fuiſſet. nam duorum ad idem ſuffragantiũ, quorum vnum ſufficit, alterum ſuperfluum eſt: quod nõ eſt in deitate poſsibile. & philoſophus. j. phyſicorũ, Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Io. And.

apertè cum ſancta matre eccleſia confitemur vnigenitum [a] Dei filium [b] in his omnibus [c] in quibus Deus pater exiſtit, [d] vnà cum patre æternaliter [e] ſubſiſtentem, partes noſtræ naturæ ſimul vnitas [f] (ex quibus ipſe in ſe verus Deus exiſtens, fieret verus homo [g]) humanum videlicet corpus paſsibile, [h] & animam [i] intellectiuam ſeu rationalem, [k] ipſum corpus verè per ſe & eſſentialiter informantem, aſſumpſiſſe ex tempore [l] in virginali [m] thalamo [n] ad vnitatem ſuæ hypoſtaſis [o] & perſonæ.

b *Filium*. de ſpiritusancto & eius æterna proceſsione. ſ. eo. fideli. lib. vj.
c *Omnibus*. per hoc comprehendit immenſitatem, incõmutablilitatem, incomprehenſibilitatem, omnipotẽtiam, & ineffabilitatem. Item eſſentiam, ſubſtãtiam, ſeu naturam. de his omnibus. ſ. eo. firmiter. in prin. Et in diuinis hæc tria vltima repetimus ad maiorem expreſsionem. Si enim ad diuinã eſſentiam habeatur reſpectus quaſi mathematicè, id eſt abſtractè non reducta conſideratione ad perſonas, ſic eſt eſſentia. Si conſideretur concretè habito reſpectu ad perſonas, ſic eſt ſubſtantia, quia in qualibet perſona ſubſtat & eſt tota. ſ. e. dãnamus. ver. nos autem. Si vtroque modo, quaſi in conſideratione vniuerſali, ſic eſt natura, quia naturale eſt diuinæ eſſentiæ quòd ſit vna, & quòd in ea ſint perſonæ: ſimplex tamen eſt impertialis & indiuiſibilis.

*Eſſentia, ſubſtantia, & natura, qualiter dicuntur in diuinis.*

d *Exiſtit*. damnati ſunt ergo Bonoſiani, qui Chriſtũ dicebãt non proprium, ſed adoptiuum filium Dei. xxiiij. q. iij. quidã. verſi. Bonoſiani. & de hoc de cele. miſ. in quadam.

Gloſ. ſeq. ponit errorem Arrianorum, & ipſorum motiuũ, cui reſpondet.

e *Aeternaliter*. Arriani negauerunt filium coæternum patri. decimaquinta diſtinctio. cap. primo. 24. quæſtio. 3. quidam. verſi. Arriani. & arguebant ſic, omne quod natum eſt, principium habet. ergo filius qui natus eſt, principium habuit, & eſſe cœpit. vnde dicebat Arrius, ſi filius eſt, natus eſt. ſi natus eſt, ergo tempus fuit quando non erat filius. Sed vt contra eum dicit Ambroſius lib. j. de trini. cap. v. idem poſſet dicere de Deo, quòd ſi cœpit eſſe pater, ergo primò fuit Deus quàm pater, & fuit tempus quo non erat pater. ſed cum ex hoc ſequeretur eum mutabilem primæ generationis acceſſione mutatum, hoc dicere amentia eſt. ſemper enim fuit pater, ſemper & filius. nam ex vi correlatiui poſito vno ponitur & reliquum. Dicebat ergo Auguſt. de fide ad Petrum. ca. ij. ſi Dei filius virtus & ſapientia Dei eſt, nec vnquam fuit Deus ſine virtute & ſapientia, Dei ergo filius coæternus eſt Deo patri. Primum probat Apoſtolus. j. ad Corinth. j. & habetur. xxxvij. diſtin. §. hinc etiam Ambroſius. in fi. Dicit ergo Auguſt. quòd ſicut ſplendor qui gignitur ab igne, coæternus eſt illi, & eſſet æternus, ſi ignis eſſet æternus, ſic eſt intelligendum ex Deo natum eſſe ſempiternum, vt ſit patri filius coæternus. & hoc proſequitur magiſter ſententiarum lib. j. diſt. ix.

*Filius in diuinis eſt patri coæternus.*

f *Simul vnitas*. dicunt theologi quòd in inſtanti conceptionis perfectus fuit homo, & fuit anima rationalis infuſa, tum propter infinitam virtutem agentis, ſcilicet ſpiritusſancti. tũ quia incongruum fuiſſet filium Dei corpus aſſumpſiſſe niſi formatum. In aliis autem non infunditur niſi organizato embryone & bene habilitato ad ipſam recipiendam, de hoc xxxij. quæſtione ſecunda. quod vero. quod dicunt quidam fieri per differentiam ſexuum à. xl. vel. lxxx. die à conceptione embryonis. de hoc. v. diſt. §. j. de purifi. poſt partum. cap. vnico.

*Anima quãdo infunditur corpori humano.*

g *Fieret verus homo*. concor. ſupra eo. firmiter. ver. & tandẽ. ibi, verus homo factus eſt. & conſidera verba. non enim fuit Chriſtus compoſitus ex deitate & humanitate. nam ſimplicitas deitatis nullam recipit compoſitionem, vt ibi ſatis not. in princ. Et quod ibi dicitur Chriſtum fuiſſe compoſitum, verum eſt reſpectu humanitatis quæ fuit compoſita ex anima rationali & humana carne, vt ibi, & hic, & ſuprà de hære. cum Chriſtus. & vide quod no. de conſe. diſt. ij. hoc eſt quod dicimus.

Gloſ. ſeq. primò exprimit quomodo corpus Chriſti fuit paſsibile. Secundò quare, tres cauſas reddens.

h *Paſsibile*. intantum quòd (vt dicit Aug.) omnes defectus noſtros aſſumpſit filius Dei præter ignorantiam & peccatum. de hoc. iij. ſent. xv. diſtinct. Licet igitur in aſſumptione ſui ipſius caro fuerit à ſpiritusſancto ab omnibus reliquiis peccati ..., vnde angelus ad virginem Lucæ. j. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi: & quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei: tamẽ vt dicit ipſe Auguſt. ſi in cruce mortuus non fuiſſet, ad vltimũ ſenio defeciſſet. frigus ergo, calorem, famẽ, ſitim, & alias humanas pœnalitates pati poterat: & ſic habuit corpus paſsibile. Fuit autem hoc congruum, quòd noſtros defectus aſſumeret propter iuſtitam ſatisfactionis, quã pro nobis faciendam aſſumpſerat, vt pro nobis perfectè ſatisfaceret per pœnalitates carnis noſtræ. Item propter fidem incarnationis. ſine his enim pœnalitatibus humana natura hominibus nota non fuiſſet. Item propter exemplum patientiæ nobis præbendum ad tolerandas pœnalitates carnis humanæ.

*Chriſtus omnes humanos defectus aſſumpſerit.*

i *Animam*. non ſpiritum vitalem tantũm. de cele. miſ. in quadam. vbi pluribus auctoritatibus probatur quod hic de vera anima dicitur.
k *Rationalem*. non dicit ſenſitiuam vel vegetabilem tantũ, de quibus. j. in parte proxima dicetur.

Gloſſa ſequens præmittit de duplici annorum computatione, & quærit quare tunc, & ſolutionem eiulat, deinde ſoluit.

l *Ex tempore*. quod tempus ſatis notum eſt. Et ab hac incarnatione computant quidam annos domini. xxiij. diſt. in nomine domini. in princ. alij à natiuitate. & de hoc in Specu. de inſtr. edi. in. j. col. Dubitari poſſet de tempore incarnationis quare tunc & non prius, vel tardius. Canoniſtæ dicunt ſatis eſſe dicere cum Paulo, O altitudo diuitiarum &c. ad Roma. xj. in fi. de pœn. diſt. iiij. ſi ex bono. circa prin. verſi. cur ergo. nam & in poteſtate miſerentis eſt quando & quantum miſereri velit. facit de pœnit. diſtinct. ij. ſi enim inquit. vltra medium. verſi. ſicut. & quod not. qui cler. vel vo. cap. ij. Dicunt tamen theologi quòd certum eſt non fuiſſe conueniens ante peccatum Deum incarnari, cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad abolitionem peccati: & vt dicitur Lucæ. v. Non ſanis, ſed infirmis opus eſt medico: nec venit vocare iuſtos, ſed peccatores. ij. q. j. multi: de pœn. diſtinct. j. libenter. Item nec fuit conueniens ſtatim poſt peccatum Deum incarnari. cum enim ex ſuperbia peccatum proueniſſet, ſic liberandus erat homo, vt humiliatus recognoſceret ſe liberatore indigere. quod magno conſilio Dei actũ fuit, vt cognita ſui infirmitate homo clamaret ad medicum, & gratiæ poſceret auxilium. Ad finem verò ſeculi non debuit differri, vt de imperfectione humanæ naturę per incarnationem perueniretur gradatim ad perfectionem gloriæ in fine ſeculi. Item fuit æquum poſt datam legem Moſaicam & propheticam, quam multi ſpernebant, iuſtificari Deo genus humanum per incarnationem & tempus gratiæ: quod ſi dilatũ fuiſſet ad finem ſeculi, forſan reuerentia & notitia Dei, & morum honeſtas in terris fuiſſet abolita. fuit etiam hoc conueniens ad manifeſtandam diuinam virtutem ſaluantem per fidem præteriti, prękentis, & futuri, vt no. Ber. ſupra eo. ti. ſuper rubricam.

*Anni domini à quo tẽpore ſunt cõputandi.*

*Deũ incarnari ante peccatum non fuiſſet cõueniens, nec ſtatim poſt peccatum: nec ad finẽ ſeculi debuit incarnatio deferri.*

Gloſ. ſeq. quærit quare de Maria voluit incarnari, & nõ de alia, & tres rationes reddit.

m *Virginali*. quare de Maria virgine, & non de alia voluit incarnari? Dicunt ſancti, quòd ſicut ex ſuperbiſsima natus eſt morbus, ſic per contrarium ex humillima inchoari debuit medicina. vnde verſo nomine Euæ, ipſi virgini dictum eſt, Aue. Luc. j. Item ſicut ad ſummam humilitatem Dei filius voluit incarnari, ſic ſummè humilem eligere voluit, in qua & à qua tanta deberet humilitas inchoari, vnde ipſa in Cantico ſuo dixit ibidem, Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ. Tertiò quia (vt quædam refert hiſtoria) prima ipſa fuit quæ virginitatem Deo obtulit: vnde quia nouum donĩ genus obtulit, nouo & inaudito dono debuit honorari. In coniugium autem Ioſeph conſenſit inſtinctu ſpiritusſancti ad celandum myſterium, quod dic vt. xxvij. q. ij. ca. ij. & cap. inuenta.

*Chriſtus de Maria quare voluit incarnari.*

n *Thalamo*. id eſt cubiculo vel vtero.
o *Hypoſtaſis*. Græci eodem modo vtuntur hoc nomine hypoſtaſis quo nos vtimur hoc nomine perſona. de hoc nomine. j. ſent. xxiij. q. & xxv. diſt. hypoſtaſis autem cõponitur ab hypo quod eſt ſub, & ſtaſis quod eſt ſtatus vel ſtans. & dici-

*Hypoſtaſis quid ſit.*

cur hypoſtaſis ſubſtantia intellectiua ſiue forma. ſ. primordialis materia, & dicitur quaſi ſubſtans, quia habet ſubſtare omnibus accidentibus, & omnia accidentia ad ſe recipit, à nullo tamen informatur ſecundum Hug.

a *Natura.* ſcilicet vera humana. Ioan. And.

b *Omniū* quo ad ſufficientiam, ſed quo ad efficaciam pro prædeſtinatis tantū. de hoc de conſec. diſtin. ij. ſemel. ij.

Gloſ. ſeq. de cruce tria præmittit ponens quatuor quare Chriſtus crucis mortē elegit, ſubdēs de quadruplici ſpecie lignorum ipſius.

c *Cruci.* in huius paſſionis memoriā videmus in ſingulis particularibꝰ eccleſiis depictam crucem in altum erigi, celebramꝰ etiam feſtum inuentionis ipſius de conſe. diſtin. iij. crucis. Dicit Aug. Crux quæ erat ſuppliciū latronum, nunc tranſit ad frontes imperatorū. ſi tantum honorem Deus cōtulit ſupplicio ſuo, quantum conferet ſeruo ſuo? Inter alias fuit quadruplex cauſa quare Chriſtꝰ crucis mortem elegit. Primò, vt in illa pendens in aëre ſe inter Deum & hominem mediatorē oſtenderet. & ſic not. j. Timoth. ij. & x. diſt. quoniam. Secundò, vt damna quæ obuenerant per lignum primis parentibus vetitum, per lignum crucis reſtauraret. Tertiò, vt diabolū qui per lignum vincebat, per lignū ſuperaret. & hæc duo Grego. exprimit in præfatione de cruce, Qui ſalutē humani generis &c. de qua de conſe. diſt. j. inuenimus. & j. de reli. & vene. ſan. ſi dominum. ante mediū. Quartò, vt euidenter oſtēderet pro quibus reſtaurandis patiebatur, ſcilicet pro ſuperis angelorum ruinis replendis. pro iuſtis de limbo educendis. pro amicis colligendis & adiuuandis. pro inimicis recōciliandis. Primum deſignatur per brachium ſuperius. Secundū per inferius. Tertium per dextrum. Quartū per ſiniſtrū. Fertur etiam crux quatuor genera lignorū habuiſſe, ſcilicet cedrum in ſtipite. palmam in palo per longum. cupreſſum in ligno ex trāſuerſo. oliuam in tabula ſuper crucem loco quarti brachij. & datur verſus, Ligna crucis, palma, cedrus, cupreſſus, oliua. Et quomodo proprietates lignorum bene conueniant, inſtant theologi, quod omitto.

*Gene. ij.*

*Rom. v.*

*Ezech. j.*

*Chriſtus quadruplici ratione crucis mortem elegit.*

*Ioan. xix.*

*Crux Chriſti ex quatuor lignis compoſita eſt.*

Et quòd in hac aſſumpta natura,[a] ipſum Dei verbum pro omnium[b] operanda ſalute, non ſolum affigi cruci,[c] & in ea mori[d] voluit, ſed etiā emiſſo iam ſpiritu perforari lācea ſuſtinuit latus ſuum, vt exinde profluentibus[e] vndis aquæ[f] & ſanguinis, formaretur vnica & immaculata[g] ac virgo ſancta mater eccleſia, coniunx Chriſti, ſicut[h] de latere primi hominis ſoporati[i] Eua ſibi in coniugium eſt formata:[k] vt ſic certæ figurę primi & veteris Adę (qui ſecundum apoſtolum[l] eſt forma futuri) in noſtro nouiſsimo Adam, id eſt Chriſto, veritas reſpōderet. Hæc eſt inquam veritas illius prægrandis aquilæ vallata teſtimonio, quā propheta vidit Ezechiël[m] animalibus cæteris euāgelicis tranſuolantem, beati Ioannis videlicet apoſtoli & euangeliſtæ, qui ſacramenti huius rem geſtam narrans & ordinē in euangelio ſuo dixit,[n] Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua: & qui vidit, teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimoniū eius, & ille ſcit quia vera dicit, vt & vos credatis. Nos igitur ad tam præclarū teſtimonium, ac ſanctorū patrum[o] & doctorū[p] communē ſententiam, apoſtolicæ cōſiderationis (ad quam duntaxat[q] hæc declarare pertinet†) aciē conuertentes, ſacro approbante concilio declaramus prædictum apoſtolum & euangeliſtam Ioannē rectum in prę miſsis factę rei ordinē tenuiſſe, narrando ꝙ Chriſto iam mortuo vnus militum lancea latus eius aperuit.[r]

*Reprobat & hæreticā iudicat doctrinā quæ habet quòd ſubſtātia animæ rationalis ſeu intellectiuæ verè & per ſe humani corporis non ſit forma. Io. And.*

Porrò[s] doctrinā omnē ſeu

d *Mori.* de conſec. diſt. ij. timorem.

e *Profluentibus.* ſeparatim. de hoc de conſecrat. diſtinctio. ij. cap. j.

f *Aquæ.* & fuit vera aqua. de quo ſatis de celebr. miſ. in quadam. & fuit aqua regenerationis, & ſanguis redemptionis, vt ibi.

g *Et immaculata.* ad Ephe. v. ante finem.

h *Sicut.* ponit figuram quam etiam inducebat Hoſt. de cele. miſ. in quadam. ver. per hoc.

i *Soporati.* ergo dormitio Adæ & mors Chriſti conueniunt in figura, ſicut conueniunt in figura vigilans & viuens. ſi de latere ergo viuentis debuiſſet formari coniūx, econtra de latere vigilantis fuiſſet Eua formata.

k *Formata.* Geneſis. ij.

l *Apoſtolum.* ad Roma. v. poſt medium.

Gloſ. ſeq. exponit ſecundum Greg. figuras quatuor euangeliſtarum.

m *Ezechiel.* j. c. & xvij. in princ. Io. Greg. in. iiij. homi. ſuper Ezech. de viſione quatuor animalium habentiū facies diuerſas, ſ. hominis, leonis, bouis, & aquilæ. dicit ꝙ iure per hominē figuratur Matthæus, qui cœpit ab humana generatione. Marcus per leonē, quia cœpit à clamore in deſerto. Lucas ꝑ vitulū, quia cœpit à ſacrificio. Ioannes verò dignè per aquilam, quia cœpit à diuinitate Chriſti. Sicut enim aquila cūctis auibus altius volat, & irreuerberatis oculis ſolis radios intuetur, ſic iſte altius cæteris aſcendit, qui dicēs, In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbū: dum in ipſam diuinitatis ſubſtantiam intendit, quaſi more aquilæ oculos fixit in ſolem.

*Euāgeliſtæ quatuor apertè per animalium facies figurantur.*

n *Dixit.* xix. diſt. c. j. ad finem. Et ad literā hic ponitur textus euāgelij, quē gloſſare non eſt meum.

o *Sanctorum patrum.* ſcilicet Aug. ſuper Io. ſermone. cxx. & xv. de ciui. Dei. ca. xxvj. ipſe & Amb. ſuper epiſtolā ad Roma. & Theophili ſuper Ioan.

p *Doctorum.* vt Tho. iij. parte. q. lxij. arti. v. Ioan. Sco. ſuper. iiij. ſen. Fertur etiā quòd tempore concilij congregati fuerūt ad hoc theologi doctores ꝑ Clementem qui hoc tenuerunt.

q *Duntaxat.* de bapt. maiores. in prin. cum ſuis concor. Non obſtat. lxxix. diſt. ca. ij. vt ibi not.

*† No. quòd fidei declaratio ſpectat ad pōtificem, ſed contra aiūt Lutherani, pōtifex errare poteſt et ſedes Romana. non ergo ad ſolos pōtifices, qui ab Hadriano. ij. nil bene egerunt, ſed ad omnes epiſcopos ſimul pertinet fidem tueri ſcriptura armis, nō igne, nō ferro. ſolent tamē hæc duo adhiberi membris putridis.*

Gloſ. ſeq. ponit literam antiquā, & deciſionis cauſam, & illā exponit. Secundò quærit. quæſtionem fortificat, & illam tripliciter ſoluit.

r *Aperuit.* ſequebatur in conſtitutione concilij etiam correcta & in audientia publicata, vt dixi in prooemio quòd textus Matthæi qui dicebatur in quibuſdā libris antiquis ſub alio ordine hoc narrare, per anticipationem intelligi & exponi debebat. Et hoc remouit Ioan. fortè ex eo quòd ille textus in Matthæo communiter non habetur. Et anticipatio dicitur ab ante & capio, cum ſcilicet ante capitur vel ponitur poſtponendum. ſupra de reſcrip. cauſam. Sed quæritur quid valet ad fidē hoc diſputaſſe quod hic dicitur de hoc ordine? Sine dubio coniunx Chriſti eccleſia quæ regenerat à Deo genitos, ita formari poterat per plagam & vndas fluētes Chriſto viuente ſicut Chriſto mortuo, nec in hoc diſputatio hæc reſpicit fidē. Sed opinio hęc damnata detrahit miraculo. euidentius enim fuit miraculū hoc de corpore mortuo quàm de viuo manaſſe. Item detrahit figuræ hic poſitæ, vt ſupra dixi. Itē detrahit fidei Ioannis euangeliſtæ, qui vltimus euangeliū ſuum ſcribens notabiliter expreſsit hunc ordinem: & his reſpectibus concilium hunc ordinem approbat.

ſ PORRO. Secūda pars duo facit. Primò quandā opinionem reprobat. Secundò illā pertinaciter tenentes hæreticos iudicat.

Hæc eſt ſecunda pars in qua tangitur, quòd dicebant aliqui animam intellectiuam ſeu rationalē ſeu ſubſtantiā animę rationalis nō eſſe formā verè & per ſe humani corporis. Et opinionem iſtorum ſic dicētium dicit Clemens erroneā, & contra veritatem. & dicit eos eſſe hæreticos qui talē opinionem pertinaciter ſuſtinere voluerint. Porrò, pro ſed, ſed nos reprobamus omnem doctrinam, id eſt reprobamus omnes qui dant talem doctrinam aſſerentem, id eſt affirmantem. temerè, id eſt, fatuè. aut etiam non ſolum reprobamus doctrinam vel poſitionem aſſerentem, ſed etiam vertentem in dubium. id eſt, reprobamus illos qui dubitant quòd ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiuæ non ſit forma verè ac per ſe humani corporis, talem opinionem reprobamus vt erroneam ac veritati inimicam & fidei catholicæ, definientes, id eſt determinantes, ſcilicet nos Clemens, vt veritas fidei ſynceræ, id eſt integræ. nota, id eſt manifeſta & cognita ſit cunctis, id eſt omnibus hominibus. ac etiam ne ſubintrēt aditus vniuerſis erroribus, quòd ſi quis deinceps, id eſt amodo præſumpſerit aſſerere, id eſt affirmare defendere ſeu tenere pertinaciter quòd anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma humani corporis per ſe & eſſentialiter, talis ſit cenſendus, id eſt iudicandus tanquam, id eſt ſicut hæreticus.

Nota quòd iſta dictio, præcludatur ſupra poſita, eſt compoſita de præ, & cludo cludis. Vnde antiqui dicebant cludo cludis



cludis, ſed moderni dicunt claudo, claudis. Et poteſt componi ſecundum antiquitatem concludo concludis, excludo excludis, & præcludo præcludis. Et quod dicitur in text. præcludatur aditus, id eſt claudatur introitus ſeu via ne de cætero homines dicant illam falſam opinionem. Et not. ſuper dictione, porrò. quòd porrò eſt aduerbium ordinis, id eſt conſequenter. Porrò etiam dicitur certè, vel valdè, vel longè, vel ſed, vel vtique.

poſitionem[a] temerè aſſerentem, aut vertentē in dubiū,[b] ꝙ ſubſtātia animæ rationalis ſeu intellectiuę[c] verè ac ꝑ ſe humani corporis non ſit forma, velut erroneā ac veritati

Nota in verbo, pertinaciter. quod pertinax, pertinacis, penultima correpta, ſed producta in genitiuo, omnis generis, id eſt valde, vel impudenter & ſine verecundia tenens, durus, perſeuerans in ſua opinione, impudens, conſtans, irreuocabilis, indocilis, obſtinatus. Nam pertinax nullo modo vult doceri, ſed ſemper putat habere ſaniorem intellectum, ideo dicitur indocilis. Inde pertinacitas, pertinacitatis, id eſt aſsiduitas, perſeuerantia, impudentia, idem & pertinacia, ciæ. & ſecundum Papiam perſeuerātia eſt in virtute, pertinacia in malo. Nota verbum temerè, quod eſt in principio. temerè aduerbium eſt, id eſt, præſumptuosè, ſtultè, ſine cauſa, ſine conſilio. Item verbum deinceps exponas, id eſt ab hodie in antea. & eſt aduerbium temporis vel ordinis, & deſinit in ps, & vt dicit Huguitio, componitur à de, & incepto. No. quòd veritas debet eſſe ſyncera, id eſt non inuoluta. de ſenten. excommun. à nobis. ij. Et quid ſit veritas, not. Archid. eodem titu. cap. vnico. lib. vj. & de conſec. diſt. ij. corpus. Nota in verbo pertinaciter. quod ſola pertinacia eſt quæ facit hominem hæreticum. de quo in glo. Franciſcus Zaba.

a *Poſitionem.* vtuntur theologi & artiſtæ hoc verbo, quo etiam nos vtimur. de confeſ. cap. j. vbi de hoc ſatis libro ſexto. fatetur autem quis & credit id quod ponit. de iureiur. ca. vlt. eo. lib.

b *In dubium.* de hæreticis, dubius.

Gloſ. ſequens primò excludit animarum dubium, declarās quare de iſta dubitatur. Secundò probat opinionē hic approbatam tribus rationibus exprimens duo propter quæ cōtraria opinio eſt hæretica. Tertiò reſpōdet ad quatuor rationes opi. contrariæ.

*Anima eſt triplex.*

c *Intellectiuæ.* de ſenſitiua enim & vegetatiua non fuit opinio. ſenſitiua enim qua ſentimus per ſenſus corporeos, certum eſt quod corrumpitur corpore corrupto, & ſic non poteſt dubitari quin ſit de corporis forma. Idem vegetatiua qua vegetamur, nutrimur, & augmentum ſumimus. in prima communicamus brutis, in ſecunda etiam plantis. Sed de intellectiua vel rationali fuit contraria opinio quæ præcipuē fundabatur ſuper ratione prædicta. Cum enim vniri, non dico accidentaliter, ſed per ſe & eſſentialiter ſit inſeparabiliter vniri, ergo formę non poteſt eſſe ſine materia propria. ſed anima intellectiua cum ſit incorruptibilis, remanet corrupto corpore, corpori non vnita, ergo non vnitur corpori vt forma per ſe & eſſentialiter. Sed antequam huic inductioni reſpondeam, eſt ſciendum, quod opinio hic approbata, pro qua facit de celebrat. miſſ. in quadam. ſic probatur ſecundum Philoſophum, octauo Metaphy. Differentia ſumitur à forma rei, ſed differentia conſtitutiua hominis eſt rationale, quod de homine dicitur ratione animæ intellectiuæ, ergo ipſa eſt hominis forma. Item demonſtratur ex ratione ſpeciei humanæ. natura enim rei oſtenditur ex ipſius operatione, propria verò operatio hominis, inquantum homo, eſt intelligere. oportet ergo quod ſortiatur ſpeciem ſecundum illud quod ipſius operis eſt principium. ſortitur autem ſpeciem vnumquodque per propriam formam. ex quo relinquitur quod principium intellectiuum, vel anima intellectiua ſit propria hominis forma. Sed aduertendum, quod quanto forma eſt nobilior, tantò plus dominatur materiæ corporali, & minus ei immergitur, & plus eam excedit ſui virtutē: vnde anima vegetabilis, plus quàm forma metalli, ſenſibus plus quàm vegetabilis. Intellectualis ergo in nobilitate vltima intantum excedit in homine materiam corporalem, quod habet aliquam operationem & virtutem in qua corporalis materia non communicat, quæ virtus dicitur intellectiua. Demonſtrat etiam id Ariſtot. ij. de anima. quia id quo primum aliquid operatur, eſt forma illius cui operatio attribuitur, ſicut quo primò ſanatur corpus, eſt ſanitas. quo primò ſcit anima, eſt ſcientia. ſanitas ergo eſt forma corporis, & ſciētia forma eſt animæ ad corporis vnionem. Secundò inducebant id quod dicit Philoſophus. iij. de anima. Anima ergo eſt forma corporis, & ſcientia eſt forma animæ. Certum eſt autem quod primum quo viuit corpus, eſt anima: & cum vita manifeſtetur ſecundum diuerſas operationes in diuerſis gradibus viuentium, id quo primò operamur vnumquodque illorum operum vitæ, eſt anima. Anima enim eſt quo primò nutrimur, ſentimus, & mouemur ſecundum locum. ergo ſimiliter id quo primò intelligimus, ſiue dicatur intellectus, ſiue anima intellectiua, eſt forma corporis. Et hoc negans oportet quod inueniat quomodo iſta actio ei conueniat. experitur enim quiſque ſeipſum eſſe, qui intelligit. Attribuitur autem actio alicui tripliciter, vt pater quinto Phyſic. aut ſecundum ſe totum, ſicut medicus ſanat. aut ſecundum partem, ſicut homo videt per oculum. aut per accidens, ſicut dicimus quòd album ædificat, quia accidit ædificatori eſſe album. Cum ergo dicimus Andream intelligere, certum eſt hoc ſibi non attribui per accidens, cum hoc inquantum eſt homo de ipſo eſſentialiter prædicetur. ergo aut oportet dicere quod intelligat ſecundum ſe totum, quod etiam poſuit Plato dicens hominem eſſe animam intellectiuam. aut dicere oportet quod intellectus ſit pars ipſius animæ. primum ſtare non poteſt, quia idem ipſe homo eſt qui percipit ſe intelligere & ſentire, ſentire verò non poteſt ſine corpore, vnde oportet animam ſenſitiuam eſſe aliquam hominis partem. relinquitur ergo quod intellectus quo Andreas intelligit, ſit pars ipſius Andreæ, ita quòd intellectus aliquo modo ipſi corpori vniatur. Et licet aliqui dixerint hanc vnionem eſſe per ſpeciem intelligibilem, quæ duplex habet ſubiectum, intellectum poſſibilem, & phantaſmata, alij quod intellectus vt motor vnitur corpori. quod vanum eſſe patet multis rationibus, & iſtæ duæ ſufficiant. Intellectus non mouet corpus niſi per appetitum, cuius motio præſupponit operationem intellectus. Non ergo ideo intelligit A. quia mouetur ab intellectu, ſed potius econtrario quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur. concluditur ergo quod vnitur vt eſſentialis forma. Item ſi anima intellectiua ſe haberet vt motor, certum eſt quod nauis poteſt eſſe ſine nauta, qui ſe habet ad eam vt motor. ergo etiam poſſet eſſe quod Chriſtus corpus humanum ſine anima ſumpſiſſet, quod eſt contra fidem. ſupra eod. cap. & ſupra eo. firmiter. Cum ergo principaliter incarnatio ordinetur ad ſalutem animæ, inutilis fuiſſet incarnatio ſi anima non eſſet eſſentialis corporis forma. Et per hoc vides rationem quare opinio hic damnata iudicatur hæretica, quia eſt contra fidem incarnationis. Eſt etiam contra fidem reſurrectionis. habet enim fides quod reſurgemus cum corporibus quæ nunc geſtamus, vt patet eo. tit. capit. firmiter. in fine primæ partis. ſed ſi anima non eſſet eſſentialis forma corporis, ad quid reſurgerent corpora, non videmus. Tenentes opinionem hic reprobatam, primò inducebant quod in principio dixi. Ad quod reſpondetur quod ſecundum ſe conuenit animæ corpori vniri, ſicut ſecundum ſe conuenit corpori leui ſurſum eſſe. & ſicut leue manet cum à loco proprio fuerit ſeparatum, cum aptitudine & inclinatione ad proprium locum, ita anima humana manet in ſuo proprio eſſe, cum fuerit à corpore ſeparata, habens aptitudinem & inclinationem naturalem ad corporis vnionem. Secundò inducebant quod dicit Philoſophus iij. de anima, quod intellectus eſt ſeparatus, & quod nullius corporis eſt actus, ergo non vnitur corpori vt forma. Sed dic quod Philoſophus intelligit ſeparatum, quia intellectus non eſt virtus alicuius organi corporalis, ſicut virtus viſiua oculi. conſtat etenim quod intelligere non eſt actus qui poſſet exerceri per aliquod organum corporale ſicut viſio, ſed eſt in materia inquantum ipſa anima cuius eſt hæc virtus, eſt hominis forma, & terminus generationis humanæ. Et quòd ſit in materia, probatur. ij. Phyſi. quia homo generat hominem. dicitur ergo anima intellectiua ſeparata ſecundum virtutem intellectiuam quæ non eſt alicuius organi corporalis. Et ſic etiam reſpondetur ad id quod tertiò dicebant, ꝙ ſi intellectus vniretur corpori vt forma, cū omne corpus habeat determinatam materiam, ſequeretur quod intellectus haberet determinatam materiam, & ſic non eſſet cognitiuus omniū, quod eſt contra rationem intellectus. Sed dico ꝙ hoc procederet ſi virtus intellectiua eſſet actus organi corporalis. fateor enim ꝙ actus illos, viſus cum oculo, tactus cū manu, & ſimiles bene oportet limitari ex materia. ſed cum anima intellectiua his organis non vtatur, limitationi non ſubiacet. Dicebant quartò ꝙ cum anima ſit quid ſubſiſtens, & habeat eſſe ſecundum ſe, ergo alterius forma eſſe non poteſt, quia forma dat aliquid eſſe, & ſic eſſe formæ non eſt ipſius formę ſecundum ſe. anima ergo intellectiua habens eſſe ſuū & ſuum ſubſiſtens, non vnitur corpori vt forma. Ad quod reſpōdetur quod anima intellectiua illud eſſe in quo ſubſiſtit cōmunicat corporali materiæ, ex qua materia & anima intellectiua fit vnum, ita quod illud eſſe quod eſt totius compoſiti, eſt etiam ipſius animæ, quod nō eſt in aliis formis quæ non ſunt ſubſiſtentes

*Anima rationalis eſt forma corporis humani.*

*Actio alicui tripliciter attribuitur.*

*Reſponſio ad quatuor rationes opinionis contrariæ.*

ſiſtentes. Et propter hoc anima humana remanet in ſuo eſſe deſtructo corpore:non autem aliæ formæ. Curioſus qui hoc plenius diſquirere vellet, videat in ſumma Tho.parte.j.q.76. in princ.Ioan.And.

a *Catholicæ*. fidei, quod ſequitur, & poſtpoſitum fuit vt euitaretur hiatus, quod propriè in Rhetorica dicitur cùm vocalis eadem ſequitur vocalem.

*Pertinax quis dicitur*

b *Pertinaciter*. pertinacia in malo, perſeuerantia in virtute:vnde pertinax valde vel impudenter tenens, durus, irreuocabilis, indocilis, obſtinatus. & idem verbum. j.de vſur. ex graui. §. penult.

c *Ad hoc*. tertia pars primò ponens de eſſe baptiſmi. Secundò de effectu ipſius. Et primò dicit quòd omnes debent fideliter confiteri vnicum baptiſma, quod regenerat omnes baptizatos in Chriſto Ieſu: & tale baptiſma celebratur in aqua, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Et credimus eſſe perfectum remedium ad ſalutem habendam tam paruulis quàm adultis. Et ſic extra caſum & pro caſu notemus quod baptiſma nos nõ generat, ſed bene regenerat: quia quando generamur, habemus iam labem peccati originalis, quæ labes proceſsit à noſtro primo parente: ſed vt iſta labes nobis remittatur, habemus remedium ad noſtram ſalutem, ſcilicet baptiſma, per quod videmur eſſe renati: quia baptiſma nos regenerat in hoc quòd per ipſum labes originalis peccati nobis remittitur. Et dicitur peccatum originale, quia illud peccatum nos concomitatur à noſtra origine ſeu natiuitate: ita quòd ita citò quòd habemus originem & ſumus geniti, ſumus in peccato quod dicitur originale. Sed procedamus in caſu: ſed quia de effectu baptiſmatis doctores habuerunt varias opiniones. Nam quidam dicebant quòd per baptiſma culpa remittitur paruulis:ſed propter hoc eis non confertur gratia, niſi quando decedunt, id eſt, quando moriuntur: vel non confertur eis paruulis gratia, niſi quando perueniunt ad ætatem adultam, quæ ætas eſt intra xxx. annos. & opinio iſtorum reprobatur. Alij dixerunt econtra, quia per baptiſma culpa remittitur paruulis, & gratia infunditur eis, & etiam virtutes. Et iſtam opinionem approbat: quia pariter omnibus baptizatis ſcilicet tam paruulis quàm adultis confertur gratia, & remittitur culpa: ſed gratia infunditur in paruulis quo ad habitũ, quãuis nõ quo ad vſum pro illo tẽpore quo ſunt paruuli. Vide textum aliqualiter ordinatum. Ad hoc, id eſt inſuper confitendum eſt ab omnibus fideliter baptiſma vnicum regenerans omnes baptizatos in Chriſto, ſicut nos confitemur ꝙ eſt vnus Deus, ac, id eſt etiam vnica fides. quod ſcilicet baptiſma celebratum eſt in aqua. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, quia baptizans debet accipere aquam, & proiicere ſuper caput illius qui vult baptizari, dicendo formaliter hæc verba, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Et nos Clemens credimus hoc baptiſma eſſe perfectum remedium ad ſalutem habendam tam paruulis quàm adultis, id eſt communiter omnibus. Verum pro ſed. ſed doctores quidã theologi reperiuntur habuiſſe contrarias opiniones quantum ad effectum baptiſmi, ſcilicet traditum paruulis. quibuſdam, id eſt aliquibus ex ipſis ſcilicet doctoribus, dicentibus culpam remitti ipſis paruulis per virtutem baptiſmi. Sed ipſi doctores dicebant eis paruulis gratiam non conferri: aliis ſcilicet doctoribus aſſerentibus & dicentibus contra, ſcilicet quòd etiam culpa quę præceſsit nõ ab ipſis, ſed à peccato primi parentis, remittitur, & virtutes & gratia informans infunduntur, ſcilicet in eis paruulis quo ad habitum, etſi.i. quãuis non infundantur pro illo tempore quo ad vſum. Ideo nos Clemens attendentes, id eſt reſpicientes generalem efficaciam mortis Chriſti, quæ efficacia mortis applicatur pariter tam paruulis quàm adultis per baptiſma baptizatis, duximus ſecundam opinionem eligendam tanquam probabiliorem & conſonam dictis ſanctorũ & doctorum modernorum theologiæ: quæ ſcilicet ſecunda opinio dicit gratiam informantẽ conferri tam adultis quàm paruulis in baptiſmo: & etiã virtutes infundi. No. quòd ſtatim tempore conceptionis Chriſti fuit perfectus homo, & fuit anima rationalis ſibi infuſa: quia fuiſſet incongruum filium Dei aſſumpſiſſe corpus non formatum. pro hoc facit gloſſa in verbo, vnigenitum. & allegat Ariſtotelẽ in j. Phyſi. vbi dicit, Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora. In aliis autem à Chriſto non infunditur anima ſtatim cum ſit cõceptio: ſed oportet quòd prius recipiat fœtus alimentum, & quod recipiat ſuam dilationem & extenſionem mẽbrorum, vt ſic diſponatur ad animam recipiendã. & dicitur quòd in fœmina expectatur ꝑ lxxx. dies à cõceptione embryonis: in maſculo verò ꝑ xl. dies. Vide gloſ. in verbo, vnitas. & in decreto. v. diſtin. §.j. in gloſ. fi. Not. ꝙ corpus Chriſti erat paſsibile: quare poterat pati frigus, calorem, famem, ſitim, & omnes alias pœnalitates humanas præter ignorantiam & peccatum. Et ſi ipſe non fuiſſet mortuus in cruce, ad vltimum ſenio defeciſſet. De hoc habetur in gloſ. in verbo, paſsibile. præſentis decretalis.

catholicæ [a] inimicam fidei, prædicto ſacro approbante concilio reprobamus: Definientes vt cunctis nota ſit fidei ſyncerae veritas, ac præcludatur vniuerſis erroribus aditus, ne ſubintrent, quòd quiſquis deinceps aſſerere, defendere, ſeu tenere pertinaciter [b] præſumpſerit quòd anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe & eſſentialiter, tanquam hæreticus ſit cenſendus.

*Aſſerens confitendum vnum baptiſma ſicut vnum Deum & vnam fidem approbat opinionem quæ habet per illud conferri etiam paruulis quo ad habitum informantem gratiam & virtutes. Ioannes Andreæ.*

Ad hoc [c] baptiſma vnicũ [d] baptizatos omnes in Chriſto regenerans eſt (ſicut vnus [e] Deus [f] ac fides vnica [g]) ab omnibus fideliter confitendum [h]. Quod celebratum in aqua [i], in nomine [k] patris & filij & ſpiritus ſancti: credimꝰ eſſe tam adultis quàm paruulis † communiter perfectum [l] remedium [m] ad ſalutẽ. Verùm quia quantũ ad effectum baptiſmi in paruulis, reperiuntur doctores quidã theologi [n] opiniones [o] contrarias habuiſſe: Quibuſdam ex ipſis dicentibus, per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri. Aliis econtra aſſerentibus, quòd & culpa eiſdẽ in baptiſmo remittitur, & virtutes [a] ac informans gratia [b] infunduntur quo ad habitum [c], etſi non pro illo tempore quo ad vſum. Nos autem attendentes generalem efficaciã mortis Chriſti (quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus [d] baptizatis) opinionem ſecundam (quæ dicit tam paruulis quàm adultis conferri in baptiſmo informãtem gratiam & virtutes) tanquam probabiliorem, & dictis ſanctorũ [e], ac doctorum modernorum theologiæ magis conſonam et concordem, ſacro approbante concilio duximus eligendam [f].

*† Illi ſolo capite extra vterũ extanti baptizari poſſunt: per tex. inducendo: vt Barba. ca. baptizari. v. diſt. adde quòd monſtrũ ab humana ſpecie nõ recedens eſt baptizandũ, & dæmoniacus. gl. c. poſtea. de conſec. diſt. iiij. & an baptiſmus abſumat pœnã delicti Bar. tenet quòd ſic per glo. ca. quod antẽ. xxx. q. i. ego addo tibi Tho. Ferr. quòd in cautelis ſuis vltra Cap. vide doctlo. cap. gaudemus de diuor. Font.*

d *Vnicum*. quare ſic dicatur, habetur de conſecra. diſtin. iiij. aliud.

e *Vnus*. ad Ephe. iiij. habetur de hac triplici vnitate, & j. de exceſ. præl. frequens. ad finem. & j. de ſen. excom. c. j. & vt dicit Ambro. lib. de trini. & exponit magiſter. j. ſent. xxiiij. diſt. circa prin. cùm vnum dicimus Deum, vnitas excludit numerum deorum: nec quantitatem in Deo ponit: quia nec numerus nec quantitas in Deo eſt.

f *Deus*. in hoc verbo ponit cauſam efficientem baptiſmi.

g *Vnica*. licet ſpecie differat, quòd dic vt no. Ber. ſ. eo. ti. ſuper rubri.

h *Confitendum*. vnde in ſymbolo dicitur. Confiteor vnum baptiſma.

i *In aqua*. cauſa materialis.

k *In nomine*. cauſa formalis.

l *Perfectum*. ſine pœnitentia exteriori. de conſec. diſtin. iiij. ſine pœnitentia.

m *Remedium*. cauſa finalis.

n *Theologi*. & canoniſtæ. de hoc de conſec. diſt. iiij. nihil. & cap. paruuli.

Gloſſa ſeq. dicto vnde oritur dubium, põnit de infuſione virtutum in baptiſmo duas opiniones, quas reprobat, & tertiam hic approbatam probat per figuram, rationem oſtendens non obſtare vllum ex quinque impedire valentibus. Vltimò reſpondet duabus rationibus opinionis contrariæ, & remittit.

o *Opiniones*. eſt ſciendum quòd prima fuit opinio Donatiſtarum quòd paruuli inutiliter baptizabantur, quæ reprobata eſt, & ad ipſorum rationes reſponſum eſt de baptiſ. maiores. Sed ibi dubium eſt relictum, an paruulis infundãtur virtutes & gratia: quod hic ſoluitur. Eſt ergo hic ſciendũ quòd quorundam fuit opinio, quòd pueris nullo modo dãtur virtutes in baptiſmo, ſed ſolum ab originali mundantur: ſed poſtea quando decedunt vel quando perueniunt ad ætatem adultam, eis virtutes infunduntur ſi ſeruent innocentiã. Hanc communiter theologi reprobant per id quod habetur Eccle. xj. quod ſonat illud quod habetur xxv. diſti. qualis. in princ. quare ſi pueris ante mortem non fuerint conceſſæ virtutes & gratia informans, in morte nõ conferẽtur: & ſic nõ ſaluabuntur. quod eſt falſum. Error autẽ huius opinionis videtur fuiſſe ex ignorãtia diſcernendi habitũ in actu. Alij dixerunt ꝙ pueris dãtur virtutes & gratia: non tamen in ſeipſis, ſed in ſua radice. ſ. charactere ſacramenti: cuius virtute cũ venerint ad perfectã ætatem, & cũ perfectis organis ſolutæ fuerint potentiæ: cõſequentur gratiã & virtutes. Et Hugo videbatur miſcere hãc opinionẽ primæ. de conſe. diſt. iiij. nihil. Sed ꝙ hoc eſſe nõ poſsit, patet: quia ſi puer verteretur in furiã ante perfectam ætatẽ, potentiæ in eo non ſoluerẽtur, & ita nunquam haberet virtutes explicitè. Item ꝙ potentiæ ſint aliquo impedimento ligatæ, nõ impedit habitum, ſed actum: quia dormientes & vinolenti habitus habent, ſed ligatos. Tertia fuit hic opinio approbata quòd virtutes & gratia dentur in habitu ligato propter pueritiã: ſicut in dormiente propter ſomnum: ſed diſcedente pueritia inclinatur ad bene operandum: niſi



niſi aliquid ſpirituiſancto reſiſtat: & habetur de hoc figura j. Regũ. xvij. vbi Dauid paruulus armatus armis Saul regis nõ potuit eis vti contra Goliam. Sic puer in baptiſmo armatus gratia & virtutibus, propter imbecillitatem illis vti non poteſt quo ad actum. Et quòd hoc ſit verum, patet: quia cum pueri ſicut adulti per baptiſmum efficiãtur membra Chriſti: neceſſe eſt quòd à capite recipiant fluxũ vel fructus gratiæ & virtutis: cuius influxionis non eſt impedimẽtum ex parte Dei, qui omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. j. ad Timot. ij. & ſupra de bapti. maiores. ver. abſit. Nec ex parte gratiæ, quæ ex vi ſacramẽti omnibꝰ præſto eſt. & facit de conſecr. diſtinct. iiij. ſine pœnitentia. Nec ex parte ſacramenti quod pro omnibus inſtitutum eſt: nec ab illo vllus excluditur: vt in decre. maiores. ver. cum ergo. Nec ex parte paruuli: qui nec reſiſtit nec reſiſtere poteſt infuſioni gratiæ: nec curamus ipſius reluctãtiam vel gemitum in baptiſmo. de conſec. diſt. iiij. cum videmus. & cap. ſeq. Nec ex parte eccleſiæ in cuius fide ſaluatur, & quæ nulli claudit gremium. de hæret. ſuper eo. lib. vj. nec aliquẽ decipit. xxvij. q. j. de viduis. de dona. per tuas. Huic autem opinioni [a] approbatæ non obſtat quòd habitus virtutum habilitat ad actum: ſed pueri non ſunt habiles ad agendum quæ ſecundum virtutes ſunt: ergo non recipiunt habitum virtutum in baptiſmo. Nam dico quòd habitus facit habilem ad actum tollendo inhabilitatem quę eſt ex imperfectione potentiæ, nõn quæ eſt ex parte corporis: vt patet in dormiente. Nec obſtat quod dicitur in noua influentia oportere quòd *recipiens* vel *influens* aliter ſe habeat nunc quàm prius: ſed anima pueri baptizati non alio modo ſe habet in inſtanti poſt baptiſmum quàm prius: quia caret vtroq; tempore vſu liberi arbitrij. Itẽ nec Deus influens aliter ſe habet. Concluditur ergo quòd pueri etiã baptizati gratiam & virtutes nõ recipiunt. Ad quod reſpondetur ꝙ licet agens principale ſit immobile, agens inſtrumentale aliter ſe habet nunc quàm prius ad puerum: quia nũc & non prius baptizatur. ex quo etiam ſequitur quòd aliter ſe habet baptizatus: quia nũc & nõ prius impreſſus eſt character in ipſo. Item cõſtat quòd ſine aliqua ſui mutabilitate Deus ſine ſacramento poſſet gratiam conferre: vt patet in ſanctificatis in vtero de renun. niſi cùm pridem. in princ. Curioſus etiam videre poſſet in Tho. iiij. ſenten. diſtinctio. iiij. & in iij. parte ſum. quæſtione. lxviij. & lxix.

*Salutẽ omnium optat Deus, vult enim oẽs ad agnitionẽ veritatis venire.*

*Ex hac glo. habes quòd baptizatis infunduntur virtutes. Nam habilitatur anima ĩ baptiſmo, ſed non corpus cuius habilitas requiritur in operatione virtutum. Zabarella.*

a *Virtutes*. de theologicis non eſt opinio inter modernos: ſed de moralibus ſic: vt j. dicã. dicuntur autem virtutes quaſi virum tuentes & præſeruantes à vitiis. de pœni. diſt. ij. illa anima. & cap. ſeq.

*Virtutes dicũtur quaſi virũ tuẽtes*

Gloſ. ſeq. ponit duas opiniones, ad primam tres rationes inducens.

b *Informans gratia*. hanc multi theologi dicunt eſſe idem in re quod habitus charitatis: tum quia charitas & gratia habẽt eaſdem operationes: tũ quia dicit Auguſt. xv. de trini. c. xviij. loquens de charitate. Nullum eſt iſto Dei dono excellẽtius. Sed omni dono diſtincto à gratia, ipſa gratia excellẽtior eſt: tum quia ſi ſic diſtinguerentur, poſſent à Dei virtute ſeparari: & ſic aliquis eſſet Deo gratus ſed non charus, & ecõuerſo. Alij verò dicunt quòd gratia eſt habitus qui fundatur in eſſentia animæ: charitas verò eſt alius habitus qui fundatur in voluntate.

c *Ad habitum*. de ſimilibus de baptiſ. maiores. ver. quanuis in j. gloſ. ADDITIO. Habitus hic accipitur pro quadam habituatione, quæ propriè dicitur habitudo, & ſic non eſt aliud quàm quædam habilitatio per remotionem impedimenti. Vnde quod dicit hic textus, habitũ, textus in ca. maiores. ver. quanuis. de baptiſ. vocat aptitudinem. Eſt ergo ſenſus ꝙ baptizatis etiam paruulis infundantur virtutes quo ad habitũ, id eſt vt habitus virtutum quos poſtea acquirẽt, ſint eis meritorij ad ſalutem. Cardi.

d *Omnibus*. etiam fictè recipientibus quo ad characterẽ & gratiam gratis datam: ſed non ad gratiam faciẽtem gratum: niſi cùm fictio illa receſſerit. de conſe. diſt. iiij. tunc valere. & ca. pen.

*Gratia eſt duplex, ſcilicet gratis data et gratũ faciens.*

Gloſ. ſeq. primò nominat vnum ſanctũ & quatuor doctores, dicens eos cõuenire in virtutibus theologalibus. de moralibus ponit primò opinionem Thomæ, & vnam rationẽ ipſius. Secundò ponit opinionem contrariam quæ ad rationẽ illam reſpondet, & pro ſe duas rationes inducit.

e *Sanctorum*. ac doctorum modernorũ. de ſanctis habemus Auguſtinum contra Iulianum lib. j. de baptiſ. paruulorũ. doctores habemus magiſtrum. iiij. ſenten. iiij. diſtin. in princ. & ibi Alexan. Alber. & Tho. apertius. Et breuiter omnes theologi moderni in hoc concordant quo ad virtutes theologicas, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatẽ. ſed de virtutibus moralibus, vt iuſtitia, fortitudine, temperantia, prudentia, & aliis de quibus xxviij. quæſtio. j. §. ex his. bene diſcordant moderni theologi. Thomas enim & ſui tenent etiam morales infundi: nam vt dicũt, morales acquiſitæ nõ ordinant ex ſe in vltimum finem, nec inclinant quòd homo ſit bene mobilis à ſpirituſancto, ergo eſt fateri illas infuſas. Sed qui tenent contrarium, reſpondent ad hoc, quòd morales acquiſitæ coniunctæ charitati quæ eſt forma virtutum, vtrunque ſufficienter peragunt: & ſic non eſt neceſſe ponere eas infuſas. Inducunt etiam iſti illud Philoſ. quòd fruſtra fit per plura &c. vt dixi in principio capituli. ſed per virtutes morales acquiſitas poteſt homo cum theologicis finem ſuũ acquirere ſine moralibus infuſis: proprium enim eſt charitati nos Deo vltimo fini coniungere. Eſt enim ſecundum Auguſt. rectiſsima affectio quæ nos Deo coniungit: ergo nõ requiritur infuſis theologicis quòd aliæ virtutes morales infundantur. Item ſi paruulis infunderentur: ergo & adultis. ſed experimur quòd adultus non fictè baptizatus non plus ſe ſentit ſobrium, prudentem, temperatum, vel iuſtum quàm prius: quòd ſi infunderentur, ſentire deberet, ex quo ætas nõ impedit, cùm virtus moralis nõ ſit habitus inclinans per modum naturæ: quia ſecundum Philoſophum. ij. Ethic. Virtus eſt quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit. ergo cùm ſacramentum baptiſmi ſit commune, omnia gratis donans, videtur quòd non infundatur adultis nec paruulis.

*Virtutes omnes tam theologicæ quàm morales an infundantur, per baptiſmum.*

*Virtus quid eſt.*

f *Eligendam*. ergo illam ſequi tenemur. de hoc eod. titu. cap. vnico lib. vj. in vj. gloſ.

## DE RESCRIPTIS.

ABbates.} Sunt duæ partes. in prima duplex prohibitio. in ſecunda ibi, Si quis. duplex pœna, ſ. iuris & hominis. Ad euidentiam præmittas ſecundũ do. An. quòd ſi actor & reus ſunt eiuſdẽ diœceſis, oportet ꝙ actor impetret in diœceſi de qua ſunt. de reſcr. ſtatutum. §. cũ autem. lib. vj. Si verò diuerſarũ, actor neceſsitatur ad impetrandum vel in diœceſi rei vel in propinqua per diætam. in propria autẽ actoris impetrare nõ poteſt: vt ibi. Secundò præmitte quòd pro mẽbris ſubiectis abbates agere poſſunt & appellare. Et quando agentes præferantur, habetur materia de iudi. cùm deputati. de teſti. cùm olim. de relig. domi. cùm venerabilis. & plenius de reſti. ſpol. olim cauſam. Tertiò præmitte quòd pro locis ſpectantibus ad menſam, non ſemper expedit præponere gubernatores ſpeciales. quod dic vt in glo. in verbo, haberent.

*Diuiſio.*

*Additio eſt Ioanne de Imola & ex Cardinali de Zabarellis.*

His præſuppoſitis ad caſum huius capituli accedamus. Iſta conſtitutio fuit edita propter fraudem quæ fiebat ad decretalem, ſtatutum. eod. titu. lib. vj. in verſicu. cùm verò. in quo dicitur quòd cùm actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis, & eiuſdem diœceſis, extra ipſas ciuitatem & diœceſim non eſt cauſa deleganda niſi ex iuſta cauſa, ſcilicet quando impetrat contra epiſcopum vel contra eius capitulum eccleſiæ cathedralis, vel contra vniuerſitatem qui habent iuriſdictionem *in tota diœceſi, ratione cuius poterunt impetrare* vt dictas perſonas conueniant alibi quàm in ciuitate ſua. Et adhuc limita quòd non poterunt impetrare vt dictas perſonas conueniant alibi quod diſtet vltra vnam diætam à ſua diœceſi. Item dicit illud ca. ſtatutum. in verſi. cùm autem. quòd ſi actor & reus ſint diuerſæ diœceſis, quod actor debet impetrare delegatos in diœceſi rei, niſi ipſe haberet homines illius diœceſis ſuſpectos: quia fortè reus eſt magnꝰ dominus in illa diœceſi, & gentes illius diœceſis vellent ſibi fauere potius quàm actori. Pone ſic caſum. Ante iſtam Clementinã fiebat talis fraus illi. c. ſtatutum. eo. titu. lib. vj. & præcipuè illi ver. cùm autem. & illi ver. cùm verò. Si ergo eram prior illius prioratus, qui prioratus erat in vna diœceſi, & ſuberat alicuĩ

cui abbatiæ quę erat in alia diœceſi: ego prior habebam vnū reum debitorem qui erat eiuſdē diœceſis & eiuſdē ciuitatis, & ego iſtum reum conuenire volebam: ſed ego nolebā eum conuenire in ciuitate noſtra de qua eramus, & in qua morabamur: ſed bene volebam eū conuenire extra, ſed hoc nō poteram facere: quia ca. ſtatutum. ſ. allegatum hoc prohibet, ſicut dixi in præſuppoſitione. Quid faciebā? certè vt ego ipſum reum vexarem & facerem eum conueniri extra noſtram ciuitatē, ego iui ad meum abbatē cui ſuberat beneficiū, & dixi: Domine abbas, ratione mei prioratꝰ qui vobis ſubeſt, habeo vnum reū qui mihi debet pecunias quas nō vult mihi ſoluere: etiā non vult ſoluere iura debita ipſi prioratui. vos habetis damnū ſicut ego, niſi mihi ſoluatur. Ego facerem eum conueniri: ſed ego nō poſſum, niſi in ciuitate in qua moramur, ego volo eum bene vexare, ſed non poſſum, capiatis iſtam cauſam ad manum, & faciatis eum conueniri. Dicit abbas, Domine prior non poſſum: quia ego ſum de aliena diœceſi à ſua, & dicimꝰ per cap. ſtatutum. in verſic. cùm autem. quòd ſi actor & reus ſint diuerſæ diœceſis, quòd actor debet conuenire reum in ſua diœceſi, & in ciuitate ſua: ideo ſi vellem illum conuenire, oporteret quòd illum conuenirem in ciuitate ſua, quod non vis. Dixit prior ſuo abbati, Domine abbas nō timeatis, imò faciatis illum conueniri alibi, quia vos impetrabitis literas à ſede apoſtolica vt eum conuenire valeatis in proxima ciuitate diſtante à ſua diœceſi vna diæta, & ſic fecit abbas. Et per iſtam fraudem fiebat quòd qui erat actor & reus eiuſdē ciuitatis, efficeretur reus & actor diuerſarum ciuitatum, & ſic multoties excludebant reum à ſua diœceſi contra voluntatem & intellectum ca. ſtatutum. ſ. alleg. Vnde Clemens videns iſtam fraudem ſic fieri fecit iſtam conſtitutionē in qua continetur quòd decætero abbates vel religioſi præſidentes alicui adminiſtrationi, non poterunt authoritate literarum apoſtolicarum vel legatorum, conuenire reos eis ſubditos occaſione dictorum beneficiorum vel occaſione ſuarum abbatiarum, niſi vbi & coram quibus ſunt ſubditi immediatè, vel niſi vbi conuenirent ſi haberēt ſpecialem adminiſtrationem, etiā ſi illa beneficia eſſent de menſa abbatis: quia abbas non poterit conuenire homines illus beneficij niſi in loco in quo potuiſſet antequam beneficium eſſet vnitū & de menſa ſua. Si autem contra factū fuerit, in expenſis condemnabitur abbas, & proceſſus habitus eſt irritus niſi prædicta ſint facta de partium conſenſu.

*† Hi habēt dignitatem principaliter. ca. hac cōſtitutione. de offic. deleg. li. vi. Bal. per illū tex. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. gl. c. à ſubdiacono. diſt. 93. quæ glo. limitatur à Do. ibi per ca. quis. §. quāquam. de præb. li. vi. Barba. Font.*

*Not. primò quod in realibus computātur diætæ à loco in quo eſt res. ſic colligit Laud. ibi, loca ipſa. cuius dictū tenet hic Cardinalis per ca. dilectus. ij. ſ. e. titu.*

*No. ſecūdò pœnam indebitè vexātiū alios in iudicio.*

*† Niſi hoc fuiſſet eis prohibitū potuiſſent, quia impetrare reſcriptum regulariter permittitur, quādo non &c. docet hic Barb. Font.*

*Cauſa conſtitutionis præſentis.*

Gloſ. ſeq. conſtitutionis cauſam ponit.

a *Abbates.* Cauſam dedit conſtitutioni fraus quæ ſæpe committebatur ad decre. ſtatutum. ſ. eo. lib. vj. quia ſi prior alicuius domus Bon. diœce. contra me Bon. impetrare volebat, habebat neceſſe impetrare Bonon. Sed ſi plus expediebat vel placebat ei me conuenire Ferrariæ: impetrabatur ibi reſcriptum ſub nomine maioris: puta Camaldulen. Ciſtercien. Carthuſien. & ſimilis cui ſuberat illa domus, & ſic quaſi actor & reus eſſent diuerſarum diœceſ. fiebat commiſsio in loco vicino diœceſi Bononien. intra diætam. & conſtat quòd hoc multum frequentabatur ad excludendam diœceſim rei. Eodem modo ſi domus erat Ferrariæ, me Bononien. conueniebat Ferrariæ ipſe maior: quod prior loci non potuiſſet. Ioan. And.

a *Abbates.* ſolent iſti vocari patres abbates. ſupra de regu. ca. ſi.

b *Alij.* hoc nomen non ſemper poſitionem facit. de hoc. ſ. eo. tit. c. ſedes. in iij. gloſ.

Gloſ. ſeq. tripliciter exemplificat præſidentes regularibus. Secundò dicit idem de ſecularibus.

c *Præſidentes.* vt magiſtri hoſpitalis, cruciferorum, & his ſimiles. Idē ſi denominentur priores: vt Camaldulen. vel miniſtri: vt in ordine minorum: vel quodcunque ſit nomen præſidentium tali loco vel ordini cui ſubſunt hæc membra. Et latè intelligas literam ſiue ſint prælati ordinum, vt prædicti:

DE RESCRIPTIS.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Maior prælatus pro membris ſuis (etiā ſi ſunt de menſa) reum conuenire nō poteſt per reſcriptū apoſtolicū, niſi vbi poſſent adminiſtratores membrorū. Contra faciens in expenſis & intereſſe punitur, & proceſſus eſt irritus. Ioan. And.*

CAPIT. I.

ABbates [a] † aut alij [b] religioſi, quibuſlibet adminiſtrationibus præſidētes [c], occaſione [d] prioratuum ſeu aliorum locorum ſubditorū eiſdem, nullum authoritate literarum apoſtolicæ ſedis, vel legatorum [e] ipſius, quomodolibet valeant conuenire [f] †: Niſi vbi, & coram quibus [g], prioratuum & locorum ipſorum prioribus, aut aliis gubernatoribus hoc liceret [h] †. Nec occaſione [i] locorum ad menſas pertinentium eorundem, aliud ipſis ſuper hoc [k] liceat, quàm ſi loca ipſa ſic præmiſſa ſpeciales ſub eis gubernatores haberent [l]. Si quis autem aliquem cōtra hæc vexare [m] præſumpſerit, in expenſis [n] ſibi & intereſſe per iudicem (coram quo [o] vexatio fiet huiuſmodi) condemnetur, omniſque B proceſſus [p] contra præmiſſa habitus ſit irritus ipſo iure [q] †.

Idem in eodem.

*Principalis officialis epiſcopi & prior conuentualis, licet obediētiarius, delegari poſſunt à papa: officialis verò foraneus vel prior clauſtralis non. Ioan. And.*

A ſiue ſint prælati monaſteriorum habentium membra: vt nouantulanum, pompoſianum, fructuarienſ. & his ſimiles. Et licet non intellexerit, vt puto de præſidentibus capitulis prouincialibus monachorum: de quibus de ſta. mo. in ſingulis. & cap. ea quæ. illi enim non impetrant pro monaſteriis prouinciæ: ſi tamen daretur quod impetrare poſſent, locum haberet quod hic dicitur, ex identitate rationis. Et licet de religioſis loquatur: idem tamen de ſecularibus qui ſimili modo præeſſent: ſed quia id rarū, hoc frequentatum: ideo de religioſis loquitur.

d *Occaſione.* ſi enim cauſam propriam vel capituli talis prælatus agere vellet & pro illa impetrare: tunc nō haberetur conſideratio loci vbi ſitum eſt membrum.

e *Legatorum.* vel delegatorum. ſ. eo. ſtatutum. § in nullo. lib. vj. De inferioribus ordinariis non eſt dubium: cum in eis locum non habeat decret. ſtatutum [a]. ſed id quod habetur de offi. ordi. cùm epiſcopus. & ca. vt litigantes. lib. vj.

*† No. quòd ſuperior ſortitur iudicē ſui inferioris: illum tamen excommunicatio ſuperiorem non impedit. Barb. Font.*

*† In quibuſdā exempl. totū hoc habetur, niſi ad id expreſſus partiū accedat aſſenſus.*

*a Idē Barba. inferens quòd ordinarij citant vltra vnā diætā. Fon.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium caſus conuerſi.

f *Conuenire.* in actore loquitur, non in reo. hinc eſt quòd ſi ego Bonon. pro membro Bon. volo cōuenire ipſius membri maiorem qui eſt diœce. Aretinæ, nō potero impetrare Bon. ſed Aretij, vel in loco vicino intra diætam, ſecundum formā decr. ſtatutum. §. cùm autem. Identitas enim qua hic idē fingitur C adminiſtrator membri & ſuus maior, in reorum fauorem inducta, in eorum grauamen retorqueri non debet. de reg. iu. quod ob gratiam. lib. vj. cum ſuis concor. priorē autē illius mēbri bene conueniā Bon. vt ibi. §. cùm verò. Et quod prius dixi procedit hoc poſito quòd etiam in realibus conſideretur locus domicilij: vt no. in præalleg. § cùm verò. in gl. olim dicebamus.

Gloſ. ſeq. ſoluit duo dubia.

g *Coram quibus.* de loco erat dubiū, de perſonis nō: ſed forſan hoc intendit quod ſi is qui impetratur à priore loci, poterat recuſari, etiā recuſari poterit impetratus per maiorē ordinis. facit quod ſcripſi de offi. deleg. inſinuante. Hoc ſcias quod licet prior domus propter excommunicationē repelleretur ab agendo: iſte maior non repellitur qui excōmunicatus non eſt. ſolùm enim perſonas coram quibus & loca in quibus fit conuentio, determinat hæc litera.

h *Liceret.* agere enim poſſent & defendere quandiu adminiſtrationes tenent, quāuis ſint obedientiarij. de hoc ſatis. & quis cui præferatur, no. poſt Innoc. & Hoſt. de iudi. cùm deputati. de teſti. ſpo. olim. j. de teſti. cùm olim. de relig. do. cùm venerabilis [b]. vbi not. Inno. ad ſi. quod quando in caſu defenD ſionis iudex procedere debet ad miſsionem in poſſeſsionē: hoc non facit etiam ſi vnus ſit contumax: niſi omnes vocentur. alleg. ff. de euic. Aemilius. & ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. hoc autem.

*b Et ita edocet. de reſc. in omnibus his plenè de hoc. Et eſt ſimile in patre & filia qui concurrunt in petitiōe dotis, & inuicē de prælatione contēdūt, quod dic vt l. iij. ff. ſolu. matri. & l. j. §. fin. & l. nō ſolū. eo. titu. Pet. de Ancha.*

i *Nec occaſione.* Iſte verſic. non fuit de prima compilatione concilij.

k *Super hoc.* ſcilicet ſuper reconuentione reorum.

l *Haberent.* innuit quòd loca quæ ſunt de menſa, interdum non habent ſpeciales gubernatores. concor. j. de ſuppl. negl. præla. c. vnico. vnde licet illorum fructus clericis concedantur ad firmam, non vacant per mortem illorum. j. de exceſs. præl. frequens. ver. quidam etiam. & ibi dicam quæ loca propriè ſint de menſa: & aliquid not. Inno. & Hoſt. de re. ec. non alie. vt ſuper.

m *Vexare.* ex ſola enim impetratione non veniunt expenſæ vel intereſſe: niſi ſequeretur vexatio vel conuentio.

n *In expenſis.* legitimis. ſ. eo. ſtatutum. §. cùm verò. in ſi.

o *Coram quo.* cōcor. quod not. ſ. eo. c. ſi. in vlt. gl. & quod illa decre. vocat damna, hæc vocat intereſſe.

p *Proceſſus.* circa principale.

q *Ipſo iure.* id eſt, ſine ope exceptionis. concor. ſ. eo. c. j. & c. ſtatutum. in ſi. lib. vj.

ET *ſi principalis.* Partes patent: quia prima duorū permiſ-



ſiua. ſecunda duorum prohibitiua: ibi, In officiali. Iſta Clementina ſeu conſtitutio fuit edita ad excludendum & remouendum vnum dubium quod erat. Diceret aliquis iuuenis canoniſta: pater ſanctiſsime ſcio per decretalem veſtram, ſtatutum. ſitam in rubrica de reſcrip. lib. vj. quod cauſæ delegatæ à ſede apoſtolica poſſunt cōmitti perſonis decoratis dignitate, id eſt, exiſtentibus in dignitate, vel perſonis obtinentibꝰ perſonatum, vel canonicis eccleſiæ cathedralis. Sed dubito an officialis principis epiſcopi & etiam officialis foraneus & prior cōuentualis vel prior clauſtralis monaſterij ſint in tali dignitate conſtituti vel perſonatu, quòd poſsint cauſæ iſtis delegari & committi ab apoſtolica ſede? Et reſpondet papa quòd principalis officialis epiſcopi & prior conuentualis quamuis etiam tales nō ſint aſſumpti per electionem, ſunt tamen tales perſonæ quòd eis poſſunt & debent cauſæ à papa delegari, & erunt idonei B iudices delegati. Officialis autem foraneus qui ſolummodo in certa parte diœceſis vel ad certos actus conſtituitur, & nō ad omnem iuriſdictionē epiſcopi exercendam, & prior clauſtralis ſui monaſterij non ſunt capaces formæ, hoc eſt non ſunt tales perſonæ quibus papa intendat committere cauſas ſuas delegatas: niſi expreſsè exprimat dum delegabit, ſic dicendo: Et volumus quòd talis officialis foraneus vel talis prior clauſtralis cognoſcat de tali cauſa. h. d. Ideo dicit text. quamuis principalis officialis epiſcopi, aut pro vel, religioſus obtinens prioratum conuentualem dari valeat delegatus (cape parentheſim.) Et quamuis prior conuentualis non conſueuerit aſſumi per electionem ad prioratum. Et ſic remouet vnum dubium: quia quis poſſet dubitare quomodo papa delegat cauſas tali priori conuentuali qui non eligitur ad prioratum ſuum: videtur quòd non habeat dignitatem, cùm talis ſit ſolummodo prior ad voluntatem ſui abbatis, & eſt obedientiarius: & ſic videtur quòd non ſit conſtitutus in dignitate. Remouet illud dubium per hoc quod dicit, quanuis ad prioratum eundem non conſueuerit per electionem aſſumi: tamen tali priori poterit committi cauſa à ſede apoſtolica. & ſequitur in textu, Officiali tamen foraneo aut religioſo clauſtrali priori ſui monaſterij papa non committit cauſas à ſede apoſtolica. Ex dictis nota quòd principium noſtri textus non videtur dicere quòd principalis officialis epiſcopi vel prior conuentualis ſint tales perſonæ quòd eis poteſt delegari: ſed videtur dicere ac ſi illud confirmaret & eſſet notum ſatis per ſe: tamen non reperio alibi in textu formaliter. Not. quòd officialis foraneus eſt qui conſtituitur in certa parte diœceſis, vel ad certos actus, vel etiā foraneus, vt eſt decanus ruralis, vel etiam quia foris in diœceſi conſtituebatur, vel foraneus qui forum teneat, vel foraneus quia deforis venit: vt aduena vel peregrinus, cuius ſunt reprobata iudicia: vt in gloſ. in verſic. foraneos. ſupra de offic. ordi. in cap. Romana. talis officialis non eſt perſona cui poſsit delegari à papa: niſi hoc dicat papa in ſua commiſsione. Pet.

No. de dictione etſi, quę ponitur hic pro vna dictione, pro quamuis: vt in glo. j. ad hoc. de poſtu. c. ſi. vbi dixi. No. quòd prior conuentualis eſt in dignitate, quod no. gl. in ver. cōuentualem. & eam ſigna. Franc. Zabar.

*† Barba. exponit id eſt generale vicarius epiſcopi: et eſt generaliter dicendus etiā ſi cōſtituatur ad certum locum, quod Cardi. negat. adde etiā ſi ſint plures æquè principales, omnibus poterit delegari. facit ad quæſtionē de duobus teſtamētis eodem die factis, in quibus diuerſi inſtituuntur hæredes. de qua per gl. in l. ſi. C. de edi. diui Hadria. tol. Bar. in l. j. §. j. ff. de ſe. tab. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. Fon.*

Gloſ. ſeq. dicit quid in parte declarat, & quis pars cauſæ, & principium exponit.

a *Etſi principalis.* declarat hoc ca. inquantum de religioſo loquitur. no. xvj. q. j de præſentium. de priuile. cùm olim. ij. per Hoſt. in ſum. de offi. deleg. §. cui poſsit. verſi. ſed nunquid. & per Guli. in Spe. tit. j. § j. ver. nunquid ergo monacho. & ff. de iud. l. cùm prætor. Et multum olim dubitabā de his caſibus, & fortè fui pars impulſiuæ cauſę conſtitutionis iſtius. Et exponas etſi pro quamuis. Ioan. And. ADDITIO. Pro euidentia huius c. no. id quod habetur in ca. ſtatutum. §. j. e. tit. lib. vj. ſcilicet quod inter cætera quæ exiguntur in delegato papę, exigitur quòd ſit in dignitate. per quod apparet quod ſtrictè intelligitur de dignitate, ſcilicet propria iudicis delegati: quia ſic in dubio verba debent intelligi, vt naturalem & propriā naturam plus reſpiciant quàm accidentalem. de ſent. excom. ſi quem. de teſta. ſi pater. lib. vj. quod non eſt modicum fundamentum ad dicenda. Ioan. de Imola.

Gloſſa ſequens vnius thematis duo dubia ſoluit. de tertio remittit. Item quærit & remittendo ſoluit, & ad ſimile remittit.

a *Principalis.* quid ergo ſi plures officiales inſolidum habet epiſcopus? Innuit hæc litera quòd delegari poſsit is qui eſt principalis. Item quid ſi ſimpliciter delegetur officialis? Intelligitur de principali, iuxta no. de offi. deleg. quoniā abbas. Et ſi neuter principalior ſed æquè principalis vterque: dic vt

CAPITVLVM II.

ETſi principalis [a] officialis [b] epiſcopi [c] †, aut religioſus conuentualē [d] obtinēs prioratū (quāuis ad prioratū eundē prior non conſueuerit per electionem [e] aſſumi) à ſede apoſtolica, vel legato [f] eiuſdem, dari valeat delegatus: In officiali tamen foraneo [h] aut religioſo, monaſte-

A ibi. Sed quid ſi deſiit eſſe officialis? Vide quod no. in Spe. tit. j. §. ſi. ver. quid ſi cauſam. Dico per prædictam decre. quoniā. quòd ſi non erat expreſſum proprium nomen, deſiit eſſe iudex: aliàs iudex remanet, niſi aliud canonicū eum impediat. & de hoc ſatis per Archi. in canonico qui deſiit eſſe canonicus. de reſcri. ſtatutū. § j. lib. vj.

Gloſ. ſeq. addit duo talium nomina & ius vetus. Secundò ſoluit dubium.

b *Officialis.* Alibi dicitur miſſus dominicꝰ. de re. c. ij. de frigi. ca. j. Alibi vicarius de offic. vica. cap. ſin. lib. vj. Olim etiam delegabatur officialis. de offic. delega. inſinuante. de appel. dilecti. vlti. Et per hoc verbum videtur vicarium in ſpiritalibus, qui aliàs officialis non eſt, delegari non poſſe. Ad hoc de tempo. ordi. cùm nullus. §. j. & ij. lib. vj. ſalua certa ſcientia principis: vt dicam in vlt. gloſ.

*Vicarius epiſcopi an poſſit eſſe delegatus.*

B Gloſ. ſeq. arguit à contrario. Secundò duas quæſtiones ſibi ſimiles ſoluit.

c *Epiſcopi.* ergo ſecus in officiali archidiaconi vel inferioris ab epiſcopo. Sed quid de officiali quem dat capitulum epiſcopali ſede vacante? Licet ille dici non poſsit officialis epiſcopi qui non eſt. facit de conſtitu. cùm acceſsiſſent. j. de procu. cap. ſin. credo tamen quòd hæc conſtitutio etiam illū intendit includere, cùm ſit officialis iuriſdictionis epiſcopalis, facit de maio. & obed. cap. vnico. lib. vj. Et idem puto de officiali electi confirmati nondum conſecrati. ſ. de electio. tranſmiſſam. maximè quia quo ad officium iuriſdictionis conſecratio nihil addit, facit de tempo. ordi. cùm nullus. §. j. in ſi. lib. vj.

*Officialis capituli poteſt à papa delegari.*

*Officialis electi cōfirmati poteſt à papa delegari.*

d *Conuentualem* de iſtius ætate. j. de ſtat. mona. ne in agro. §. cęterum. Et quæ dicatur eccleſia conuentualis, plenè ſcripſi de iure pat. nobis. vbi not. Hoſt. & Inno. e. tit. poſtulaſti. & de hoc de elec. c. j. Et hic patet approbatum quod no. Abb. de præb. niſi. ſcilicet quòd prioratus eſt dignitas, ſi conuentualis eſt: alias non.

*Prioratus an ſit dignitas.*

Gloſ. ſeq. fortificat dubiū, & dupliciter reſpondet. Secūdò arguit ad quæſtionem de qua remittit.

C e *Per electionem.* ſed per prouiſionem. Et intelligo de obedientiario qui remoueri poteſt ad nutum ſui maioris: aliàs nulla fuiſſet dubitatio. de illo verò & de officiali quem epiſcopus ad nutum remouet, meritò dubitabatur, quaſi iſti nō ſint in dignitate: ex quo non ſunt perpetui: ſed ſatis eſt quòd poſſunt eſſe perpetui [a], id eſt quamdiu viuent. ff. pro ſo. l. j. facit de his quæ ſiunt à præla. cum apoſtolica. inſtit. de autho. tut. §. neque. ff. de condi. inde. l. ſufficit. Item per mortem vel remotionem talium priorum, licet ſint obedientiarij, vacat prioratus: vt patet. j. de ſupplen. negl. præl. quia regulares. Facit autem hoc ad quęſtionem de clauſtrali, an poſsit vicarius eſſe epiſcopi, vel coadiutor pręlati: de quo ſatis notaui de cle. ægro. ca. ſi. in ſumma, coadiutor. in iiij. q. tertij membri. & ibi remiſsionem inuenies, an poſsit eſſe delegatus ordinarij vel arbiter.

*a Adde gl. & quæ ibi notaui. ca. vt circa. §. j. de elect. lib. vj. & vide glo. in l. j. ff. pro ſo. Font.*

f *Legato.* vel delegato: vt dixi ſ. in cap. proxi.

Gloſ. ſeq. quærit. quęſtionis dubium aperit: allegans ad negatiuam: deinde ad affirmatiuam.

g *Delegatus.* quid dices de conſeruatore? procedit dubiū in officiali, non in priore: per decr. vlt. j. reſpon. de offi. deleg. li. vj. quę requirit quòd cōſeruator ſit epiſcopus [b], vel ſuperior, vel abbas, vel habens dignitatem, vel perſonatum in eccleſia D cathedrali vel collegiata: ſub quibus non videtur officialis includi, quem tamen quo ad alios delegatos bene includit decr. ſtatutum. in princ. quæ ſimpliciter requirit quòd ſit dignitate præditus, vel perſonatum obtineat. ſic per hoc videtur quòd licet dignitate præ aliis dotatus poſsit eſſe delegatus: quia tamen non habet dignitatem in eccleſia cathedrali vel collegiata, non poſsit eſſe conſeruator. In contrarium, ex quo dignitatem damus, non conſtat quòd iſta ſit alterius eccleſiæ quàm cathedralis: ex dignitate enim epiſcopi deſcendit iure connexionis: ergo idem ius. de cōſtit. tranſlato. egeret declaratione.

*b Licet nō cōſecratus. Imol. quāuis enim nō veniat appellatione epiſcopi, venit appellatione habentis dignitatem. Barb. Font.*

Gloſ. ſeq. recitat opi. quæ quæſtionem ſoluit. Secūdò textū prorogat. Tertiò determinat.

h *Foraneo.* de quo de offic. ordi. Romana. in princ. lib. vj. vbi tenent Innoc. & Hoſti. quod tales officiales foranei qui in certa parte diœceſis vel ad certos actus conſtituuntur, habent delegatā [c], & quod ab eis appellatur ad conſtitutionem. Et quod dicitur vnum conſiſtorium epiſcopi & officialis, intelligitur de generali & principali. ad quod bene facit hæc decr. & decre. de app. Romana. in prin. li. vj. Et quod hic dicitur de officiali foraneo, intelligo etiam de decano rurali: qui in parte diœceſis ad tempus gerit vices epiſcopi: de quo ſ. de offic. archid. ad hęc.

*c Videtur mirū quòd habeāt delegatā: cū vniuerſitas cauſarū certi loci et hominum ſit eis cōmiſſa. ad hoc vide quod legitur et no. ff. quis & à quo appelle. l. j. §. j. Pet.*

ad hæc.in ſi.qui etiam officialis foraneus dici poteſt. Et hæc intelligo vera niſi tales officiales vel decani ex alio capite admittantur, vt quia canonici cathedralium eccleſiarum vel his ſimiles. Ioan. And.

Gloſ.ſeq.ponit opi. Secundò ſignat duo iura in contrariũ, & ſoluit.

a *Clauſtrali.* de quo de ſtatu mon. cum ad monaſterium. verſic. prior. & idem dicit Gal.in prædicto ver. quod tenet curia de ſacriſta, cuſtode, vel camerario monaſterij. Sed contra. ś. de præben. licet de conceſs. præbend. ex tenore. ex quarum ſubſcriptionibus patet quòd prior clauſtralis & ſupprior delegantur à papa. Solut. tempore illorum iurium adhuc non erant determinatæ qualitates perſonarum quibus debent tales cauſæ delegari, ſed poſtea fuerunt per decret. Innocen.iiij.quam hodie non habemus.eod. titu. præſenti. & poſtea immutatum in parte per decreta.Boniſa.eod.titu.ſtatutum. in princ. libr.vj. in magna gloſ.

rij ſui priore clauſtrali [a] nequaquam hoc volumus obſeruari [b].

## Idem in eodem.

*Breuius non poteſt ſummari.*

## CAPITVLVM III.

Gloſ.ſeq.ponit caſum exceptum.

b *Obſeruari.* niſi id fieret ex certa ſcientia principis hoc expreſſo, [a] vt not. in prædict. decret. cum olim. de priuileg. & facit quod not.ſupra eod.ſtatutum.lib.vj.in gloſ.pone.In legato ſecus quem arctat conſtitutio maioris. [b] facit. j.de offi. ordi.collatio.& quod not.de hæret.cap.vlt. libr.vj.in magna gloſ.

c A *Vditor.*} Summus pontifex facit hoc nouum ſtatutum. Et figuratur ſic caſus, Titius & Caius erant in controuerſia ſuper aliquo beneficio, quod quidem beneficium Titius ad ſe pertinere dicebat. Econtra autem Caius illud beneficium prætendebat ad ſe ſpectare. Iſti duo adiuerũt ſummum pontificem, qui impeditus aliis negotiis non potuit cognoſcere, nec declarare ad quem beneficium ſpectaret, ſed quendam Sempronium in curia exiſtentem deputauit auditorem qui audiret de controuerſia Titij & Caij, & pronuntiaret dictum beneficium fore & eſſe debitum Titio, ſi quod ius ipſe Titius haberet; vel pronuntiaret debitum Caio, ſi Titius non haberet. Iſte auditor ſic diſceptauit ſeu terminauit dictam controuerſiam, & pronuntiauit beneficium fore debitum Titio, & Caium condemnauit ad ea ad quæ veniebat condemnandus. Modo iſte Titius videns beneficium de iure fuiſſe ſibi adiudicandum ab ipſo auditore, volebat vt ipſe auditor conferret ſibi beneficium quod ſibi adiudicauit. Quæritur, an iſte auditor poſſit conferre illud beneficium cui ipſe adiudicauit fore debitum? Et reſpõdet ſummus pontifex quod auditor in curia Romana ab ipſo deputatus, ſi pronuntiet beneficium debere alicui, quòd etiam ipſe poterit dictum beneficium conferre ei cui adiudicauit. Et reddit rationem, vt vitetur circuitus. nam quando papa deputauit aliquem auditorem vt cognoſceret de controuerſia aliquorũ, poſtquam ipſe cognouit, ſi ipſe auditor non poſſet prouidere nec conferre, oporteret quòd ille cui auditor declarauit beneficium ſibi debitum, iterum iret ad papam, vt ipſe Romanus pontifex ſibi conferret, & ſic eſſet circuitus, quia primò iuit ad papam & fuit delegata cauſa, & ſic de papa iuit ad aliquem auditorem, & iterum de auditore ipſe rediret ad papam, vt papa ſibi beneficium conferret, quod auditor declarauit ſibi eſſe debitum, quod eſſe nõ debet, quia circuitus eſt vitandus. No. quòd dubium iſtius capituli erat ex eo quòd papa quando deputauit Sempronium auditorem in cõmiſſione ſua, dixit quòd cognoſceret cui beneficium erat de iure debitum, & non dixit ꝙ conferret ei cui declarabit debitum. Modo dubitatur, an virtute iſtius commiſsionis poterit dictum beneficium cõferre, & ſic ſuam ſententiam mandare executioni? Et reſpõdetur quòd ſic, vt vitetur circuitus. No. quòd eſt quidam auditor contradictarũ & cameræ, & de iſto videas Goffredum, & Hoſti. in ſumma, de offi.ordi.in princ. & talis habet iuriſdictionem ordinariam. Alius eſt auditor cauſarum qui habet ordinariam iuriſdictionẽ in cognoſcendo, & delegatam in definiendo. Et de iſto vide Gulielmum in Spec.titu.iij. §. poſt principium. dicit tamen Bonifacium octauum fuiſſe interlocutum quòd in curia Romana nullus habeat ordinariam niſi papa. Nota differentiam inter ſuum & debitum, quia ſi auditor pronuntiaret eſſe ſuum, tunc non poſſet alio modo prouidere. Secus ſi pronuntiaret beneficiũ fore debitũ, quia tũc auditor non pronuntiat ſimpliciter ſuũ eſſe, ſed reſtat adhuc executio ſuæ declarationis. Nota dum dixit in textu, vitetur. quòd ibi ponitur ſimplex pro compoſito, vitetur, id eſt, euitetur circuitus. Nam fruſtra fit per plura quod æquè commodè poſsit fieri per pauciora. P.d. Nota quòd expectans habet ius ad beneficium, & poteſt dicere be-

A neficium ſibi de iure debitum, licet gloſ. in cap. veniens. de renun. dicat quòd habet potius officij implorationem. quod dic vt ibi dixi. Nota finaliter caſum mirabilem in quo poteſtas delegati extenditur ad non commiſſa, vt euitetur circuitus. Zabarel.

A Vditor [c] in Romana curia [d] deputatus † à nobis, [e] de beneficio [f] (quod pronuntiabit [g] alicui de iure fore debitum [h]) poterit [i] ſibi abſque commiſsione alia † (vt euitetur circuitus [k])

Gloſ.ſeq. dicit quid determinat. Secundò an in libelllo ſit peti neceſſe. Tertiò an auditor habeat ordinariam.

Auditor. Breue eſt & nouum quod hic ſtatuitur, determinãs no. per Compoſt. eo. tit. mandatum. ad fin. & per Guliel. in Specu. titu. de act. & peti. §. ſuper actionibus. verſicu. ſed ſi ad ipſam præbendam. & verſi. ſeq. Et patet hic expeditum quod ibi not. ſcilicet quòd coram auditore peti poterat beneficium pronuntiari debitum & conferri. Et ſcias quòd hodie eſt tutum [c] hoc in libello peti, puto tamen quod etſi non petatur in libello conferri, ſed ſolùm debitum pronuntiari, quòd poſt pronuntiationẽ peti poterit

B & conferri. ſicut enim confert licet non fuerit commiſſa collatio, ſic conferat licet non fuerit in primo libello petita. Item ſcias quòd de auditore contradictarum & cameræ tenent Goff. & Hoſtien. in ſum. de offic. ordin. in princ. quòd habent ordinariam. De aliis auditoribus cauſarum no. Guliel. in Specu. in titu. iij. §. j. poſt principium. quòd habent ordinariam in cognoſcendo, delegatam in definiendo. Sed Archid. xj. quæſtio. j. experientiæ. dicit Bonifacium octauum [d] interlocutum fuiſſe, quòd in curia nullus habeat ordinariam niſi papa. & facit quod dicam infra titu. j. ne Romani. Ioan. Aud.

Gloſ.ſeq.arguit à contrario, & dat ſimile.

d *In Romana curia.* in dato ergo extra curiam nõ habet hoc locum, nec in aliquo corrigitur decretalis, ſuper eo. de offic. deleg. & eſt ſi. j. de ſequeſt. poſ. c. vnico.

Gloſſa ſequens argu. à contrario, dicens quis dicatur datus à papa.

e *Deputatus à nobis.* ergo ab alio, puta legato ad quem etiam

C ſpectaret beneficij prouiſio, nõ poterit prouideri etiã ſi fuerit ſibi commiſſa pronũtiatio, quia nec aliter auditor pronũtiat, ſed audit & refert. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. facit ad primum. ś. eo. titu. ſuper eo. Et intelligo deputatum à papa illum qui ſecundum morem curiæ per referendarium vel officialem ad hoc datum ex auditoribus palatij deputatur ad talem beneficialem cauſam delatam ad curiam audiendam, & hoc in minoribus. Cathedralium enim & regularium eccleſiarum cauſas propria voce papa committit, & vt plurimum cardinalibus.

f *Beneficio.* largè ſumitur vt comprehendat etiam dignitates, [e] cum eadem ſit ratio. concord. de regu. iur. cap. j. vbi de hoc.

g *Pronuntiabit.* & ſic videbatur functus officio ſuo. de offi. deleg. in literis. Ioan. And.

Gloſ.ſeq. declarat vnum quare. Secundò querit, arguit negatiuè, contrarium ſoluit.

h *Debitum.* ſi pronuntiaret illud ſuum, tunc ceſſaret prouiſio. Eſt ergo differentia inter ſuum & debitum. de præben. ſi tibi abſenti. libro ſexto. [f] ſicut inter ius in beneficio, & ad beneficium. eod. titu. cap. penult. de conceſs. præbend. ca. vlt. eodem libro. Quid de electo qui appellauit à denegatione

D confirmationis, vel caſſatione electionis, nunquid auditor qui pronuntiat bene appellatum, vel reuocat caſſationem electionis, poterit confirmare? Videtur quòd non, quia hic ſolùm loquitur de prouiſione illius cui debitum erat. In contrarium videtur, nam hoc faceret delegatus. de excep. ſignificauerunt. de re iudica. ad probandum. ex quo enim bene appellatum eſt, facit quod facere debebat principalis. de except. dilectæ. facit quod not. Cod. de appella. eos. in princip. & quod dixi de teſta. Raynaldus. verſicu. condemnauitque. Item de confirmatione non videbatur dubium, ſed de prouiſione. nam primam facit officialis & capitulum vacante ſede, qui non faciunt ſecundam, vt de offi. vica. cap. vlt. & de inſtitu. cap. j. lib. vj. quia ergo illud plus dubitabile, ergo conceſſum.

i *Poterit.* non quidquid iudicis poteſtati committitur &c. ff. de iudi. non quidquid. de offi. deleg. conſuluit. licet ergo auditor hoc poſsit, non tamen tenetur ad hoc.

k *Circuitus.* C. de arbit. l. ne in arbitris. in fin. de adop. l. ſi. ff. de condi. indebi. dominus teſtamẽto. & ibi concor. de hoc in fin. vlt. gl. Eſſet autem circuitus ſi oporteret ad papam redire pro noua cõmiſsione vel pro collatione ad ipſum, vel ad executorem. Dicebant ergo qui hoc tenebant, ꝙ auditor fungitur vice iudicis in ſententiando, & vice executoris in confe-
rendo,

*a Quod ſufficit, ſecundum Barb. & ſi nõ dicatur, non obſtãte tali lege. vide doc. c. nonnulli. ś. eo. do. c. ſ. ś. li. 6. Bal. per illũ textũ. l. ſi. ad ſi. C. de la. li. tol. & certa ſcientia poteſt per teſtes probari, vt ait Barb. ibi.*

*b Idem Io. de Imo. ad de glo. c. ſi. de hære. li. 6. Bar. tenet contra. gloſ. Font.*

*† Barb. ſupplet per reſcriptũ, vt vt faciat ad tit. l. imperator. ff. de in di. addi. & vbi ſit Romana curia. vide j. cle. ne Romana. de electio. & ponit hic tex. ius exorbitãs, ideo reſtringẽdus. Barba. Font.*

*† Videbatur ꝙ non, quia iudex non facit executionẽ translatiuã iuris in partem reſidẽtis, ſed cõpellit partem ad transferendum ius in ſe reſidens. l. ſi priuſquam. ff. de ope. no. nũ. tamen hic ſtatuitur cõtrarium vt euitetur circuitus inutilis, de quo ś. c. cũ dilecti. de cau. poſ. et proprie. Barb. plenè in. l. cũ fundum. §. ſi ſeruum tuũ imprudens. ff. ſi cer. pe. Fõt.*

*c Quare ſit tutum, ſatis patet ſecũdum Barb. & gloſ. in verbo poterit. & ideo dicit hic Car. nõ directè petetur collatio, ſed implorãdo ſolum officiũ iudicis, facit gl. in ca. ſi. ś. eo. Barba. Font.*

*d Cui ſtandũ eſt, quia vt dicit Archi. in pœ. ſexti. in cathedra piſcatoris nõ ſedit excellentior eo. & gl. tenẽt Doct. Bar. Font.*

*e Adde & epiſcopatũ. qui ſemper in fauorabilibus venit ſub nomine dignitatis. ar. ca. 1. 2. 22. diſ. Bar. Font.*

*f Nam petens beneficiũ tanquã debitũ, per viam exceptionis poteſt repelli. Si verò repetat tanquam ſuũ, vtrũ poſſeſſorio vel petitorio, an poſsit per viam exceptionis criminis vel defectꝰ vel formæ repelli, dic vt ś. de elect. quod ſicut. & ca. inter dilectos. de exceſ. præl. Petrus.*



rendo, vt not. in gloſſ. in princip. allegata.

Gloſſa ſequens ponit dictum, cui obiicit, & ſoluit.

a *Prouidere.* [a] intelligo etiam ſi non ex facto papæ, ſed inferioris legati vel delegati fuerit beneficium illi debitum, quod eſſe poſſet, iuxta nota. de conceſ. præben. ſi ſoli. lib. vj. Huic tamen obſtat ratio quam inducebãt Compoſt. & Guli. ſcilicet quòd per talem collationẽ nulli ſit præiudicium, quia cum cõferre ſpectet ad papam, non refert an per auditorem, an per executorem conferatur. Sed in decret. ſuper eod. non ſpectabat collatio ad papam. ſieret ergo præiudicium ei ad quem ſpectat collatio vel inſtitutio. Sed cum poteſtas nedum delegati, ſed etiam legati cauſetur à papa, nec ex facto alterius poſsit eſſe debitum vel affectum, ſatis conuenit illa ratio. Ioan. And.

prouidere. [a]

## Idem.

*Expectans beneficium perdit gratiã ſi conſequitur aliud quod cũ illo quod expectat, de iure tenere non poteſt. Ioan. An.*

## CAPITVLVM IIII.

GRatiæ [b] vt de dignitate vel beneficio curato tibi ꝓuideatur, renuntiare [c] videris, † ſi ante adeptionẽ eiuſdẽ [d] aliud beneficiũ [e] pacificè [f] aſſequaris, ꝙ ſimul de iure [g] cũ dignitate vel beneficio virtute dictæ gratiæ tibi debito, retinere non poſſes, [h] licet illud [i] reſignaueris, [k] aut ſis reſignare paratus. [l] Idem.

*Gratia ſuper vacaturo non comprehendit beneficium poſt datam in ſubſtantia creatum. hoc dicit. Ioan de Imo.*

## CAPITVLVM V.

LITTERAS. [m]

GRatiæ.} Iſtud capitulum ampliat ca. ſi pauper. de præben. lib. vj. In illo capitulo dicitur quòd mandatum factum alicui à papa vt pauperi clerico prouideatur, ſi clericus pauper antequam fuerit ſibi prouiſum virtute illius mandati, aliud beneficium fuerit conſecutus, tunc mandatum expirat. Sed quærit in hac Clementina papa Clemens, an ſit idem in quocunque clerico vel in quacunque gratia? Et videtur reſpondere quòd cum Clementina indiſtinctè & generaliter loquatur, nos debemus illam indiſtinctè & generaliter intelligere, vel de mandato quod impetratum eſt in forma pauperum, ſicut intelligebat. cap. ſi pauper. de præbend. libr. vj. vel de mandato quod impetratum eſt in forma gratiæ de quo dubitatur, vel etiam in quocunque clerico, paupere vel non: & nunc per iſtam conſtitutionem ſeu Clementinam tollitur dubium, quia de vtraque gratia ſiue impetrata in forma pauperum, ſiue impetrata in forma gratiæ, vel impetrata à papa vel ab altero. His præſuppoſitis figura ſic caſum pro iuuenibus canoniſtis qui ſubtilitates iuris non nouerunt, ſine quibus profundi eſſe non poſſunt. Quidam Petrus iuit ad Romanum pontificem, & conqueſtus eſt in hunc modum. Pater ſancte, ego per multos annos ſtudui in iure canonico, & vt ſtudium mihi afferret aliquam vtilitatem, aliàs veni ad vos, & impetraui gratiam quam gratis mihi contuliſtis fauore mei ſtudij, vt prouideretur mihi de primo beneficio proximè vacaturõ. Steti bene per decem annos cum gratia veſtra, quia per ipſam aliquod beneficium non potui habere. Videns hoc inueni alium modum taliter quòd conſecutus ſum beneficium curatum, ſed eſt modici valoris. Modo curatus meæ parochiæ eſt mortuus, & cura mea eſt bona & ſufficiens. ergo volo illam curam habere virtute veſtræ gratiæ iampridem à vobis impetratæ, non obſtante hoc quòd ſum aliud beneficium curatum conſecutus. Quæro à vobis pater ſanctiſsime, an ego poſſum illam habere per veſtram gratiam & virtute ipſius? Reſpondet papa, Amice reſpondeo tibi quòd renuntiare videris gratiæ impetratæ vt de dignitate vel beneficio curato tibi prouideatur, ſi aſſequeris aliud beneficium pacificè ante adeptionem eiuſdem, id eſt ante adeptionem beneficij virtute gratiæ obtenti, quod ſcilicet beneficium obtinuiſti non per gratiam noſtram, ſed alio modo, retinere non poſsis ſimul de iure cum dignitate vel beneficio curato virtute gratiæ tibi debito, licet illud beneficium quod habuiſti non virtute gratiæ ſed alio modo, forſan quia fuit tibi reſignatum, reſignaueris, vel reſignare paratus ſis. Et per hoc ſolue iſtud dubium, & pone ſic, Pater ſanctiſsime, ego audio quòd vos dicitis quia ego non poſſum habere curam meæ parochiæ virtute meæ gratiæ, eo quòd aſſecutus ſum aliud beneficium curatum. Ego bene ponam remedium, quia ego reſignabo vobis primam curam quam habui aliàs quàm per veſtram gratiam, & aſſequar iſtam curam, & ſic ſatisfaciam huic textui, quòd ſimul de iure cum dignitate vel beneficio retinere non poſsim? Reſpondet papa ad illud dubium, tu arguis inuanum, quia licet, id eſt quamuis paratus ſis illud beneficium reſignare, aut iamq̃ue reſignaueris, tu non potes aliud beneficium conſequi virtute gratiæ poſtquam executionem & prouiſionem tuæ gratiæ vel mandati non expectaſti. hoc dicit. Notemus quòd iſta Clementina ampliat decretalem, ſi pauper. quia gloſſa prima illius decretalis dicit nota verbum, pauper. quod non ſine myſterio dictum puto. Si enim gratia ſpeciali quæ non eſt de iuſtitia ſit prouiſum alicui, & poſtea antequam vacet aliquod benefi-

A cium quod poſſet habere per ſuam gratiam, ipſe adeptus eſt aliud beneficium non virtute ſuæ gratiæ, non expirat gratia, quia illa decretalis loquitur de forma gratiæ qua prouidetur neceſsitati pauperum quæ eſt iuſtitia vel quaſi. prouiſione igitur facta impetranti ceſſat cauſa iuris, & ne ipſius executio. Sed iſta Clementina non diſtinguit de qua gratia, vel de gratia ſpeciali, vel de gratia quæ ſit pauperi, quę eſt quaſi iuſtitia: ideo generaliter debemus eam intelligere, nec facere dictam diſtinctionem ad capitulum, ſi pauper. lib. vj. de præben. Not. quod vbi canon non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. ſic

B vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de Publicia.

Gloſſa ſequens dicit quid approbat, & quid addit. tertiò quæſtionem ſoluit.

b *Gratiæ.* Approbat quod notaui de præben. ſi pauper. lib. vj. in prima glo. & idem ibi Archi. Et per illam decretalem determinatur quid iuris ſi conſequitur beneficium is pro quo ſcriptum eſt in forma pauperum, hic de illo pro quo ſcriptum eſt in forma gratiæ. & in illo caſu non diſtinguitur qualitas beneficij adepti, iſto ſic. Et quia generaliter loquitur hoc principium, generaliter intelligatur de cuiuſcunque gratia, papæ vel alterius.

Gloſ. ſequens arg. pro opinione. ſecundò dubium ſoluit.

c *Renuntiare.* idem tenent Inno. & Cõpo. in illo qui litigabat ſuper beneficio, & recepit ſecundum quod cum primo tenere non poſſet, ſcilicet ꝙ per hoc renuntiat liti. hæc no. ś. eo. in noſtra. vt ibi plenius ſcripſi. Et puto hanc decre. locum habere etiam ſi proteſtetur recipiendo ſecundũ, quòd gratiæ renuntiare non intendit, cum proteſtatio ſit facto contraria de conſti. cum M. nec defendat in his præiudicialibus. ś. de elect. vt quis duas. libr. vj. facit quod ſcripſi cum Inno. contra Hoſti. in prædi. decr. in noſtra.

C d *Einſdem.* dignitatis, vel curati quod expectas.

e *Beneficium.* curatum ſcilicet vel dignitatem vel perſonatum, per decre. de præben. de multa. Et idem puto in caſu decr. literas. de concoſ. præben. vel cum ſecundum de ſpeciali iure requirit continuam reſidentiam, iuxta not. per Innocen. de cle. non reſi. ca. ſi.

f *Pacificè.* puto idem ſi accepta collatione per eum ſtaret quo minus haberet pacificam, ad quod. ś. de elec. commiſſa. §. j. de præben. licet epiſcopus. lib. vj. ADDITIO. Idem Pau. & Stepha. & Zenze. qui intelligit poſſeſsionem pacificam liberum exercitium curæ, licet poſſeſsionem pacificam maioris partis beneficij non ſit adeptus. de quo dic vt not. ś. de elec. commiſſa. libr. vj. Nec deſinit eſſe pacifica, licet ex poſtfacto controuerſia moueatur. ſecus ſi in ipſa apprehenſione, vt. l. ſi poſt perfectam. C. de euictio. Pet.

g *De iure.* De hoc. ś. eod. gratia. libr. vj.

h *Non poſſes.* ſi ergo eſſet tale quod cum illo teneri poſſet, non perit gratia, vt Innocẽ. in decre. ſi pauper. & hoc etiam tenet Ioan. de Deo in quæſtionibus ſuis. libr. j. q. xxiij.

i *Illud.* quod adeptus es interim.

D k *Reſignaueris.* gratia ergo perempta non reuiuiſcit, licet res reuertatur in priſtinum ſtatum. Et facit ad quæſtionem de clerico qui contraxit matrimonium quod poſtea diſſoluitur per profeſsionem ſponſæ non cognitæ, vel quia reperitur conſanguinea, de quo ſcripſi de cle. coniug. capi. j. [b] in princ.

l *Paratus.* [c] Si tamen vellet dimittere ſecundum beneficiũ, poſſet per collationem ordinarij conſequi primum olim ſibi debitum. non enim intendit quòd ſit inhabilis ad illud, ſed quòd ex vi gratiæ non eſt ſibi plus debitum, nec per executores gratiæ conferendum. Et ſic not. caſum quo ex facto ſuperuenienti paratur exceptio contra gratiam quæ tenuit à principio. Alios caſus colligas ex no. de præb. quia ſæpe. lib. vj. in vlt. glo. Ioan. Andr.

m L*itteras.*} Breuis & fortis eſt, ius nouum inducẽs, quod forſan plus ab extrinſeca quam intrinſeca cauſa iuſtificatur, vt j. dicam. Iſtud cap. inducit nouum ius, & eſt inductum contra illos qui nimis cito volunt habere fructum de gratiis ſuis. Pone ſic caſum. Quidam cupidus beneficiorum (& per conſequens credo quod cupidus ſuę damnationis) iuit ad papã & eũ requiſiuit ꝙ ſibi prouideret de beneficio aliquo quo poſſet leuius & blandius in futurũ ſuſtẽtari: papa videns ſuã ſupplicationẽ eſſe gratioſam, dedit ei gra-
tiam

*a Glo. ſequitur Barba. & quærit an delegatus arbiter rector ſcholarium poterit ſuam ſententiam exequi. Fõ.*

*Not. primò quòd cõtraria nõ poſſunt cadere in eodẽ ſubiecto, vt vnius conſecutio ſit alterius excluſio. quod dixi in ca. cognoſcentes. de conſtitu.*

*Not. ſecundò caſum in quo gratia perfecta patitur exceptionem & nullitatem ex facto ſuperuenienti, quod dic vt in glo. vlti. in fine. Franc. Zabarel.*

*Notat tertiò Io. de Imol. ꝙ ſub beneficio nõ venit dignitas. ſed tex. ś. proximus cuncta gloſ. beneficio, probat contrarium. intelligẽ ergo ꝙ dicẽdo, ſimplex beneficium, non venit dignitas. Fonta.*

*† Not. hic iſtud verbũ ſonare veritatem c. 1. de iudi. l. diſi fratres. ff. de libr. cau. tamen teſtis non probat per iſtud verbum. Bar. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbi. niſi deponeret in arte ſua. c. propoſuiſti. de proba. & adde quòd verbo credo, non probatur res remota à ſenſu. exemplum, tu credis quod Petrus cognouit Bertam, quia et eſt cognitio . . . ſi credulitas eſt proxima ſenſui, nam tunc probat verbum credo. vt tu credis quòd Petrus cognouit Bertã, quia vtrumque vidiſtẽ in lecto, ut c. . . teſtium. de teſti. Barba. Fontanus.*

*b Ibi Do. et ca. Toleſana. quæſt. 239. Fõ.*

*c In hac gl. lateſsimè examinat Barba poſt Card. pluralitatem beneficiorum. Font.*

*Gratia à principio valida per factum ſuperueniens quãdoque expirat.*

tiam quæ erat datę mēſis Ianuarij:in qua cōtinebatur quòd prouideretur ſibi de beneficio proxime vacaturo. Iſte reuerſus ad prouinciam ſuam non expectans niſi mortem alicuius,& cogitans quis antiquior curatus vel canonicus eſſet in eccleſia, & ipſe videns quia omnes erant iuuenes & non naturaliter in proximo morituri, valde cōtriſtatus eſt. Sed quid accidit? certè vna dierum accidit quòd quidam miles qui multas gallinas eundo & redeundo de bello deuiceraт, & exiſtens in grabato tendens & anhelans ad mortem, vt aliquidem recompenſationem de forefactis ſuis Deo peragеret,quandam capellam cōſtruxit & ædificauit: ſic ædificatam & dotare voluit, & centum marchas auri cuidam qui per tempora perpetua Deum, Mariam,& ſanctos peroraret pro redemptione animæ ſuæ,contulit. His peractis vt donatio ſua eſſet valida, & vt beneficium crearet in ſua capella de nouo ædificata, miſit ad epiſcopum vt de licentia eius beneficium crearet: qui quidem epiſcopus omnia quæ voluit decretauit,& beneficium creauit calendis Nouembris.iſte qui impetrauerat gratiam ſuā, iucundus illam accepit,& venit ad militem,& eum requiſiuit vt ipſum virtute gratiæ ſuæ præſentaret epiſcopo, & quòd epiſcopus beneficium ſibi conferret. Epiſcopus videns iſtam gratiam & datam ſuæ gratiæ eſſe de calendis Ianuarij,& vidit creationem beneficij eſſe de data calēdarum Nouembris, reſpondit ſibi epiſcopus, Amice ego non teneor tibi conferre beneficium iſtud nouiter creatum virtute tuæ gratiæ: quia tua gratia habet vires ſuās in beneficiis creatis ante datam tuæ gratiæ ſeu literarum tuarum:modo iſta capella eſt creata poſt datam literarum tuarum. Iſte impetrans nō contentus de epiſcopo iuit ad papam,& narrauit ſibi caſum,vt ſ. Cui reſpondit papa, Amice nos ſtatuimus literas noſtras directas ſuper beneficio vacaturo tibi conferendo non extendi ad beneficium creatum poſt datam ipſarum literarum.h.d. Nota quòd per iſtam Clementinam papa ſtatuit nouum ius.& probo per hoc quod dicit ſtatuimus. Not.quod papa dat literas ad beneficium vacaturum: ſic & legatus de latere reſeruat vacaturum per modum de quo in pe.cap.de offic.leg.lib.vj. Not.initium ſpectandum.de elect.dudum.j. Item attendendum tempus datæ.e.tit.eam te.de quo.j.plenè.Zabar.

noſtras ᵃ ſuper cōferendo tibi ᵇ beneficio vacaturo ᶜ directas,ad beneficiū poſt datā ᵈ ipſarum creatū ᵉ† ſtatuimus ᶠ

Gloſſa ſequens cum ſequenti ampliat literam in tribus caſibus.

a *Noſtras*.idem in literis reſeruationis legatorum: cùm eadem & fortior ſit ratio.

b *Tibi*. idem puto vbi papa dediſſet poteſtatem conferendi primum vacaturum non expreſſa perſona cui conferri deberet. Idem ſi contuliſſet fructus beneficiorum primi anni quæ vacare contingeret in diœceſi vel prouincia,cùm in his ſit eadem ratio.

Gloſſa ſequens exponit literam,& ſoluit dubium.

c *Vacaturo*. in vacante non procedebat dubitatio: nec diſtinguo an debeatur ſimpliciter vacaturum, an debeatur cum beneficio acceptandi, cùm eadem ſit ratio.

Gloſſa ſeq.ſoluit literam,& dat ſimile.

d *Poſt datam*. etiam ſi paulopoſt. & facit quod not. Hoſtien.ſ.eod.cap fin Inſpicimus ergo an extaret beneficium tempore datæ: ſicut inſpicimus ætatem impetrantis illo tempore.ſ.eod.ſi eo tempore.lib.vj.& concord.ſ. eod.eam te.de præben.dilectus.ij.vbi de hoc.

Gloſſa ſeq.primò ponit tria exempla. Secundò quærit de renouato.pro allegationibus remittit & ſoluit.Tertiò quærit quid in dubio.alleg.contra impetrantem. Secundò pro, & illud approbat,& contrariis reſpondet.

e *Creatum*. pone conſtruitur noua eccleſia. de eccle. ædi. ad audientiam.creatur noua dignitas.de conſue. cùm olim. conſtituitur noua præbenda.de præben.dilecto.& c.vacante. Sed quid dices de beneficio olim creato, ſed tempore datæ ſuppreſſo, nunc autem renouato? pro & contra quæ not.ſupra eodem quamuis.lib.vj. Videtur quòd bene extendatur ad illud,argu.eius quod no. de conſtit. cùm acceſsiſſent. in fi.& facit quod ſcripſi poſt Hoſtien.de cenſi. ſignificauit.ſuper fi.pen.gloſ.& hoc præcipuè quia hoc ius nouum eſt: vt j.dicetur & de creato tantùm loquitur,non de renouato. Sed quid ſi dubitatur an data præcedat creationem beneficij vel econtra: puta quia eadem die factum eſt vtrunque,nec apparet quod prius ſit,ſ.eod.titu.ca. pen. lib. vj.Contra impetrantem facit: quia ipſe petit beneficium. probet ergo illud ſibi debitum. ad quod videtur neceſſarium quòd illud prius fuerit creatum. ſi ergo hoc non probat,non fiat executio. facit de ſenten. excommu. venerabilibus.ad fi.& quod ibi no.in gloſ.pen. lib.vj.& in dubiis iudicamus pro reo:de proba.in præſentia.& capi.ex literis. de teſtibus cùm tu.ſecundū vnam lecturā.ſuccumbet ergo

† Idem de lite orta poſt datā

A in dubio iſte petens.Pro impetrāte facit: quia in tali dubio fauetur ei qui potiorē habet gratiam,vel habet eam à maiore:vt in prædi.decre.pe.& de præben.ſi à ſede.lib.vj.Item in dubio interpretamur vt res valeat,de verb.ſign.abbate. Itē ſi ponimus impetrantem eſſe reum, planum eſt ꝙ ſuccūbit actor. idē videtur ſi ponimus eū actorē. Nam aduerſarius excipit, & quo ad onus probādi reus in excipiendo ſit actor.ff.de except.l.j.ſi ergo exceptionē nō probat,ſcilicet ꝙ poſt datā creatum fuerit,ſuccumbet. Nec dicas ꝙ hæc ſit negatiua: quia etiā ſi per verba negatiua proponeretur:vt nego tunc extitiſſe, vel dico ꝙ tunc nō extabat:habet reſolutā affirmatiuam, & quæ probari poteſt. de renun.ſuper hoc. Item multū facit pro ipſo:quia hæc decre. ponens ius nouum,parat exceptionē contra impetrantem. Obtinebit ergo vt olim impetrans: niſi de illa fiat fides.& hoc verum puto ᵃ.Non obſtant prius allegata: quia hic de iure actoris conſtat facta fide de gratia, & de vacatione.

B Gloſ. ſequens obiicit & obiectionem fortificat per ſex abſurditates. ſoluit inducens rationem extrinſecam & vnum ſimile. demum rationem impugnat. In fi. reaſſumit quintam abſurditatem,dicens in canonicis expectantibus capitulum locum non habere.

f *Statuimus*. nō dicit declaramus. ponit ergo ius nouum ꝙ videtur iniquum:quia certum eſt beneficium nouiter creatum nondum ordinatū vacare: quare ergo non debetur expectanti vacaturū alteri non debitum:maximè cùm fauorabilior ſit expectatio vacationis per creationem ꝗ per mortem.facit de conceſ.præben.accedens. Nec videtur ponderandū tempus datæ:quia ſi tunc extaret beneficiū quod debito modo & nō in fraudem expectantis ſuppreſſum eſſet vel extinctū:nō deberetur expectanti.de conſtitutionibus, cùm acceſsiſſent.Item ſequeretur ex hoc ꝙ ſi impetraui literas ad beneficium cū cura,illud quod tempore datæ ſimplex erat ſed nunc curatū,non deberetur. & idem ecōtra in ſimplici.Item ꝙ ſi impetrarem ad collationem alicuius, & beneficiū tempore datæ nō ſpectabat ad ipſius collationē, licet tempore vacationis ſpectet, ꝙ non deberetur: & hæc falſa,cùm inſpiciamus in his tempus vacationis & collationis: vt probatur.j.de præben.ſi de beneficio. & eod.titu.ei cui lib.vj.Plus: quia per hoc videtur ꝙ canonico expectan-

C ti præbendam non deberetur præbenda ex ſuperexcreſcentibus: cùm illud ſit præbendam de nouo creare. de conſtitutionibus,cum M.de præbend.dilecto. Item ꝙ non deberetur præbenda vel portio in eccleſiis non habentibus numerum: eadem ratione contra id quod not de conceſ.præben.ca.fi.lib.vj.Quare dico ꝙ hoc nouum inducit hæc conſtitutio: ꝙ ſicut reſcripta ad lites non extenduntur ad lites poſt exortas: vt ſ.eod.ca.fi.ſic nec reſcripta beneficialia ad beneficia poſt creata,cum illa etiam ſint odioſa. de præben. quāuis.lib.vj.& ſic duo requiruntur coniunctim,quòd beneficium in rerum natura fuerit tempore datæ, & ꝙ vacet tempore collationis.ad quod facit.ff. de contrahen. empt.l. Rutilia Polla.& l.in lege.& concor.ad idem collige per no. ſ.eod.c.fi.in iiij gloſ. Et fuit forte motiuum, quia forſan creatores beneficiorum retraherentur ab illis creandis, quando viderent illa ſtatim impetrātibus deberi.Sicut ergo voluit æquitas beneficium permutatione vacans expectanti nō deberi.de re.permu.cap.vnico.lib.vj.quia forſan aliàs vacaturum nō fuiſſet: ita noluit deberi beneficium nouiter creatum, licet vacet: quod aliàs fortè creatum non fuiſſet. Et tamen dico ꝙ hæc decre.generaliter loquens locum ha-

D bet non ſolum in prima ordinatione beneficij, ſed etiam in vlteriori: vt ſi calē.Ianuarij data fuit gratia: calend. Februarij creatur beneficium quod confertur Titio per cuius mortem nunc vacat,& tamen tunc deficit illa ratio. Sed ſi ponis quem expectantem ex canonia,nō ex reſeruatione vacaturi tantum:cùm canonico non debeatur ſimpliciter vacaturum, ſed cùm ſe facultas obtulerit: non puto decretalem hanc locum habere: ſed debebitur illi præbenda per augmentum creata de præben.relatum.de conceſ.præben.cum ſuper.& in prædicta decretali.cum M.de conſtit.

Cum rationi.} Primò prohibitionis cauſam ponit.Secundò prohibet.Tertiò decernit.Quartò proteſtatur. partes patent. Iſta conſtitutio prohibet religioſis vnius profeſsionis ne eligantur prelati in profeſsione alterius religionis.Et figura ſic caſum,Cùm in ciuitate aliqua,puta ciuitate Pariſienſi ſint religioſi diuerſę ꝓfeſsionis,ſcilicet monachi nigri,& monachi albi qui nuncupātur vulgariter monachi ſancti Ambroſij:accidit ꝙ abbas monachorū nigrorū ſenio fractus ſublatus eſt de medio:cōuentus tendens ad electionem noui abbatis,camerariū ſancti Ambroſij (qui erat alterius profeſsionis:quia monachus albus) elegit in ſuū abbatem &

reſcripti.c.ſi.§. eo. de iure orto poſt lit.cōteſtatam.l. non poteſt videri. ff. de iudi. ſimiliter arbitraria nō extenduntur ad futura. l. de his. de arbi. nec pactum. l. tres fratres. de pac. nec tranſactio l.cū Aquiliana.C.de trāſac. nec ſtipulatio. l.ita ſtipulatus.§. Chryſogonº. nec teſtamētum l. ſi ita. de au. & ar. nec iuramentum.c. clericus.de iureiu. nec renuntiatio.de quo puncto lege orobarba.Fonta.

a Cōcludit ergo hæc gl' quòd ſi dubitatur vtrum beneficiū ſit creatū ante vel poſt datā literarū, onus probandi incūbit nō impetrāti, ſed aduerſario qui negat ipſum ante creatū: ſiue agat ſiue contra impetrantem ſe defendat. Idē Pau. et Gene. plenᵘˢ. Idem Stephan. præſens enim ſtatus beneficij, ꝙ deprehenditur extare & à nemine poſſeſſum releuat eū ab onere probādi, et incūbit ad uerſario. C ſi ſer. expor. ve. l. moueor. Pet.



tem & prælatum:quæritur an bene fecerint? Reſpōdet papa in hac Clemētina & dicit,Prohibemus ne religioſus aliquis eligatur in abbatē alterius religionis vel habitus quàm ſuæ, Et reddit rationem: cùm rationi non congruat, vt homines diſparis profeſsionis vel habitus ſocientur ſimul id eſt eiſdem monaſterijs. ꝙ ſi ſecus id eſt aliter fuerit factum quàm iſta Clemētina intelligāt, eoipſo irritum ſit & inane. Et ſumus in verſiculo, per hoc autem. Pater ſanctiſſime audiui qualiter prohibuiſtis ne religioſi vnius profeſſionis eligātur in abbatem alterius. Sed quæro à vobis quod ſi aliquod capitulum ſeculare vellet eligere vnum monachum nigrum vel album in ſuum epiſcopum: quæritur an poſsint eligi in epiſcopum cuiuſlibet eccleſiæ regularis vel ſecularis? Et videtur quod non: cùm idem monachus non ſit eiuſdem profeſsionis cum capitulo. Ad hoc reſpondet papa in hęc verba, Per hoc autem non intendimus prohibere quin religioſus licitè poſſit eligi in epiſcopum cuiuſlibet eccleſiæ, hoc dicit. Nota quòd eſt idem in mulieribus religioſis: cùm dicat homines, quod nomen comprehendit vtrunque ſexum: cùm declinetur hic & hæc homo communis generis. Nota rationem ᵃ de omnibus eſſe reddendam:de quo hic tractat Zenzelinus: ſed plenè dixi de reſcrip.ſi quando. Nota quòd ſufficit inducere rationem etiam non inducto aliquo textu vel gloſ. vel alia authoritate alicuius doctoris. quod not. hic Zenzel. & probat principium hic in verbo, rationis,pro hoc de præben.ratio.nam etiam lex non eſt aliud quàm id quod ratione conſiſtit,j.diſt.conſuetudo.Zabarel.

non extendi.

## DE ELECTIONE, & electi poteſtate.

### Clemens v.in concilio Viennenſi.

*Religioſus eligi non poteſt ad prælaturam non epiſcopalem alterius religionis vel habitus: ſi contra fiat, eſt irritum.hoc dicit.Ioan.And.*

CAPIT. I.

Cum rationi ᵃ nō cōgruat vt homines ᵇ diſparis profeſsionis vel habitus ſimul in eiſdem monaſterijs ᶜ ſocientur ᵈ: Prohibemus, ne religioſus aliquis in abbatem vel prælatum ᵉ alterius religionis ᶠ vel habitus ᵍ decætero ʰ eligatur ⁱ. Quod ſi ſecus actum extiterit,ſit eoipſo irritum & inane ᵏ †. Per hoc autem,quin religioſus ˡ in epiſcopum ſecularis ᵐ vel cu-

Gloſſa ſequens dicit quid corrigit.

a *Cum rationi*. prima pars corrigit communem opinionem iure fulcitam & conſuetudine approbatam, quæ habebat quòd profeſſus vnius religionis in prælatum alterius poſſet aſſumi. Et licet quidam diſtinguerent religionem maiorem à minori: ego putabam quòd ſatis eſſet eligendum eſſe profeſſum tria ſubſtantialia regulæ: vt maiori vel minori religioni præfici poſſet.quod etiam placebat Archid.xvj.q.j.qui verè.& eo.tit.nullus.lib.vj.per quam decretalem apertè hoc probabatur ibi dum dicit,vel alteriᵘˢ. Probabā etiam hoc ratione: quia ſi præfici poteſt religioſus eccleſiæ ſeculari ꝓpter curam: vt probatur.xvj.q.j.doctos.& cap. ſe.de ſta.mo. quòd Dei.fortius ergo regulari,licet minoris religionis, vt dicere ſoleo in decre.cum ad monaſterium.eo.tit.hic autem expediuntur ibi no.xvj.q.vij.in nona.

Gloſ.ſeq.ſoluit dubiū reſpondens huic decretali. Secundò quærit,arguit pro.cōtrarium ſoluit, & ad ſimile remittit.

b *Homines*. hic & hæc homo,comprehendit etiam fœminam: vnde etiam in monaſterio monialium quo ad ſuas prçlaturas habet hoc locum,nec impedit verbum religioſus, ꝙ ſequitur: quia fœmininū ſub illo maſculino comprehenditur.de hoc eo.tit.generali.lib.vj.in gloſ.ij. Sed dubitari poſſet an locum haberet in monaſterio monialium quę per mares reguntur.xviij.quæſt.ij.qui religioſis. & in c.in decima? Videtur quòd non: quia inter illos non eſt ſocietas de qua ſequitur,nec eſſe debet:vt in ca.in decima. Satis puto idem per verba generalia quæ ſequuntur, & ſimilis quæſtio no. eod.tit.indemnitatibus.§.ſanè.in fi.magnæ gloſ.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

c *Monaſterijs*. eccleſias ergo ſeculares non comprehendit: vt infrà dicetur. Quid de eccleſia ſancti Ambroſij Mediolanen. vbi eſt duplex collegium,ſcilicet monachorum & regularium canonicorum? Dic quod cum quodlibet collegiū ſit ibi diuiſum: quia monachi per abbatem reguntur, & canonici per præpoſitum,locus erit huic conſtitutioni in illis prælatis aſſumendis.Ioan.And.

Gloſſa ſequens alleg.duas concord.ponit prouiſionem & reſponſionem antiquam.

d *Socientur*. habebatur hoc xvj.q.vij.in nona.& facit eod. titu.cùm cauſam, ſed ſecundum ſtatum antiquum prouidebamus ad hoc: quia ſe conformabat prælatus habitui illorū quibus præfectus erat.ſ de vi.& hone.cle. Deus qui.vbi de hoc.Ad cap.in nona.reſpondebamus illud in vera diſparitate qualis eſt ſecularis clerici vel laici ad profeſſos, & circa hoc vide quid ſcripſi de teſta.Ioannes. in iij. oppo. & quod not.eo.titu.officij.in gloſ.pen.

Gloſ.ſeq.ponit nomina.ſoluit dubium & remittit.

a De ratione iuris multa neq; inſania in caue meo, id eſt oratione in laudem iuriſprudentiæ Toloſæ facta, Et contra.ij, notabile hic poſitū tenet Barba. non enim eſt ratio allegāda niſi deficiente lege. gloſ. & ibi Archi. cap. cōſuetudo.j diſt.gloſ.in ca.ex eo.de elect.li. vj. tenet Ang. in l. ſi idem cum eodem ff. de iuriſ. om. iu. & ratio allegata debet neceſſariò concludere. gloſ.l.non omnium.ff. de le.Barb. Fontanus.

A e *Prælatum*.puta priorem,magiſtrū,miniſtrū,cuſtodē, præpoſitum,archipresbyterū,vel quodcunq; ſit nomen. Et nota ꝙ licet ratio ſuperior ſit generalis etiā quo ad ſocios: tamen nō prohibet eligi in ſocium & fratrem:ꝙ intellige cum diſtinctione,an ſit minoris religionis,paris,vel maioris:vt no. de præbē.cùm ſingula,§ pen.lib.vj.

f *Religionis*. No.ſ.dixit, profeſsionis. ex quo ergo diuerſa eſt religio, puta Ciſtercien. & Carthuſien. licet forſan idē profiteatur vtraque, cadit ſub prohibitione.

Gloſ.ſeq.tractat de regularibᵘˢ canonicis licet diuerſi coloris.

g *Vel habitus*.nō dicit coloris, per quod videtur ꝙ omnes regulares canonici qui

B profitentur regulā Auguſtini:licet varient in colore:quia aliqui habent colorem nigrū,alij albū, alij griſeū, alij miſtū, inuicem eligi poſſunt,ꝙ videtur:maximè,quia dicitur ipſorum,habitū eſſe lineā togam quā ſub cappa deportant. facit etiā.j.de ſta.mo,ne in agro.poſt princ.facit etiam ꝙ no. xvj. q.vij.in nona. Item in quibuſdā religionibᵘˢ eſt videre ꝙ eſt etiā duplex color: vnde videmus ꝙ Ciſtercienſes & griſeo & albo colore prout placet vtuntur: vbi verò color eſſet de habitu & ipſius ſubſtantia, diuerſitas coloris induceret diuerſitatem habituum.& facit.j.de reg.eos qui.Ioan.And.

h *Decætero*. electiones ergo prius factas non vitiat:etiam ſi ſuper illis conſtitutionis tempore lis penderet. facit quod not.& dixi de poſtu.cap.vnico.lib.vj.

Gloſſa ſequens primò ſoluit duo dubia. ſecundò quærit, arguit pro.& ſoluit.

i *Eligatur*. non prohibet poſtulari ex cauſa:ſed puto quod à papa: & ſic nota.de elec.c.indēnitatibus.poſt prin.lib.vj.Sed nunquid per viam prouiſionis talis præfici poterit? Quod videtur,cùm iſta ſint diuerſa.de præbē.cùm in illis.lib.vj.& hæc cōſtitutio ius verᵘˢ corrigit.in caſu ergo nō expreſſo ſte-

C tur iuri antiquo.C.de app. præcipimus. in fi. de teſta. ſancimus.& licet hoc poſſet defendi: contrarium tamen eſſe videtur de mente conſtituentis per rationem hic expreſſam quæ communis eſt,& hoc ſaltem in eo qui prouidet ex iure ad ipſum deuoluto propter delictum vel negligentiam electoris.facit.j.de ſup.neg.præla.c.j.& quod ibi dicam.

k *Inane*. confirmatio ergo ſecuta nihil operatur.concord. quod not.ſ.eo.quàm ſit.lib.vj.in fi.vlt.gloſ.

l *Religioſus*. etiam nouitius.ſ.eo.tit. nullus.lib.vj.& vide ꝙ ibi not.in vlt.glo.etiam ſi ſit mendicās:ſaluo quod habes e. titu.quorundam.lib.vj.j.de regula.vt profeſſores.

Gloſ.ſeq.ponit opinionem quam reprobat de ſecularibus collegiatis.arguit pro & contra, & declarationem expoſcit.

m *Secularis*. dicunt quidam ꝙ ex quo religioſus permittitur eligi in epiſcopū eccleſię ſecularis ᵇ,in prelatum alterius ſecularis eccleſiæ non poterit eligi: ſed hoc non credo per prædictum verbum.ſ.in eiſdem monaſterijs. & cum id non ſit expreſsè mutatum:in ſuo ſtatu perſiſtāt antiqua iura quæ id permittunt.lj.diſtin.priſcis.lviij.diſti.ca.j.xvj.quæſt.j.doctos.cum multis.cap.ſeq.de ſta.mona.quod Dei. Incidenter ergo dictum eſt hic de ſeculari, cùm principaliter de regulari intenderet proteſtari ᶜ, vt ſequitur: & ſatis placet hoc in

D ſecularibus eccleſijs non collegiatis. Sed de collegiatis maius eſt dubium:ſed quod & in illis poſsit,facit quod no.Ber. ſupra de ſta.mona.ca.ij.in iij.gloſ.& cap.quod Dei timorem. & no.Io.lxviij.diſtin.ca.ij.lxxiiij.diſtin.ca. quorundam. xvj. quæſt.vij.in nona.In contrarium facit quod not.Hoſtien.in prædi.decre.quod Dei.vbi tenet monachum non poſſe habere præpoſituram vel decanatum eccleſiæ ſecularis,niſi ex diſpenſatione hoc fiat ob neceſsitatem curæ animarū. Item hic ſola diſparitas habitus impedit: fortius impedire debet diſparitas habitus & profeſsionis:vt in caſu iſto ſcilicet cùm religioſus præficitur collegio ſecularium clericorum, & hoc maximè in ſimul viuētibus,in quibus plus arctat principiū decre.& qui quādoque funguntur priuilegijs religioſorum. de vi.& ho.cle.quoniam & no.xvj.q.j. decimas. Egeret hoc declaratione:ſed vt prædixi,verbum,in eiſdem monaſterijs, multum facit quòd poſsit hodie ſicut olim: niſi dicas quod verbum,monaſterijs,ponatur pro eccleſijs. ſic xvj q.vij.nemini.Poſſet etiam dici ꝙ clerici ſeculares non habent certum habitum:cùm non ſit expreſſum in iure de colore vel forma,per quæ vel quorū alterum oportet habitum diſcerni,vt prædixi.& licet fatear certas formas & colores eis eſſe

† Barba. pulcherrimè hic examinat virtutem decreti,& tenet contra Card. illud afficere ignorantes etiam ante publicationem conſtitutionis, ſolus princeps tamen ignorātes ligare poteſt.Cōpoſt.in cap. capitulum ſanctæ crucis.de reſcr. et dixit Io. de Imo.in l. ex facto.ff. de vulga.et pupil. quòd principe cōfirmāte ſtatuta inferiorum per appoſitionem decreti, nō poſſunt inferiores illa declarare. Font.

b Quomodo tunc viuet, vide gl.c.cap. de monachis. xvj.q.j.

c No.Barba.non argui à contrario ſenſu verborū incidenter prolatorū. Fonta.

prohibitos. j. de vi. & ho. cle. quoniam. s. eod. tit. clerici. non ex hoc ſequitur certum habitum eſſe præfixum: largè tamẽ dicimus habitum clericalem conuenientem & non prohibitum clericis: ſicut & laicalem conuenientem laicis, de ſenten. excommunic. ſi iudex. lib. vj.

a *Cuiuſlibet.* q. d. etiam ſi ſit alterius religionis vel habitus. Ioan. Andr.

iuſlibet [a] regularis eccleſię licitè poſsit eligi, non intendimus prohibere.

Idem.

*Cœtus cardinalium ſede vacante iuriſdictionem papalem non exercet, niſi inquantum permittit concilium Lugdunen. nec illud vel eius partem alterare poteſt. Ioan. Andr.*

*Diuiſio.*

NE *Romani.*) Diuiditur in ſex partes: Quia primò ponit de poteſtate cardinalium ſede vacante. Secundò de officio camerarij vel pœnitentiarij: ibi, Eo tamen. Tertiò determinat quid comprehendatur appellatione diœceſis, & quid ſi papa moritur extra curiam: ibi, Sanè. Quartò determinat quid ſi contingat omnes cardinales exire conclaue: ibi, Porrò. Quintò de exceptione cenſuræ non opponendæ contra cardinales eligentes Romanum pontificem, ibi: Cæterum. Sextò arctat venire debentes exiſtentes extra curiam vt veniant licet intellexerint ſedem vacare: ibi, Verum. Ioan. de Imo.

*Additio domini Heliæ præmittens caſum.*

Iſtud cap. determinat ſeu ſupplet concilium Lugdunenſe, in cap. vbi periculum. lib. vj. eo. titu. In illo cap. iſta dicuntur, Si papa moriatur, cardinales præſentes debent expectare abſentes per decem dies: vt ipſi congregati in vnum tractent de electione noui Romani pontificis: qui quidem cardinales intrabunt quoddam conclaue, id eſt, quendam locum ſecretum. quod conclaue erit planum: & nulla erunt in illo conclaui intermedia, ſeu nullæ erunt partes in medio. & iſti cardinales nullos habebunt ſeruitores ſecum vno dempto: quia poterunt ſecum ducere vnum tantùm: niſi grandis infirmitas alicui ipſorum ſuperueniret: & talis poſſet habere duos vel tres ſecundum exigentiam infirmitatis. Item dicti cardinales ſemel incluſi in conclaui, non poterunt exire, & nullus cum eis poterit loqui. Et per vnam feneſtram bene arctam & ſtrictam miniſtrabitur cardinalibus potus & cibus. Et ſi intra tres dies non eligant papam, ipſi non habebunt per quinque dies niſi vnum ferculum, id eſt, non comedent niſi de vno epulo. Et ſi in illis quinque diebus adhuc non eligãt, ipſi non habebunt niſi panem, vinum, & aquam, & non recipient ſuas diſtributiones de camera: immo ſi aliquas recipiant ibi, tenebuntur illas reſtituere. Et debent eſſe ita intenti ad electionem dicti domini papæ, quòd non debent ſe interponere de aliquo alio negotio quouſque electionem ſuam fecerint. Item ſi quis cardinalium non intrauerit conclaue, vel ſi intrauerit, tamen exijt: alij exiſtentes nihilo minus procedant in dicta electione, & illum exeuntem non admittent, id eſt, illum amplius non recipient: niſi exierit propter infirmitatẽ: quia poſt infirmitatem recipietur ſi intret pendente negotio electionis. Item expectati per decem dies, ſi ipſi veniant, ipſi admittentur. Item illud cap. vbi periculum. dicit quod aliquoties papa moritur alibi quàm Romæ, quid erit ſi moriatur alibi? Ibi dicit quod ſi papa obierit extra ciuitatem Romanam, quod cardinales debent illum eligere in ciuitate illius territorij in quo obijt. Et dicit quòd rectores illius ciuitatis ita cito quàm ſcient mortem papæ, quòd ipſi debent compellere cardinales vt ipſi eligant papam: & ſi ipſi non faciant (dicit papa) ipſi rectores erunt infames & priuabuntur officijs ſuis. Et dicit concilium quòd feudis, ſi feuda habeant. Item dicit quod cardinales debent eligere papam liberè & ſine conuentione vel pactione aliqua. Et ſi aliquod iuramentum ipſi cardinales alicui præſtitiſſent de aliquo eligendo, dicit papa quòd tale iuramentum non valet. Item dicit quod tota eccleſia debet orare ſuper prouiſione electionis noui pontificis. His ſuppoſitis accedo ad Clementinam quæ aliquoties aliquid ſupplet ad dictum capitulum: aliquoties confirmat & determinat ea quæ deciduntur in dicto capitulo, vbi periculum. iam determinato.

*Caſus literalis domini Heliæ.*

Figura ſic caſum. Pater ſancte, Deus vos conſeruet à mala peſte, quia vidi ſi aliquo caſu eſſetis ſublatus de medio, id eſt, ſi eſſetis mortuus, quomodo vos docetis me qualiter deberem eligere ſi ius haberem eligendi Romanum pontificem. Sed quæro à vobis, an nullæ ſint aliæ ſolẽnitates ad eligendũ Romanum pontificẽ præter iſtas poſitas in dicto capitulo, vbi periculum. & ſi ego obſeruarem dictũ capitulũ vt iacet ad pedem literæ, an mea electio eſſet valida? Et reſpondet papa ꝙ ſic: dũmodo adiungã ea quæ ſunt in iſto capitulo, ſeu in iſta Clementina. In cuius principio dicitur quòd olim erant diuerſæ opiniones an ca. vbi periculum. poſſet modificari, corrigi, vel immutari, vel aliquid ei detrahi vel addi per cœtum cardinalium. Summus pontifex conſiderans quod lex ſuperioris non debet tolli per legẽ inferioris, reprobat opinionẽ ſatagentem, id eſt, dicentẽ & procurantem quòd conſtitutio edita in concilio Lugdunen. in cap. vbi periculum. eccleſia vacãte poteſt corrigi, immutari, aut quicquam, id eſt aliquid poteſt ab ea detrahi. Et dicit quòd non vult quod cardinales ſede vacante aliam iuriſdictionem habeant præter iuriſdictionem eis conceſſam in dicto concilio, vbi periculum.

*Caſus. §. eo tamen.*

Hoc tamen plus habent: quia ſi contingat quòd camerarius moriatur pendente tẽpore quo papa eſt mortuus, vel maior vel aliqui ex pœnitentiarijs: papa Clemens vult quod cœtus & congregatio cardinalium tales perſonas eligant: quia papa non intendit quòd per obitum ſuum talia officia vacent. Et maximè, id eſt præcipuè vult vt pœnitentiarij eligantur: cùm ſint ipſi populo per quàm neceſſarij: quia ipſe Clemens vult ſi pœnitentiarij moriantur, non obſtante quòd ſint impediti in electione Romani pontificis: tamen vult quòd eligantur noui, & quòd in locum pœnitentiariorum mortuorum cardinales ſubrogent nouos.

*Caſus. §. ſanè.*

Item quia concilium dicit in ca. vbi periculum, quòd ſi contingat papam mori extra ciuitatem Romanam, quod papa eſt eligendus in ciuitate illius territorij in quo mortuus eſt: ideo ſupplico declaretis mihi quid vos intelligatis per territorium, & dicatis quid continet? Reſpondet papa quod nomine territorij tota diœceſis intelligitur. & intelligatis quod ſi audientia cauſarum & literarum apoſtolicarum ſit in vno loco, & quòd contingat papam mori in alio loco: quod papa non eſt eligendus in loco in quo moritur, ſed in quo remanſit curia ſua, & niſi forſan papa antequam moreretur determinaſſet audientiã cauſarum alibi perſequendam, quo caſu conſtitutio concilij Lugdunen. obſeruaretur.

*Caſus. §. porrò.*

Sed pone, Accidit quod cardinales exiſtentes in conclaui non fecerunt electionem, immo omnes ſimul exierunt conclaue, vel ſucceſſiuè exierunt, quæritur quid iuris, an propter hoc electio non ſit facienda? Reſpond. papa quod rectores ciuitatis ad quos executio prædictæ conſtitutionis, vbi periculum. pertinet, conſtringent ipſos cardinales ad iterum intrandum conclaue: alias ſi non faciant, incurrunt pœnas contentas in dicta conſtitutione, vbi periculum. Sed quæreret aliquis: quando cardinales redintrabunt conclaue deputatum, incipient ne ipſi de nouo procedere in electione, ac ſi nunquam intraſſent? Reſpondet papa quòd non: ſed incipient in ſtatu in quo erant quando exiuerunt conclaue.

*Caſus. §. cæterum.*

Iterum quæro, pone quòd ſunt multi cardinales excommunicati, erunt ne ipſi repellendi ab electione cùm ſint incapaces? Reſpondet papa quòd tales non poterunt repelli aliqua exceptione vt vitentur ſeu euitentur diſſenſiones vel diuiſiones ſeu ſchiſmata: quia ſi poſſent repelli exceptione excommunicationis, ipſi cardinales fortaſſe negarent ſe excommunicatos, & eſſet longum expectare probationes aliorum, & nimis prolongaretur vel differretur electio, quod eſſe non debet.

*Caſus. §. verum.*

Sed quæro, durante tempore electionis ſunt aliqui in prouincijs qui fuerunt electi in aliquibus dignitatibus: quid facient ipſi, quomodo ipſis prouidebitur de confirmatione ſuæ electionis, an teneantur venire ad ciuitatem Romanam ac ſi papa non eſſet mortuus? Reſpond. quòd tenentur venire vel mittere, ac ſi curia Romana non vacaret. hoc dicit totum iſtud capi. cuius ordo facilis eſt.

*Opiniones ſi ſint variæ, non eſt temerariũ alteram ſequi.*

Nota quòd opiniones doctorum variæ præbent obſtaculum & dilationem expeditioni alicuius negotij. Nam in tali varietate alteram ſequi non eſt temerarium: vt notatur in d. cap. ne innitaris. ſupra de conſtit. Et ſecundum Pau. ſine reprehenſione poteſt vnus adhærere vni, & alter alteri: quia opinionibus eſt deferendum. ſupra de reſtitu. ſpol. Et per hoc dicendum eſt quòd ſi iudex in iudicando ſequitur vnã opinionem de pluribus, non facit litem ſuam. quod dic vt not. Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. Vide hic plenius per Petrum de Ancha. Nota quòd opinio non conſonans veritati eſt reijcienda. Zabarella.

Gloſ. ſequens dicit quid ſupplendo determinat, & quid prima pars approbet vel reprobet.

b *Ne Romani.* principaliter determinat & ſupplet decre. vbi periculum. s. eo. Quas autem opiniones approbet vel reprobet, dicam per partes. Et prima pars determinat quod not. lxxix. diſtin. nullus. ij. & corrigit quod not. Hoſtiẽ. de pœniten. & remiſ. cùm ex eo. cuius opinionem & rationes ſcripſi, de ſchiſma. capite vnico. libro vj. & approbat quod ibi no. & quod tenet Archidiac. in decre. prædi. vbi periculum. §. cæterum. in fine, quod ſpecialius contingit hunc caſum. Bart. etiam ſequebatur Hoſt. eod. tit. cupientes. §. quòd ſi. vt etiam dicam. j. §. fin.

c *Indeterminata.* habes igitur exẽplum opportunę determinationis de quo loquitur proœmium harũ conſtitutionum.

## CAPITVLVM II.

NE Romani [b] electioni pontificis indeterminata [c] opinionum diuerſitas aliquod poſsit obſtaculum vel dilationem [a] afferre: Nos inter cætera [b] præcipuè attendentes, quòd lex ſuperioris per inferiorem [c] tolli [d] nõ poteſt [e], opinionẽ aſtruere (ſicut accepimus) ſatagentem, quòd cõſtitutio felicis recordationis Gregorij Papæ decimi prædeceſſoris noſtri circa electionem præfatam edita in concilio Lugdunenſi [f], per cœtum [g] cardinalium [h] Romanæ Eccleſiæ ipſa vacante modificari [i] poſsit, † corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, ſiue addi, vel diſpenſari [k] quomodolibet circa ipſam ſeu aliquam eius partem [l], aut eidem etiam renuntiari per eum, tanquam veritati non conſonam [m], de fratrum noſtrorum conſilio reprobamus [n] †, irritum nihilo minus & inane decernentes, quicquid poteſtatis [o] aut iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, pontificem pertinentis [p] (niſi quatenus in conſtitutione prædicta permittitur [q]) cœtus ipſe duxerit eadem vacante eccleſia exercendum.

*Officium camerarij vel pœnitentiariorum papa durat eo mortuo: qui ſi deficiant, poterit cœtus cardinalium pro tempore vacationis alios ſurrogare. Ioan. Andr.*

Eo tamen prouiſo, quòd ſi eiuſdem eccleſię camerariũ [r], aut maiorem [s], vel aliquos alios ex pœnitentiarijs (quorum [t] officium per obitum eiuſdem pontificis nolumus expirare [u]) per mortem, vel aliàs deficere quouis modo [x] cõtingat, valeat idem cœtus [y] ad tempus vacationis huiuſmodi, pro numero deficientium [z] vel ampliori etiam quantum [a] ad pœnitentiarios (ſi hoc [b] eidem cœtui concorditer [c] expedire videbitur) alios ſurrogare.



a *Dilationem.* ſumme periculoſam: vt in ead. cõſtit. in princ. Ioannes Andreæ.

b *Cætera.* quæ patere poſſunt ex gloſ. prædictis.

c *Inferiorem.* xxj. diſtin. inferior. s. de maio. & obe. cùm inferior. C. de legi. l. ſi. & hoc maximè cùm ille inferior ab illo ſuperiore recipit poteſtatem [a]: vt in caſu noſtro cœtus cardinalium à papa: per quod idem videtur de concil. [b] s. eo. tit. ſignificaſti. ix. quæſt. iij. cuncta.

*a Placuit doctorib. et nota ꝙ inferior, gratia exempli epiſcopus, non ſemper recipit poteſtatem à ſuperiore, ſcilicet archiepiſcopo c. paſtoralis. in princ. de offi. ord.*

d *Tolli.* iuuari poſſet per pœnæ adiectionẽ s. de hoc dixi de officio archipresby. cap. fin.

e *Non poteſt.* hoc etiam fatebatur Hoſtien. s. eod. licet. dicens quòd cardinales illi conſtitutioni expreſsè renuntiare non poterãt per hãc rationem: tacitè ſic, vt j. dicam.

*† Fallit iſtud ſecundum Barb. in alijs capitulis, quæ ſede vacãte habent iuriſdictionẽ. ſed ratio iſtius tex. eſt periculum vacationis ſedis papalis. Fontan.*

f *Lugdunenſi.* s. e. vbi periculum. lib. vj.

Gloſſa ſequens ponit alia duo nomina, & remittit.

g *Cœtũ.* collegium vocatur. de ſchiſm. c. vnico. lib. vj. quæ ſatis reſonant in idem: vt patet. xv. diſtinct. canones. in ſi. alibi dicitur gremium. xxiij. diſtinct. in nomine domini. ante medium. Quomodo verò cardinales habent ius collegij vel capituli, nec cenſentur iure ſingulorum in diuerſis titulis locatorum, ſatis tractauit Hoſtien. de Iudæ. ad liberandam.

*b Nota hic quòd cõcilium non tollit cõſtitutionem papæ, de quo Barba. per x. folia.*

h *Cardinalium.* vnde ſic dicantur, not. s. de offic. archipresbyt. cap. ij. in j. gloſ. Ioan. And.

i *Modificari* diminutionem continet. de verb. ſigni. cap. ſi. & multa verba hic ponit, vij. ſcilicet, vt omnẽ modum per quẽ conſtitutio tangi poſſet, includat. Ioan. And.

*† Notat Barb. quòd papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electione ſucceſſoris, nõ ſic epiſcop⁹: quia poſt obitum non erit iudex: ergo nõ valet quod agit. l. eum qui. §. fin. ff. de iuriſ. om. iu. di. Fontanus.*

k *Diſpenſari.* hoc addit: quia ſtante conſtitutione maioris, minor quandoque contra illam diſpenſat. de æta. & qualit. c. vnico. lib. vj. cum ſimilibus.

l *Partem.* quid iuris ſit de toto &c. ff. de rei ven. quæ de rota. & s. de dona. inter virum & vxo. nuper.

Gloſ. ſeq. reſpondet ad rationem Hoſtien. quem excuſat, & hanc definitionem coadiuuat.

m *Non conſonam.* quod ergo dicebat Hoſtien. quòd aliæ collegia hoc habent: ergo & collegium cardinalium? Reſpondetur illis permiſſum, huic expreſsè prohibitum: & ſi per antiqua iura conceſſum prius erat, per iſtam poſteriorem conſtitutionem eſt correctum. de conſtit. cap. j. lib. vj. Et ſic breuiter reſpondetur ad quamplures ex rationibus Hoſtien. qui tamen excuſabilis eſt: quia non vidit decre. vbi periculum. Ad id quod dicitur non eſſe veriſimile filium Dei voluiſſe mortuo papa gregem fidelium eſſe ſine paſtore, vel eccleſiam ſine ſponſo: Reſpond. quod ſponſus rector & paſtor eſt Chriſtus & caput eccleſiæ, quæ eſt ipſius corpus. Primum patet lxxvj. diſtin. ieiunium. ij. in ſi. Secundum. xcvj. diſtin. ca. j. circa medium. Tertium de ſacra vnct. cap. j. ver. ſed vbi. iij. q. iiij. c. ſi. Licet ergo deficiat vicarius, non deficiet principalis: qui vicariatus ſolum Petro & ſucceſſoribus apoſtolis datus fuit. Abſurditas autem huius opinionis apparet: quia ſecũdum eam non eſſet neceſſarium papam eligi [d], ex quo cœtus cardinalium Chriſti vicariam haberet. Item nec eſſet hoc expediens: quod cuique patet: & facit de conceſ. præb. quia diuerſitatem. in princ. & in decila.

*c Sequuntur doc. facit ci. vt animarũ periculis. de cõſt. lib. vj. gloſ. j. cle. vt ij. qui de æta. & qualit. Barba. Font.*

Gloſſa ſequens quærit, & negatiuè ſoluit.

n *Reprobamus.* Sed nunquid per hoc reprobatur opi. Goſ. Hoſtien. & Compoſt. & Guliel. quæ habet cardinales tollere poſſe quod de numero duarum partium ſtatuit conci. Lateranen. ſuprà eodem titu. licet. ſcilicet ordinando quòd nominatus à pluribus in ſcrutinio ſit papa, vt ibi ſcripſi? Dic quod non: quia illud conci. illam opi. approbat cùm dicit, niſi maior interuenerit concordia. ex quo ergo concordant nominatum vel nominandum à pluribus eſſe papam, videtur ille nominatus ab omnibus. & facit quod no. s. eod. titu. ſi cui. lib. vj. in gloſ. nota.

*d Quod eſt falſum. vnde infert Barba. ꝙ authoritas Chriſti nõ tranſit ad conſilium ſede vacante. vide gloſ. c. quodcunque ligaueris. xxiiij. q. j. Font.*

Gloſſa ſeq. dicit opi. Hugonis reprobatam, & rationem eius tolli per inſtantiam.

o *Poteſtatis.* reprobatur ergo quod no. Hug. lxxix. diſtinct. nullus. j. cuius dictũ recitat Hoſtiẽ. ſupra eodem, licet. qui dixerat cardinales poſſe tunc creare cardinalem, cùm poſsint tunc creare papam, quod plus eſt: ſed videmus quòd capitulum creat epiſcopũ, nec tamen confert beneficia ad illius ſolius collationem ſpectantia. ne ſe. va. cap. vnico. lib. vj.

*Papa mortuo, cardinales cardinalem creare non poſſunt.*

p *Pertinentis.* ſi ergo aliquid diuiſim ad collegium pertinet, quod fortè prior ipſorum expendit, vt eſt moris, hoc non impedit. facit prędic. decre. vnica. & de reſcrip. edoceri.

q *Permittitur.* in. §. idem quoque.

r *Camerarium.* ad quem ſpectat temporalia pauperib⁹ erogare: vt not. Ioannes. viij. quæſt. j. ca. j. hodie autem magnum eſt officium, & iuriſdictionem exercet circa omnes debentes cameræ, & auditorem habet etiam ad hoc, quem puto quòd habere poſsit ſede vacante, per hanc literam. prouiſione tamen pendente cardinales nil ab ipſo recipient: vt in prædi. decre. vbi. §. prouiſionis.

*Camerarij apoſtolici officium.*

s *Maiorem.* ex pœnitentiarijs, quod ſequitur. & eſt ſenſus quod officum pœnitentiarij maioris qui ſolet eſſe cardinalis, vel aliorum minorum, non expirat. Tempore tamen incluſionis maior pœnitentiarius ſi eſt cardinalis, per ſe non poteſt vti officio: ſi tamen nollet in clauſura manere, etiam perſonaliter vtetur officio: vt fecit. d. Tuſculanus.

t *Quorum.* interpoſitio.

Gloſ. ſeq. dicit quid approbat, duas lecturas ponens.

u *Expirare.* hoc de pœnitentiarijs tenebat Hoſtien. de ſenten. excommu. quod de his. in ſi. vbi determinat quod not. in Spec. titu. iij. §. j. vbi defendit Guli. quòd camerarius mareſchallus & auditor cameræ habent ordinariam. quod ſi verum eſſet de iure communi, duraret illorum officium mortuo papa. de offic. leg. cap. ij. lib. vj. ſed hic de mareſchallo nil dicitur. & vide quod dixi. ſupra ead. compil. titu. j. auditor. in j. gloſ. Secundum quod dicimus iſtos habere delegatam, ſpeciale hic inducit, quòd durat delegata poſt mortem delegantis, ſicut &. s. de hæret. in fidei. lib. vj.

*Camerari⁹ papæ et mareſchallus an habeant ordinariam vel delegatam.*

x *Quouis modo.* puta quia incidit in furorem vel infirmitatem quæ impedit executionem officij. idem puto ſi recederet, vel nollet officium exercere.

y *Cœtus.* poteſt ſuppleri vel pars maior: quia quod maior &c. lvj. diſtinct. apoſtolica. de elect. cùm inter canonicos. in princ. ff. ad munici. leg. quod maior. & hoc verum vbi ſolum pro numero deficientium ſurrogant. vbi verò pro ampliori, neceſſaria ſit plena concordia. & ſic intelligo ꝙ ſequitur.

z *Deficientium.* tolle quod eſt j. alios ſurrogare.

a *Quantum ad pœnitentiarios.* Secus ergo quo ad camerariũ.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.

b *Si hoc.* videlicet quòd pro ampliori numero ſurrogentur pœnitentiarij. Sed nunquid nullo deficiente poterit cœtus pro ampliori numero concorditer pœnitentiarios ſurrogare? De verbis videtur quòd non, cùm cõſtitutio ſit prohibitoria præter caſus præmiſſos. & iſtud non videtur permiſſum, niſi cùm aliquis deficit. Ioan. And.

c *Concorditer.* idem in decre. vbi periculum. §. nulli. &. § idem quoque. vnus ergo ſolus hoc impedire poterit. facit quòd not. s. eo. titu. quia propter. ver. vel ſaltem. in §. porrò.

a *Conſtitutionem prædictam.* in.§. porrò.

Gloſſa ſeq. ſoluit dubium, & reſpondet contrario.

b *Moriente.* vel cedente: quod eſſe poteſt: vt de renun. cap. j. lib. vj. Nam tunc quo ad ſedem cenſetur mortuus. vij. q. j. §. ecce in quibus. & cùm hic ſit eadem ratio & fauor prouiſionis eccleſiæ, & ceſſet ambitio, ceſſat etiam contrarium de decre. ſuſceptum. de reſcri. lib. vj.

*Cedens cenſetur mortuus.*

c *Regulariter.* hoc dicit propter caſus interdicti & rebellionis ibidem exceptos. Ioannes Andr.

Gloſ. ſeq. fortificat textum per ſimile & per rationẽ. Secundò obijcit & reſpondet.

d *Diœceſim.* iuſtum fuit hic plus ponderari diœceſim quàm diſtrictum, ſicut & in caſu de reſcrip. ſtatutum. lib. vj. maximè quia ſtante diœceſi diſtrictus facilè variantur, quandoque per conceſsiones imperiales, quandoque per occupatiões principũ, vel ciuitatum: ad tales autem mutabilitates eccleſiarum ſtatus non mutatur. x. diſtinct. c. j. cj. diſt. ca. j. & de reli. do. cap. j. Si ergo papa moritur apud Bazanũ vel Nonantulam, quæ loca ſunt diſtrictus Bonon. quia tamen loca ipſa ſunt diœce. Mutinen. in ciuitate Mutin. cõuenire debẽt cardinales & ibidẽ includi. Sed cùm locus ille nõ diſtringatur per ciuitatem Mutinen. quomodo regens ciuitatẽ Mutinen. illos includet? quare melius videbatur accipere propriè territorium vel diſtrictum. Sed forte ponderauit author quòd multa ſunt loca[a] quæ non diſtringuntur per ciuitates aliquas, ſed per ſingularia dominia: qui domini etiam ciuitatibus non reſpondent. Illi ergo non ſunt de diſtrictu ciuitatis: ſunt tamen de diœceſi. Ad primum dico quòd cardinales ſe debent offerre, & ſperandum eſt quod hoc facient: quia non facile continget quin aliqui ſe offerant, quos alij ſequentur nolentes perdere vocem ſuam: vt de facto videmus. Poſſet etiam eſſe locus remiſsioni, de qua j. de re iudi. paſtoralis. circa mediũ.

*Diſtrictus facilè variantur.*

*a Talia loca non ſunt de diſtrictu ciuitatis ſecundũ hanc gloſſã, quã not. & adde q not. Ioan. And. ſuprà de iureiuran. nimis. & dixi in c. ſtatutũ. §. cùm verò. de reſcrip. & in ca. ſi ppter. eo. tit. ca. j. ver. ad idẽ quæritur. li. vj. P.*

e *Hoc caſu.* alijs ergo caſibus ſumitur vt habetur. ff. de verbo. ſigni. pupillus. §. territorium. tamen & alibi territorium ponitur pro diœceſi. xvj. quæſt. ij. ſi quis epiſcoporum. cui concor. de conſtit. cap. ij. lib. vj. Quandoque etiam parochia ponitur pro diœceſi. xij. quæſt. ij. bonæ rei. de dona. apoſtolicæ. in princ. quandoque ponitur pro regione. ix. quæſt. ij. epiſcopum.

f *Alibi.* id eſt in loco alterius diœceſis.

g *Non ibi.* vbi moritur.

Gloſſa ſequens dat duo ſimilia.

h *Vacare.* licet vacet, inſpicimus primum ſtatum: ita mulier vidua vacans denominatur à dignitate prioris mariti, donec alteri nupſerit. concor. in decre. de foro competen. ex parte. in fi. gloſ. Ponderamus igitur hic habitum ſine actu. ſic. s. ea. compil. de ſum. trinit. cap. j. in fi.

i *Ordinatum.* Ad idem de præben. ſi apoſtolica. in fi. lib. vj.

k *Transferenda.* ad aliam diœceſim, aliàs idem quod. s.

l *Prouiſio.* ſcilicet quòd fiat electio in loco vbi papa moritur: vt in dicto. §. porrò.

m *Porrò.* prouidet caſui non determinato per cap. vbi periculũ. Nam licet ibi in §. ſanè. prouiderit quid iuris cùm aliqui ex cardinalibus exeunt conclaue: improuiſum erat quid

*Determinãs diœceſim intelligi id quod in concilio dicitur de territorio & diſtrictu, ſtatuit moriente papa extra curiam, ipſius electionem fieri debere in loco vbi erat cauſarum & literarum audientia, licet ſuſpenſa: niſi prius ordinatum eſſet de curia transferenda. Ioan. And.*

Sanè cum iuxta conſtitutionem prædictam[a] Papa extra ciuitatem in qua cum ſua erat curia, moriente[b], in ciuitate in cuius diſtrictu ſeu territorio moritur, ſit regulariter[c] ſucceſſoris electio celebranda, diſtrictus ſeu territorij nomine diœceſim[d] hoc caſu[e] intelligendam fore cenſemus. Eo tamen adiecto, quòd ſi in certo loco cauſarum & literarum apoſtolicarum audientia remanente papam alibi[f] mori cõtingat, nõ ibi[g], ſed vbi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur: etiam ſi eadem audientia tempore mortis huius vacare[h] noſcatur: niſi forſan ante mortem eandem ordinatum[i] eſſet per papam de curia transferenda[k], quo caſu ſeruetur prouiſio[l] conſtitutionis prædictæ.

*Prouidet caſui quo contingeret cardinales omnes exire conclaue.*

Porrò[m] ſi Romano non electo põtifice, cardinales omnes[n] ſimul vel ſucceſsiue (quod abſit) exire cõtingeret

A iuris quando omnes exeunt. & caſus iſte poſt mortem Clementis fuit de facto.

n *Omnes.* bene dicit: quia ſi aliqui vel aliquis remaneret, in illos vel illũ reſidet ius eligẽdi[b]: vt colligitur ex prædi. decre. §. ſanè. & facit q no. de poſtul. prælat. gratum. cum ſuis concordã.[c] Vbi verò omnes mortui eſſẽt, quid iuris: ſcripſi poſt Hoſt. s. eo. licet.

o *Hi ad quos.* De quibus habetur in c. præterea.

Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit. ſecundò duas quæſtiones ſubdit de quibus remittit. Tertiò quærit, & quæſtionem ampliando prouiſionẽ expoſcit.

p *Compellant.* ſed quid ſi aliqui territorium illorum exeant? faciant hoc illi qui intra diſtrictum ipſorum manent. Sed nunquid illi ſoli poterunt eligere? Item quid ſi nulli remanent? Vide quod dixi ſupra in glo. iuſtum. Item quid ſi omnes remanent, & aliqui citius redintrant conclaue: nunquid illi poterunt eligere? Item ſi alij nõ haberent iuſtam cauſam, planum eſſet. Sed quid ſi alij non intrantes habent iuſtum metum mortis: & allegabatur poſt mortem Clementis: & dicatur dominus tẽporalis non eſſe potens ad ſecuritatem ipſorum: vt etiam tunc dicebatur: quid fiet: & quis de iuſta cauſa metus cognoſcet? Iſta non deciſa, nec tunc prouiſa adhuc egebunt prouiſione.

q *Contentas.* in. §. quòd ſi præmiſſa.

*b Idem Panor. Franciſ. et Vãckel. qui dicit quid iuris ſi omnes cardinales eſſent mortui, & poſſunt eſſe iij. cardinales. Fonta.*

*† Not. de Anch. q ſi prima executio nõ eſt ſortita effectũ, iterum inchoatur. alle. Bar. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de leg. j. & nõ intelligas hic de compulſiõe corporali, dicit Card. addo ſimiliter hic gl. in c. prim cept. exiij. g. v. Fonta.*

*† Capitulo igitur aggregato, nõ dicitur diſſolui per receſſum etiã maioris partis: quia in ſolo remanente dicitur in collegiũ reſidere: ſed ante quã cõgregetur, niſi duæ partes accedãt, nõ fingitur capitulũ cõueniſſe in loco. De reuocatione excommunicatorum vel abſentium quando fieri poſsit & vtrũ à paucis præſentib⁹, vi. plene ſupra c. cum nobis olim. P.*

*Papa carentia, eſt maxima neceſsitas.*

conclaue deputatum eiſdẽ: hi ad quos[o] pertinet executio conſtitutionis prædictæ, illos ex ipſis quibus infirmitas corporis aut nota debilitas excuſationem non dabit, idem conclaue quàm cito poterũt redintrare compellãt[p] †: Pœnas in dicta cõſtitutione contentas[q], niſi hoc fecerint, incurſuri[r]. Cardinales autem huiuſmodi conclaue redintrantes ad electionem iam dictam procedant: & aliàs conſtitutionem præfatam obſeruent ſecundum ſtatũ in quo[s] erant in eodẽ conclaui quando ipſum vt præmittitur, exiuerunt.

B

*Statuit cardinales per exceptionẽ excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, ab electione non repelli. Ioan. And.*

Cęterùm[t] vt circa electionem prædictam eo magis vitentur diſſenſiones & ſchiſmata, quo minor eligentibus aderit diſsidendi facultas[u]: decernimus vt nullus cardinalium cuiuſlibet[x] excõmunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti prætextu à dicta valeat electione repelli: Iuribus alijs[y] circa electionem eandem hactenus editis, plenè in ſuo robore duraturis.

C

*Electos & alios qui mittere vel ire tenentur ad curiam, adſtringit ad id ſede vacante. h. d. Ioan. And.*

Verùm quia[z] tam ex pro-

r *Incurſuri.* quia pœna ciuium & rectorum eſt punitio ciuitatis; videntur etiam includi pœnæ de quibus ibi in §. ciuitas.

ſ *In quo erant.* habita diſtinctione an lapſi eſſent tres dies tantùm, an etiam octo; vt ibi in. §. conclaue.

Gloſſa ſeq. dicit quid approbat, & quid prorogat: & opi. Compoſt. recitat.

t *Cæterum.* iſte. §. approbat quod not. Io. lxxix. diſtinct. ca. j. vbi no. de vitio eligentium obijci nõ poſſe. & prorogat opi. Compoſt. not. s. eo. licet. qui dixit contra electionem factam per duas partes excipi nõ poſſe de excõmunicatione vel ſuſpenſione eligẽtium, etiam ſi ſit notoria. Nec ob. ſecundum eum q peccant alij cõmunicando talibus. faciunt enim hoc authoritate illius iuris, quod omnẽ exceptionem remouet. alleg. ff. de riuis. l. Seruius. §. ſi quis riuum. Item ſecundũ ipſum in caſu neceſsitatis licitè excõmunicato communicatur: ſed maior neceſsitas quàm carentia vicarij Ieſu Chriſti nõ poſſet haberi. xxij. diſtin. omnes. ij. quæſt. vj. ad Romanã. & facit ſuprà de hære. præſidẽtes. lib. vj. hic approbatur hæc opinio etiam quo ad actum electionis faciendæ.

D

u *Facultas.* facit s. eod. indemnitatibus. §. vt autem lib. vj.

x *Cuiuſlibet.* iuris vel hominis. Item qualiſcunque ſit ſuſpenſio vel interdictum.

y *Iuribus alijs.* lxxix. diſtinct. per totum. xxiij. diſtinct. in nomine domini. s. eod. licet.

Gloſſa ſequens dicit approbatam opi. Guli. & Gar. licet mala ratione falſificatam, & contrariam reprobatam, ſubdens abſurditatis cauſam.

z *Verum quia.* approbat q no. Guli. & Gar. s. eo. cupientes. j. reſpon. lib. vj. ſuper verb. cõparere. qui dicebant electum nõ venientẽ tũc intra tẽpus illus cõſtitutionis incurrere pœnã. mouebantur



mouebantur autem illa ratione: quia iuriſdictio papæ & ipſius exercitium remanet penes collegium cardinalium. quæ ratio reprobatur. ſupra. j. reſpond. Dicebant tamen quòd papa deberet pœnam remittere: ex quo venit ante creationem papæ; licet poſt tempora. alleg. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. l. ij. §. ſi. Archdiac. ibi in fine primæ partis propter verbum, coram nobis. tenebat contrarium, ſcilicet quòd non incideret in pœnam tunc non veniendo. Cum ſcripſi ſuper illa decretali, hunc caſum non tetigi: quia mihi videbatur contra æquitatem quòd tunc incideret: & per illud verbum, coram nobis. de rigore videbatur quòd incideret. Quid enim poteſt diuinare adſtrictus ad veniendum, quando ſit papa creandus? cùm ergo poſſet omni die creari, ergo omni die paratus ſit is qui adſtrictus eſt ad cauſam proſequendam. & licet rigoroſum videatur: reſpicit tamen expeditionem eccleſiarum. & fortè propter hoc non vtitur hic verbo declaramus, ſed verbo ſtatuimus.

A

*† Quia vt dicit Barba. electio papæ, eſt negotium Dei magis q̃ aliæ electiones. ca. licet. s. eod. idem Bal. in l. j. col. iiij. C. de la. li. tollen. quãquam Hus & Viklef. dicant eſſe negotium diaboli. Font.*

*a vt ſecundum Bart. perſonæ prouiſæ per defunctũ papam, põderando verbum adſtricti, & ver. prouiſi. iuncta gl. in c. cupientes §. j. in ver. electi. de electi. lib. vj. Fontanus.*

uiſis[a] remedijs, quàm ex orationibus[b] ad Deum ſuper huiuſmodi negotio effundendis[c], quod breuiter huiuſmodi celebretur electio, præſumendum eſt probabiliter, & ſperandum: † ſtatuimus vt electi & alij[d] qui ex quacunque cauſa[e] ad ſedem apoſtolicam venire vel mittere[f] ſunt adſtricti, ad ipſam cùm vacat, ac ſi non vacaret[g], † venire vel mittere teneantur.

B

a *Prouiſis.* per decr. vbi. & iura quæ allegaui in ſi. prox. partis.

b *Orationibus.* qualis debeat eſſe oratio: vide quod dicam. j. de reliqui. & venera. ſan. ſi dominum. ad ſi. & quomodo in ea ſperandum eſt, ibi dixi ſatis in vltimo membro gloſſæ.

c *Effundendis.* vt in decre. vbi periculum. in ſi. & verbum effuſionis largitatem & abundantiam denotat. xvj. quæſt. j. reuertimini.

d *Alii.* perſonæ inſtructæ opponentes & appellantes[a].

e *Quacunque cauſa.* per hoc videtur quòd citatus qui tenetur ire vel mittere ad curiam, mortuo papa teneatur ad idem: cuius contrarium no. Hoſtien. s. de accuſa. licet. vt ibi ſcripſi ſuper verbo acceſsiſſes.

f *Mittere.* ſicut hi quos arctat decre. j. ſupra eodem lib. vj. decre. j. de appel. & decre. quamuis. de offic. ord. eodem. lib. Item electi cathedralium vel regularium eccleſiarum quos arctat conſtitutio, cupientes. niſi ſint iuſtè impediti: vt eod. ca. §. quòd ſi. Item poſtulati: quia ſunt eccleſijs alligati: vt ibi. §. denique. vel fœminæ. ſupra eod. indemnitatibus. §. ſed cùm eas. lib. vj.

g *Ac ſi non vacaret.* & ſic patet quòd intra tempora ſtatuta.

C*Auſam electionis.* § Diuiditur in quinque partes, vt patet in rubro: quarum ſecunda eſt ibi, Quòd ſi forſan. Tertia ibi, Verum. Quarta ibi, Intimatio. Quinta ibi, Idem quoque. Præſupponatis notata in ca. ſtatuimus. lib. vj. eod. titu. vbi dicitur, ſi aliquis fuerit electus ad aliquam dignitatem: vel fuit ſibi prouiſum de beneficio: vel forſan fuit poſtulatus, quòd ſi aliquis contra talem prouiſionem, electionem, vel poſtulationem ſe opponat: vel forte fuit appellatum à tali electione, prouiſione vel poſtulatione, quòd talis appellans ſimiliter & appellatus ſeu defendens debent arripere iter ſuum à die quo ſe oppoſuerunt vel appellauerunt, intra menſem vt vadant ad papam: qui de cauſa appellationis diſceptabit. Item dicit dictum ca. quòd ſi vna pars à die quo ſe oppoſuit, intra menſem iuit Romam: & ibi ſuam partem aduerſam per. xx. dies expectauit & nõ venit: procedetur in negotio electionis, non obſtante cuiuſque abſentia: ſicut de iure fuit. Item aliquoties aliquis opponit in formam electionis id eſt contra formam electionis, dicendo electionem rite non eſſe factam: immo quòd fuerunt omiſſæ ſolennitates iuris. ſi talis opponens non poſsit probare peccatũ formæ id eſt electionem non eſſe factam ſecundum formam quam accepit à iure: tunc talis condemnabitur alteri parti in expenſis: quia ipſe ſoluet expenſas, damna & intereſſe, quæ vel quas habuit ille vel fecit, contra quem oppoſitum eſt in formam. Aliquoties aliquis ſe opponit non in formam electionis, ſed in perſonam id eſt contra perſonam electam, dicens eam non eſſe capacem electionis: quia dicit talem eſſe excommunicatum, quare eſt ineligibilis. Vel dicit talem perſonam non eſſe legitimam, nec de legitimo matrimonio: ideo illam perſonam dicit non eſſe eligendã: & ſic opponit in perſonã: id eſt contra perſonam illam electã. Et ille qui opponit in perſonam, ſi non probet ea quæ opponit cõtra illam: tunc talis opponens eſt ſuſpenſus triennio à ſuis beneficijs: imò perpetuo priuatus eſt ſi ſe interim id eſt pendente illo triennio immiſcuerit ad illa beneficia. His auditis figura caſum in Clementina. Pater ſanctiſsime audio doctrinam veſtram in qua dicitis, quòd ſi aliquid opponatur contra prouiſionem, electionem, vel poſtulationem factam ad perſonatum, dignitatem, vel canoniam, & ob hoc fuerit appellatum ad papam; appellans & defendẽs, & quorum intereſt, à die oppoſitionis vel appellationis intra menſem arripiant ſuum iter eundi Romam: quia

cauſa eſt deuoluta ad ſummum pontificem. Sed quæro an eo ipſo q oppoſui me contra aliquem, quia fuit electus ad dignitatem, & me oppono contra formam: vel an eo ipſo quod appellaui vel me oppoſui, cauſa ipſa ſit deuoluta ad ſedem apoſtolicam? Et reſpondet papa quod non, ſic dicendo: Nos

cenſemus cauſam electionis, poſtulationis, ſeu prouiſionis emiſſam, id eſt deuolutam ad ſedem apoſtolicam: cùm ipſa appellatio fuerit ſpecialiter interpoſita in præſentia appellati id eſt in præſentia illius contra quem appellatur, aut ſi fuerit interpoſita in præſentia procuratoris eiuſdem appellati, aut cùm fuerit intimata. i. notificata alteri eorum ſcilicet in perſonam appellati, aut in perſonam ſui procuratoris intra menſem ab interpoſitione ipſius appellationis, vel ſaltem cùm fuerit intimata poſt lapſum temporis ſcilicet poſt menſem quàm cito poterit fieri cõmodè. Intelligatis cùm fuerit intimata, porrecto i dato libello ſub ſcriptura authentica, vel lecto tenore illius: quia talis appellatio quando intimatur debet legi coram appellato: & copia appellationis data modo ſimili ſicut modis ſupradictis: ſi ipſa copia fuerit petita, & inde fuerit data. Et ſic habemus quòd cauſa appellationis non dicitur emiſſa, nec deuoluta ad ſedem apoſtolicam, niſi fuerit intra menſem, vel poſt menſem quàm cito commodè poterit, intimata & notificata: ſic videlicet, vobis Petro tali electo ad talem dignitatem: quia ſcio electionem eſſe inualidam, vel quia ſcio vos incapacem illius electionis, vobis intimo & notifico, quòd de tali electione de vobis facta appello ad curiam Romanam: & ibi cauſam appellationis proſequi intendo. Hoc facto, cauſa appellationis dicitur emiſſa ad ſedem apoſtolicam. Sed quæro, ſi appellans non poſsit intimare id eſt notificare appellationẽ ſuam appellato: quomodo ibi prouidebitur: quia forſan appellatus aufugit, & non eſt in prouincia, nec poteſt eius procurator inueniri: vel forſan quia appellatus habet domum remotam, ita quòd appellans non poteſt ſibi intimari? Reſpondet papa quòd appellans debet ire ad eccleſiam cathedralem in ciuitate vel diœceſi cuius ſit beneficium vel dignitas de qua fuit electus, & ibi ſuam appellationem publicari faciet, & copiam dabit appellato modo præmiſſo. ſupra quandocunque copia petita fuerit. Et ideo dicit textus, quòd ſi forſan contingat appellatum abeſſe id eſt abſentem eſſe: & contingat talem procuratorem non inueniri ſcilicet quòd poſsit intimari appellatio: tunc appellans faciat appellationem ſuam publicari in domo in qua *ipſe appellatus conſueuit communiter* habitare. Vel ſi talis publicatio non poſsit fieri in domo, quia domus eadem exiſtit in remotis partibus: tunc faciat publicari ſuam appellationem in eccleſia cathedrali: in cuius ciuitate vel diœceſi beneficium quod litigioſum eſt conſiſtat id eſt ſit. Et nihilo minus volumus publicari dictam appellationem vtroque caſu ſcilicet in eccleſia cathedrali, vel in loco in quo eſt beneficium: ac de ipſa ſcilicet publicatione quandocunque fuerit petitum, fieri copiam appellato volumus modo præmiſſo & ſupradicto. Et ſum in verſiculo, verum. Et quæro ponendo ſic, quod appellatus non abeſt, nec eius procurator, nec domus eius longè diſtat. ſed ipſe appellatus, hoc eſt ille contra quem appellatum eſt, eſt ita potens & ita timendus, quod appellans non audet intimare ſuã appellationem? Reſpondet papa quod talis appellatio debet publicari ſolenniter in loco publico, in quo loco eſt veriſimile ipſum appellatum vel eius procuratorem veriſimiliter non poſſe ignorare. Et ideo dicit textus verùm pro ſed: ſi intimatio fieri nequeat vt præfertur propter metum appellati: quia eſt ita potens q appellans non eſt audens ire ad eum: vel ſi intimatio fieri nequeat propter metum & timorẽ ſuorum parentum: Nos Clemens volumus eandem appellationem ſic publicari ſolenniter in loco publico, q poſsit veriſimiliter peruenire ad notitiã appellati ſeu pcuratoris eius. Intimatio verò aliter facta careat omni effectu: nec cauſa cẽſeatur deuoluta ad ſedẽ apoſtolicam per eandem appellationẽ: niſi certa notitia eius appellationis aliter perueniſſet ad appellatum intra tempus prædictũ ſcilicet intra menſem. Et iſtum modũ intimãdi vult obſeruari in alijs caſibus in quibus requiritur intimatio faciẽda: ideo dicit textus, Idẽ quoq; obſeruari volumus in alijs caſibus in quibus requiritur intimatio facienda. h. d. Nota primò ibi, Vel ſaltem. de aduerſatiua, vel, cui quando adijcitur dictio, ſaltẽ, vt hic, ſignat diminutionem. de reſcri. ſtatuti. §. cùm verò. lib. vj. Nota ſecũdò caſum in quo datur tẽpus arbitrariũ ad purgandũ morã temporis determinati de quo in gloſ. in verbo, commodè, Zaba.

A B C D

*† Fallit, ſi citatio eſſet facta nomine proprio. c. licet. s. de accu. Item citatio facta ab inferiore à papa non arctat ad cõparendum corã ſucceſſore. l. mortuo. ff de iudi. c. caueã. iij. quæſt. ix. Panormi. in d. cap licet. Vanckel. Fonta.*

Idem.

*Primò ponit formam ſecundum quam appellans appellationem intimat appellato, vt per ipſam cauſa beneficialis ad curiã deuoluatur. Secundò prouidet cum appellatus vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi. Tertiò prouidet cùm per metum appellati vel ſuorum, intimatio fieri non poteſt. Quartò vitiat intimationem aliter factam. Quintò prorogat hunc modum intimandi ad alios caſus. hoc dicit.* Ioannes *Andr.*

CAPITVLVM III.

CAuſam † electionis [a], poſtulationis, ſeu prouiſionis [b], per appellationem ab ipſa vel occaſiõe [c] † ipſius, ad ſedem apoſtolicam [d] emiſſam, tunc demum ad ſedem eandem deuolui [e] cenſemus, cùm in appellati [f] aut procuratoris eiuſdem in ipſa cauſa ſpecialiter [g] conſtituti præſentia interpoſita [h] fuerit, aut eorum alteri [i] intra menſem ab interpoſitione [k] ipſius, vel ſaltem poſt lapſum eiuſdem menſis quàm cito commodè [l] fieri poterit, legitimè intimata: porrecto [m] videlicet [n] ſibi ſub ſcriptura authentica [o], vel perlecto [p] † illius tenore, & copia modo conſimili [q], ſi petita [r] fuerit, inde facta. Quòd ſi forſan appellatum abeſſe, & procuratorem talem [s] non inueniri contingat [t], in domo [u] quam ipſe appellatus habitare [x] communiter [y] conſueuit, vel ſi domus eadem in remotis [z] exiſtat, in eccleſia cathedrali [a] in cuius ciuitate vel diœceſi conſiſtit beneficium: & nihilo minus vtroque [b] caſu in eccleſia vel beneficio [c] de quo agitur, volumus appellationem huiuſmodi publicari, ac de ipſa, quandocunque petitum fuerit, copiam modo [d] præmiſſo fieri appellato. Verum ſi propter appellati aut ſuorum metum [e] vel potentiam intimatio fieri nequeat (vt præfertur [f]) appellationem eandem in lo-

Gloſſa ſequens dicit quid determinat.

a *Cauſam electionis.* determinat not. per Innoc. Hoſtien. Io. Mon. & Archid. eod. tit. cap. j. lib. vj. ſuper verbo, intra menſem. per Compoſt. ibidẽ, & Guli. in Spec. titu. de citatio. §. ſequitur. poſt prin. plenius de appel. §. qualiter. ver. cautus etiã ſit. & ver. quid ſi p̄curatori, adhuc apertius per Gulielm. Mandegoti in libello electionum. & in fi. per ipſum Ioannẽ Mona. de regu. iuris in generali. lib. vj. vltra medium. & quod no. ſuprà eodem cupientes. j. reſpon. lib. vj. ſuper ver. notitiam.

a *Electionis.* etiam epiſcopalis vel cathedralis eccleſiæ: vt dicam. j. §. penult.

b *Prouiſionis.* hæc tria exprimit decre. j. eod. tit. lib. vj.

Gloſſa ſequens approbat opin. Compoſtel. quam plenius recitat.

c *Occaſione.* id eſt propter cauſam electionis, poſtulationis, vel prouiſionis, vt ſi appelletur à grauamine illato in iudicio: quo caſu locũ habet decre. j. §. eod. lib. vj. ſecundum Cõpoſtel. qui plus ibi no. quod ſi ſuper prima appellatione dentur iudices extra curiam, & ab illorum grauamine appelletur: locum habet decr. illa. & dicit ſic ſeruaſſe Innoc. licet quidam contra, quòd ſolum in cauſa primę appellationis habet locum hæc decretalis: quod eſt contra mentem: quia per ſecundam appellationem ſicut per primam poſſit protelari vacatio.

d *Sedem apoſtolicam.* in alijs enim non habet locum prædic. decre. j. §. eod. lib. vj. vt ibi not.

e *Deuolui.* quo ad hoc vt principale negotium ſit in curia: vt dicam. j. §. penult.

f *Appellati.* ſi contra capitulum vel collegium appelletur, vide quod no. §. eod. bonæ. j. in glo. ſoli. de conceſ. præben. ſi capitulo. lib. vj. in gloſ. vj. Ioan. Andr.

Gloſſa ſequens dicit approbatam opinionem. Speculatoris. arguit ad ſimile: & de tribus remittit.

g *Specialiter.* approbat opi. Specu. in princ. verſic. quid ſi procuratori. vbi poſitis duabus opinionibus, quarum prima habebat quòd nõ ſufficit intimare procuratori, ſecunda quòd ſufficit: dicebat primam veram in generali procuratore, ſecundam veram in ſpeciali. allegabat de teſti. præſentium. §. cęterum. lib. vj. ff. de lib. cau. l. imò. ff. de contrahend. emp. l. in huiuſmodi. de procur. dilectus. & cap. non iniuſtè. in fi. Sicut autem ſpeciali procuratori appellati fieri poteſt intimatio: ita etiam poteſt fieri per ſpecialem [a] procuratorem appellantis: nam & talis in his cauſis appellat: quod dic vt no. eod. titu. procurator. lib. vj. Quomodo verò formetur procuratorium ad intimandum, & quomodo per procuratorem fiat intimatio, vide in prædi. libel. electionum. in fi. & quomodo de procuratorio ſuo ſicut & de appellatione debet fidem facere.

h *Interpoſita.* & tunc interponitur ſimul & intimatur: quare cũ illis conſtet illũ appellaſſe, alia intimatio facienda nõ eſt.

i *Alteri.* ſcilicet appellato, vel ſpeciali procuratori: ergo fortius ſi vtrique ſimul vel diuiſim. & tolle hic literam, legitimè intimata, quæ ſequitur.

k *Ab interpoſitione.* & ſic currit de momento in momentum. concor. ſupra de re iu. quòd ad conſultationem. ibi, à cuius prolatione. Et quot dies habeat menſis, nota. §. eod. titu. quàm ſit. lib. vj.

Gloſſa ſequens ponit duas concor. ſoluit dubium. ponit ſimile per conuerſum.

l *Commodè.* concor. prædi. decre. quàm ſit. in prin. lib. vj. & c. cupientes. §. cæterũ. veniet autẽ hoc in arbitratu boni viri. datur hic tempus arbitrarium ad purgandũ moram tempo-

A ris determinati. alibi econuerſo datur tempus determinatum ad purgandum moram temporis arbitrarij, in prædi. §. cæterum. & per hoc videtur quòd poſt hoc tempus facta intimatio, non deuoluat: vt dicam in fi.

m *Porrecto.* per hoc patet quòd expenſis intimantis habet hoc fieri: ſicut de libello dicitur. iij. q. iij. cap. induciæ. ver. offeratur.

n *Videlicet.* declarat verbum legitimè, quod præmiſit.

Gloſſ. ſeq. dubium ſoluit, & textum iuſtificat.

o *Authentica.* ſcilicet confecta manu publica, vel habente ſigillum authenticũ. de ſenten. excõ. cùm medicinalis. lib. vj. & ſatis dixi de proba. poſt ceſſionem. vt enim dicebat Spec. in ver. in princ. alleg. graue eſſet dicere ꝙ aduerſario meo dicenti ſe appellaſſe ad curiam, tenear credere, cùm appellatio hoc caſu habeat vim citationis: vt j. dicã. Et quomodo appellato interdum expediat authentica ſcriptura, patet j. cap. proxi. § penult.

p *Vel perlecto.* patet quòd primo caſu cũ porrigitur, non eſt legi neceſſe. concor. de appella. appellatio lib. vj. Et iſtud per,

C deſignat integram lectionem. ſimile. ff. de ver. ſignifi. vrbana. §. pernoctare.

q *Conſimili.* ſcilicet ſub ſcriptura authentica.

r *Si petita.* ſi ergo non petitur, ſufficit legiſſe. concor. §. de ſepul. cap. j. in fi. lib. vj. de ſentent. excom. c. j. eo. lib. per quod cap. patet quòd vtile conſilium eſſet appellato de petitione prædicta facere confici publicum inſtrumentum: ſatis tamen eſſet de hoc per teſtes fidem fieri poſſe, licet ibi ſecus: vt ibi notaui. Ioan. Andr.

s *Talem.* ſpecialem, de quo præmiſit.

t *Contingat.* collige literam quæ eſt infrà, volumus appellationem huiuſmodi publicari. Ioan. Andr.

u *In domo.* id eſt ante domum. eo enim inuito non debet domum ingredi. faceret enim iniuriam. ff. de in ius voc. leg. plerique. & l. ſeq. hoc dixi. de eo qui mit. in poſ. ca. ſi.

x *Habitare.* etiam ſi ſit inquilinus. ff. de dam. infec. l. iiij. §. ſi domum.

Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.

y *Communiter.* licet ergo ibi nõ habitet vltra dimidium anni, ſed minus: ex quo tamen ibi habitat plus quàm alibi, ibi poterit fieri intimatio. ad hoc. ff. de verbo. ſignific. maiore.

D Sed ſi æqualiter habitaret in duobus locis, in quolibet illorum fieri poterit vbi elegerit appellans: & tutum eſſet fieri in vtroque. facit de ſepul. cùm quis. §. j. lib. vj.

z *In remotis.* ex remotione ergo loci ſtatuitur ius diuerſum. de ſenten. excommu. relatum. de temp. ord. cùm nullus. §. ij. lib. vj. & vt ibi no. puto hoc arbitrarium. de hoc. §. de reſti. in integ. tum ex literis. in gloſ. penult.

a *Cathedrali.* concor. j. de foro compet. quamuis.

b *Vtroque caſu.* ſcilicet cùm publicatio fit ad domum: vel in eccleſia cathedrali propter domus diſtantiam.

c *Beneficio.* etiam ſi eſſet campeſtre, vel rurale: & ſi non ſit ibi notarius, nec præſentia teſtium, illos adducat: & ſic ſeruatur in hoc caſu & in caſu decre. vlt. eodem titu. lib. vj.

d *Modo præmiſſo.* ſcilicet ſub authentica ſcriptura.

e *Metum.* iuſtum. de appel. ſi iuſtus.

Gloſſa ſeq. literam exponit: & dubium ſoluit.

f *Vt præfertur.* quia nec domino nec ſpeciali p̄curatori: nec ad domum habitationis & in beneficio: nec in eccleſia cathedrali & beneficio. Si autem dominus vel appellans locũ adire nõ poſſit perſonaliter [b], poſſet tamẽ adire per procuratorem: vel econtra non per procuratorem, ſed perſonaliter poteſt adire: nõ erit locus ei quod dicitur: ſed intimationem ad domum

*† Cauſa eſt quæ eſt poſita in controuerſia. glo. et doct. in l. cauſas vel lites. C. de trãſact. & dicitur cauſa ante & poſt li. conteſt. l. ij. ad fi. C. de iur. cal. Barto. Fontan.*

*† Not. hic Barba. ex mente Pet. & Car. ꝙ quæſtiones proximè et immediatè emergentes ex cauſa principali, ſunt eiuſdẽ priuilegij et naturæ cuius eſt principalis. Barto. in l. ſolẽt ff. de ali. & cib. le. facit cle. diſpendioſam. in verbo, tangentibus. de iudi. & ca. ſi annũ. illo ti. lib. vj. & dubitat hic Barb. an iſte tex. procedat ſi p̄pter quæſtionem de iure prouidendi vel eligendi cõtingat appellare. Font.*

*a Eſt bona et ſingu. ſecundũ Car. facit in fin. glo. ſi. in ca. ij. de cõfeſ. Bart. tamẽ putat ſufficere generalem.*

*† No. idem eſſe ſcripturas legere, aut legẽdas exhibere. facit. l. item apud Labeonem. §. cõuitium autem. iuncta l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. de iniurijs. ff. faciunt ea quæ dixi. c. vbi periculũ. §. nulli. §. eod. in vj. Fonta.*

*Domum alterius ingrediẽs, iniuriam facit.*

*b No. hic ſi metus eſt perſonalis ratione locĩ vbi debet actꝰ neceſ-*



co aliquo [a] publico [b] ſic ſolenniter volumus publicari, [c] quod ad appellati ſeu eius procuratoris [d] notitiam poſſit veriſimiliter [e] peruenire. Intimatio verò aliter facta omni careat iuris effectu: nec cauſa per appellationem eandem ad ſedem cenſeatur deuoluta [f] prædictam, niſi ad appellatum [g] eius plena & certa [h] notitia intra tempus prædictum [i] aliter perueniſſet. Idem quoque in alijs caſibus [k] obſeruari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda.

domum fieri oportebit. & hoc vult litera iſta, vt præfertur.

Gloſſa ſequens notat ex ſingulari.

a *Loco aliquo.* licet ergo ſanum ſit cõſilium quod not. Gul. Mande. in libello prædicto ſuper forma pe. ſcilicet quòd in pluribus locis fiat publicatio: quia tanto maior præſumptio erit contra appellatum de ſcientia. facit de poſtul. præla. ca. i. qui ma. accu. poſ. cũ in tua. per hanc tamen literam patet ſatis eſſe quod fiat in vno loco, dummodo ſit publicus &c. vt hic dicit.

b *Publico.* ad tollendas illorum fraudes, qui captata opportunitate abſentiæ illorum quos tangit, vel per quos poſſit inſinuari, faciunt tales intimationes. facit in authen. de litig. §. omnem, colla. viij. & ſimiliter quod no. §. eod. titu. ca. vlti. lib. vj.

c *Solenniter volumus publicari.* Concor. eo. titu. quia propter. in fi. fiet autem in loco viciniori. eod. titu. vbi periculum. §. porrò. lib. vj. de præſump. quoſdam. & ca. quanto. in publica miſſa populoſa, vel ſermonibus, vel nundinis, vel alio actu per populum frequentato.

d *Procuratoris.* ſpecialis: de quo prius dixi.

e *Veriſimiliter.* facit extrauag. Boni. rem non nouam. poſt princ. Et not. quòd inſpicitur veriſimilitudo. concor. ſupra de præſum. quia veriſimile. &. ca. literas. de reg. iur. inſpicimus. lib. vj.

Gloſſa ſeq. primò declarat opi. Innoc. & Hoſtien. ſecundò decre. cupientes. tertiò, an vitietur appellatio: & notans tria tempora ponit duas opiniones contrarias: & ponit quam approbat. ob. & ſoluit.

f *Deuoluta.* quod ergo no. Inno. & Hoſtien. in glo. in princ. alleg. quòd decre. j. eod. tit. lib. vj. arctat etiam ignorantes, ex quo appellatio publice fuit emiſſa, cum conſtitutio illa voluerit prouidere contra vacationes eccleſiarum: vel eſt falſum, vel intelligendum non de appellato, ſed de alijs quorum intereſt: vel intelligendum eſt ſecundum proximum dictum, quando ſcilicet ita publice factum eſt, quòd veriſimiliter potuit ad appellati vel ſpecialis p̄curatoris notitiam peruenire. & hoc tunc demum, quando propter metum vel potentiam [a] &c. vt ibi. cum enim talis appellatio habeat vim citationis peremptoriæ: vt ibi. ad idem de app. ſæpe. ita quòd non veniens in termino iuris habetur contumax: & proceditur contra eum vt contra contumacem, & in principali: ſ abſurdum eſſet contumacem cenſeri ignorantem cui appellatio intimata non eſſet. Et hæc omnia vera puto etiam in electionibus cathedralium & regularium eccleſiarum: de quibus loquitur decre. cupientes. vt ex quo non aliter quàm per appellationem deuoluuntur ad curiam: neceſſe ſit per hunc modum intimationem fieri. Fortius enim punit & arctat conſtitutio cupientes. ꝙ decre. j. priuat enim iure quæſito, & totali proſecutione proceſſus: & ad perſonalem arctat comparitionẽ. Sed decre. j. punit ſolum in proceſſu fiendo in partis abſentia: & per eam ſatis eſt procuratorem mittere: ergo etiam fortius ibi facienda eſt intimatio. Et ſic olim ſeruauit curia. quando tamen appellatus non poterat haberi, variè loquebantur doctores: quod tamen hic expeditum eſt. Et nota quod licet hæc litera vitiet intimationem, & impediat deuolutionem: non vitiat appellationem quo minus ſuper ea poſſet extra curiam impetrari. [b] Vnde in talibus appellationibus not. tria tempora. Primum, quo præſcribitur appellationi ne poſſit interponi, & eſt. x. dierũ notitia. de app. concertationi. lib. vj. Secundum, quo præſcribitur deuolutioni principalis negotij ad curiam, ſi nõ fiat intimatio: vel fiat, ſed non debito tempore & debita forma. & de hoc hic. Tertium, quo præſcribitur proſecutioni: & in deuolutis ſeruanda ſunt tẽpora decre. j. & decre. cupientes. in alijs datur annus, & ex cauſa biennium & vltra. de app. cum ſit. &. ca. ex ratione. Prædictorum autẽ ſecundũ nõ poteſt eſſe ſine primo. i. deuolutio ſine appellatione: ſed primũ bene poteſt eſſe ſine ſecũdo. de ap. cordi. lib. vj. vnde dicit Io. Mo. in prædi. regula, in generali. ꝙ cũ negotiũ tractari in cõſiſtorio principis ſit hic ſpeciale: hoc ius ſingulare facilius tollitur, quàm cõmune. alleg. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. in auth. de nõ alie. §. quia verò. colla ij. Audiui aliquos dicentes, ꝙ mens eſt huius literæ, ꝙ nõ valeat appellatio prædicto modo nõ intimata: ita ꝙ nõ valeat impetratio ſuper ea facta etiã extra curiã. Mihi placet primum dictũ: quod etiã placet Ioã. Mo. vt prædixi. ſed obſtat: quia ſecundũ hoc erit in poteſtate appellantis eludere decre. ſtatuimus. & non deferre principale negotium ad curiã. Solu. appellato & ignoranti nõ appellanti in-

A tendit hæc conſtitutio prouidere [c]: quare conſulo ꝙ appellans vadat vel ſufficientem mittat: vt ſi veniret appellatus, forte ſciens quem ignorare credebat, procedi poſſit. vel ſi papa ad curiam citare vellet appellatum, alias ex parte appellanti nullo veniente: planum eſt quòd pœna proceſſus de qua decre. j. loquitur, locum habere non poſſet: ſed pœna decre. cupientes. de qua prædixi, bene poſſet habere locum etiam appellato nõ veniente.

g *Appellatum.* non repetit de procuratore: per quod videtur quod hoc caſu vbi non per modos prædictos haberetur notitia, non ſufficiat procuratorem ſciuiſſe.

Gloſſa ſequens exponit & exemplificat.

h *Plena & certa.* Nota quòd non ſufficit talis qualis: ſicut in

B caſu decre. illud. de cleri. excommunicatum ſimilibus. Et plena dicit, vt totius appellationis & omnium obiectorum in illa notitiam habuerit: ſic etiam teſtis dicit plenam veritatem. de accu. cum dilecti. Certa dicit: vt indubitatum ſibi ſit vel eſſe debeat ſic appellatum. ex quo autem certus eſt, certificari vlterius non debet. de reg. iur. eum qui certus. Poſſet autem hoc conſtare: quia ſuper appellatione conſuluit aduocatos, amicos: vel ſimili modo forte per amicum proprium vel amicum appellantis [d] ſibi plene fuerat intimata.

Gloſſa ſeq. notat notificationem poſt tempus factam non deuoluere. ſecundò quærit an appellet. ponit opi. Compoſt. & contrariam: & remittit.

i *Tempus prædictum.* ſcilicet menſis, vel poſt. q̃ citò cõmodè fieri poſſet. §. eo. ca. in princ. Et not. quia per hanc literam puto quòd notificatio facta poſt tempus prædictum, nõ arctat appellatum, nec deuoluit: aliàs ſequeretur abſurdum quòd ſi poſt annum vel quinquennium notificaret appellationem, arctaret appellatum & deuolueret. Hæc autem temporis determinatio procedit ab hac conſtitutione, de qua prædicti doctores non cogitauerunt. Inter alia ergo ſubſtãtialia, vt deuoluat appellatio cauſas beneficiales ad curiam, de quibus. §. eod. ca. j. & ca. vt circa. lib. vj. requiritur debita

C notificatio, de qua hic loquitur: & quod fiat intra tempus hic expreſſum. his & alijs concurrentibus ſic deuoluitur, ꝙ conſtituit abſentem contumacem, & proceditur in ipſius abſentia in principali etiam ad definitiuam, ex quo non venit intra tempora. Sed an ſic conſtituat eum contumacẽ, quòd non poſſit appellare à definitiua contra ſe lata, dubitari ſolet. & Compoſt. in prædi. decre. j. eo. tit. lib. vj. in glo. qualiter probationes. in v. q. tenet quòd quando citatio vel notificatio perſonaliter apprehendit: ſit verè contumax nec appellet: quando verò facta fuit ad domum, eccleſiam vel locum publicum, tunc ſit fictè contumax & appellare poſſit: & fertur hanc opinionem multum vigere in curia. Aliquibus videtur quòd ſatis ſit hoc caſu abſentem puniri in proceſſu & definitione cauſæ. non eſt autem per hoc æquum appellatione priuari, cùm non ſit expreſſum: & vide quod dicam infrà de dolo & contuma. ſi ante. Supradicta procedunt in his beneficialibus in quibus locum habet hæc decretalis j. In his verò in quibus locum habet decreta. cupientes. planum eſt quòd non punitur contumax ſolum in proceſſu, imò cadit ab omni ſuo iure: vt ibi. §. quòd ſi per. xx.

Gloſſa ſeq. primo allegat in exemplum quattuor iura. ſe-

D cundò amplians caſum allegat octo. tertio allegat quinque, quibus dicit conſtitutionem ceſſare.

k *In alijs caſibus.* vt infra de appellat. cap. j. infra de renunciat. cap. vnico. ſuprà de procur. mandato. ad idem ſuprà vt lit. non conteſt. quoniam. In caſibus tenetur quis non ſolum intimare, ſed require. xvj. quæſtio. iij. placuit. ij. ſuprà de empt. & ven. cap. ſi. ſuprà de offic. ordin. ſi canonici. & cap. quamuis. de ſententia excommunicationis cap. j. de ſepult. cap. j. lib. vj. & infrà de ſepul. dudum. & infrà de hæret. cap. j. cum ſimil. In quibus etiam tutum eſt hunc ordinem obſeruari. Sunt etiam quædam intimationes quę fieri debent papæ, in quibus non puto quod hic dicitur locum habere: vt ſuprà de præben. graue. verſi. metropolitani. de ſta. mo. cap. fin. verſi. quod ſi forſan. de cleri. ægro. cap. vnico. §. ſi autem. lib. vj. & in extrauag. Bonifac. ſancta Romana. & infra de hæret. nolentes. ad ſi. Ioan. Andr.

COnſtitutionem. } Conſueuit hic dicere do. Pet. quòd textus huius cle. eſt difficilior aliquo alio huius voluminis, adeò quòd nunquam legebat hanc decretalem & præcedentem quin ſibi darent laborem. Diuiditur autem in quinque partes, quia in prima declarat decre. vt circa. nõ habere

*ſario explicari, an per aliũ debeat actus neceſſariò expediri, ad quod vide quod not. in c. bonæ. j. de electio. P.*

*Veriſimilitudo inſpicitur.*

*a Idẽ doct. Fontanus.*

*b Sequitur Vank. Fõ. Appellationi ſuper beneficiis tribus temporibus præſcribitur.*

*c Vnde per hanc gl. dicit Vank. quòd appellatus appellatione non intimata et ignoto appellãte poteſt appellationẽ in curia p̄ſequi. Rot. in nouis deci. xl. inci. fuit dubitatum. & xliij. quæ inci. voluerunt. Dom. Fontanus.*

*Appellationis notitia quandoque eſt plena et certa.*

*d Glo. tenet Barb. quia vt dicit Barto. in l. non ſolũ. §. qui alieno. ff. de procu. amicus agit pro amico ſine mãdato. facit glo. in l. in teſtamento ff. de fidei c. liber. & amicus impetrat pro amico. gl. in ca. ad aures. & c. nõ nulli. de reſcrip. adde quæ dicit idẽ Bar. in l. cũ acutiſſimi. C. de fideicõ. Fontanus.*

*Appellatio nõ deuoluit ad curiam cauſas beneficiales niſi multa concurrãt.*

habere locum vbi exceptio quæ opponitur, directè ſeu principaliter concernit ius opponentis vel eccleſiæ. In ſecunda ibi, Cæterum, declarat in caſibus exceptis in decre. vt circa. non admittendum eum qui omiſit debitam ſpecificationem circunſtantiarum. In tertia ibi, Sanè, declarat appellationem factam in cauſa beneficiali, & eum qui proſequitur proprium intereſſe omiſſa forma decre. vt circa. alium volentem venire pro intereſſe communi, & non appellantem, non debere admitti contra appellatum in eadem cauſa proſequendo eoſdem articulos: licet poſsit aſsiſtere appellanti ne colludat, & proſequi ſuum intereſſe ſi illud prætendat. In quarta ibi, Inſuper, declarat appellantem non ſeruata forma debita decre. vt circa. non eſſe audiendum per viam querelæ regulariter, etiam ſi illa appellatione nollet vti. In quinta ibi, Illius, declarat omiſsionem formæ decre. vt circa. repellere probationem fiendam, & non vitiare iam factas. Io. de Imo.

a *Conſtitutionem.* Debetis ſcire quòd lib. vj. eodem titu. eſt vnum capitulum nuncupatum, vt circa. quod multum erat ab initio in ſe dubium: ſed Bonifacius illud capitulum ſuo tempore declarauit inquantum potuit: & illud declarauit per quatuor capitula: ideo ſi ſciatis iſtud capitulum, vos bene ſcietis quatuor vel quinque alia. Capitulum, vt circa. lib. vj. fuit declaratum à Bonifacio per cap. is qui circa. per cap. qui contra. per cap. procurator. & per cap. conſtitutio. lib. vj. Et iſta quatuor capitula hic nominata ſunt declaratiua illius decre. vt circa. ita quòd tempore Bonifacij nulla dubia noua emerſerunt ſuper illa decre. vt circa. quæ non declaraſſet: ſed eo mortuo dicta decre. ſeu cap. vt circa. aliqualiter adhuc fuit dubium, & reperta ſunt dubia: quare videns Clemens papa quòd Bonifa. tantum laborauerat ad declarandum illam decretalem, quæ adhuc poſt ipſum Bonifacium remanſerat dubia: ipſe Clemens voluit illam de dubijs nouiter emerſis declarare per iſtam conſtitutionem ſeu clementinam hîc poſitam. Et vt bene intelligatis iſtam clementinam, vos oportet ſcire quæ dicit cap. ſæpe nominatum, vt circa. & ſcire dubia quæ emerſerunt tempore Bonifacij, & etiam declarationes dubiorum: aliàs iſtam clementinam profunde non intelligetis: quare non admiremini ſi aliqualiter ſit prolixa: quia dum eam intelligetis, verbis breuioribus bene & ſubtilius eam redigetis. Capitulum, vt circa. iſta dicit quæ ſequuntur. Illi qui ſe opponunt contra electionem alicuius qui fuit electus ad aliquam dignitatem: vel qui ſe opponunt contra poſtulationem alicuius: quia aliquis fuit poſtulatus qui eligi non potuit: vel illi qui ſe opponunt contra prouiſionem alicuius cui ſit prouiſum de aliquo beneficio: tales ſe opponentes contra electionem, poſtulationem, vel prouiſionem, antequam recipiantur in oppoſitionibus ſuis, ipſi debent exprimere in libello ſeu inſtrumento publico omnia ea quę intendunt opponere contra perſonas eligentium: quia dicit perſonas eligentes non poſſe eligere: quia ſunt excommunicatæ vel ſuſpenſæ: ſecundum quòd dicitur in ca. cum inter. §. de conſue. vel ſecundum ca. cum dilectus. vel quia ſcienter elegerunt indignum, ſecundum c. cum in cunctis. Vel opponit contra eligentes: quia dicit quòd ſunt infames, quibus ſunt actus legitimi interdicti: & eligere eſt actus legitimus. ff. de re. iur. l. actus. Vel forſan opponit contra perſonam electi, dicendo & exprimendo electum eſſe illegitimum: ergo incapacem, vel dicendo excõmunicatum, vel dicendo infamem. Vel forſan opponit contra formam electionis, dicendo electionem non eſſe factam ſecundum formam decretalis, quia propter. Vel opponit contra formam poſtulationis: quia dicit quòd non eſt concors, vel ſaltem à duabus partibus celebrata: & hoc quando vnus eligitur, & alius poſtulatur: vt §. ca. ſcriptũ. in an. Et omnia iſta debet exprimere opponens in inſtrumento publico: & debent iurare opponẽtes quòd credunt ea quæ opponunt contra electionem, poſtulationem, vel prouiſionem, eſſe vera, & ſe poſſe probare. Si autem talia non exprimerent opponentes, ipſi vel eorum adhærentes non audiantur: niſi aliqua de nouo emergant vel proueniãt: ſeu ſuperueniat facultas probandi. Et opponentes debebunt iurare corporaliter, id eſt, ſacroſanctis euangelijs tactis: aliàs non ſatisfacient iſti conſtitutioni. & contra non probantes ea quæ obijciunt in perſonam vel in formam, intelligitur pœna ſtatuta in ca. ſtatuimus. §. e. & ſic habemus ea quæ dicuntur in c. vt circa. Nunc

A videamus qualiter illud ca. vt circa. fuit declaratum per ca. is qui. & certe ſic intelligitur: quia ille qui obijcit contra formam electionis, vel qui obijcit ſeu opponit contra perſonã, & præſtat iuramentum corporale. §. recitatum, quòd credit eſſe vera, & credit ſe poſſe probare ea quæ opponit: non eſt adhuc audiendus, quanuis talia exprimat: & non ſatisfacit conſtitutioni, vt circa. niſi determinate & non disiunctè iurauerit ſe credere ea quæ opponit, eſſe vera, dicendo: Ego ſcio quòd ille quem vos elegiſtis, eſt illegitimus & excommunicatus, quare electio veſtra eſt nulla. & non ſatisfaceret conſtitutioni ſi diceret opponens, credo vel ſcio, vel credo quòd talis electus eſt illegitimus vel excõmunicatus. Item B illa decretalis, vt circa. dicit quòd quando ego appello contra aliquam perſonam nominatam, puta contra Petrum, ne eligatur ad dignitatem aliquam: debeo obſeruare formam illius decreta. vt circa. quæ forma declaratur per illud ca. qui contra. videlicet quòd ego debeo inſcribere in inſtrumento authentico & publico ea quæ volo contra eum obijcere, ſic ac ſi eſſet iamque electus: quod non fuerat dictum formaliter in illa decretali, vt circa. ſed fuerat dictum virtualiter & intellectiue: vt declarat illa decre. qui contra. lib. vj. Si autem appellans vel opponens non ſic faciat, non valet eius appellatio interpoſita: nec etiam appellans audietur ſuper expreſſis in appellatione ſua. Et ſic habemus capitulum, vt circa. declaratum per duo ca. ſcilicet per c. is qui. & per c. qui contra. & per hoc poſſumus intelligere illa duo capitula & illa ſcire. Item c. procurator. declarat illud ca. vt circa. quia illud c. vt circa. dicit quòd appellantes ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, debent exprimere ea quæ volunt obijcere contra aliquem, in inſtrumento publico & authẽtico. & fuit declaratum per c. qui contra. Sed quæro an ille qui ſe vult opponere vel appellare ab electione, poſtulatione, vel prouiſione in perſonam vel in formam: an ipſe poſsit conſtituere C procuratorem ad appellandum contra poſtulationem, prouiſionem, vel electionem? Et ſi poſsit conſtituere: quæro qualiter debet conſtituere, & quando ſit idoneus procurator? Reſpondet papa in illo ca. procurator. Procurator non reputetur decætero idoneus ad appellandum contra electionem, poſtulationem, aut ꝓuiſionem, quàm ſi, id eſt niſi omnia ſint ſpecialiter expreſſa quę vult obijcere in formam vel in perſonam, in procuratorio eius: & niſi habeat ſpeciale mandatum corporaliter iurandi in animas eorum quorum ipſe exiſtit procurator. Et iurabit in animas dominorum ſuorum, quòd ipſi credunt expreſſa in procuratorio quod ſibi miſerunt, vera eſſe. Et per hoc habes c. vt circa. declaratum in hoc quòd loquitur de conſtitutione procuratoris per c. procurator. lib. vj. & per conſequens habes illud c. procurator. declaratum. Reſtat finaliter ca. vt circa. declarare per c. conſtitutio lib. vj. eod. titu. & poſtea accipiemus noſtram clementinam, & facillimè eam intelligemus. Nos vidimus quam formam debent habere appellantes ab electionibus, poſtulationibus & prouiſionibus. Sed quæro: mihi videtur quòd vidi vnum ca. de appellationibus, nuncupatum, vt debitus honor. quod dat formam qualiter debemus appellare. D Item vidi ca. cordi. lib. vj. eod. titu. quod cap. dat formam appellandi. Et vidi ca. j. ȷ. eod. quod dat etiam formam appellationis: ergo mihi videtur quòd iſtud cap. vt circa. ſit ſuperfluum. Dicit papa: Amice non turberis propter diuerſitatem multorum capitulorum: quia capitula quæ allegas contra iſtud ca. vt circa. intelliguntur quando contingit appellari in iudicio. Illud verò ca. vt circa. intelligitur quando appellatur extra iudicium. Ideo dicit ca. illud, conſtituti. in textu formaliter: Conſtitutio felicis recordationis prædeceſſoris noſtri Gregorij papæ edita, id eſt facta & compilata in concilio Lugdunenſi, exprimens, id eſt declarans formam ſecundum quam debeat appellari ab his qui ſe opponunt electionibus, poſtulationibus, ac prouiſionibus: talis conſtitutio non vendicat ſibi locum, id eſt non habet locum nec intelligitur niſi cum, id eſt quando ſolùm appellatur extra iudicium. Quando vero contingit appellari in huiuſmodi negotijs, ſcilicet quando appellatur contra electionem, poſtulationem, vel prouiſionem: quia quandoque contingit appellari in huiuſmodi negotijs. & in iudicio, oportet iura anteriora obſeruari: ſcilicet ca. vt debitus. de appella. & cap. cordi. lib. vj. cum talia iura per illam conſtitutionem, vt circa. non fuerint immutata. Et hæc ſufficiant pro præſuppoſitione.

## Idem.

*Decretalis, vt circa. locum non habet cum appellans ius ſuum vel eccleſiæ directè proſequitur: ſed cum in formam vel perſonas opponit crimina vel defectus: quorum circonſtantias ſi non ſpecificat, ſuper illis non auditur etiam ſi iuret illas didiciſſe de nouo. Nec etiam in eadem cauſa ſuper illis auditur alius non appellans & proſequens commune non propriũ intereſſe: poteſt tamen aſſiſtere appellanti. Appellans qui non ſeruat formam, etiam ſi appellationi renunciat, per viam querelæ non proſequitur obiecta, nec etiam alia: niſi in caſibus exceptis. Omiſſio formæ licet appellantem à probatione repellat, non tamen infirmat probationem ſuper his legitime factam aduerſarij confeſſione vel aliter. h. d. Ioan. Andr.*

## CAPITVLVM IIII.

Conſtitutionem. a



tione. Or accedamus ad caſum noſtræ Clementinæ, quæ etiam tendit ad declarationem dicti capituli, vt circa. de dubijs emergentibus poſt obitum Bonifacij. Et dicit quòd illud ca. vt circa. non habet locum quando ea quæ opponuntur, directè reſpiciunt ius eccleſię, vel ius perſonæ opponentis: ſed tantum habet locum vbi crimina vel defectus opponuntur per quemlibet competitorem appellantem, vel oppoſitorem in formam vel perſonas, id eſt contra formam electionis, vel contra perſonas electas. Et ſum in verſic. cæterum. Et pone quòd appellans quando interponit appellationem ſuam contra electum vel contra formam electionis, quòd ipſe omittit debitam ſpecificationem circunſtantiarum vel defectus. Quæro, ſi poſtea in proſecutione negotij velit ſpecificare circunſtantias criminis vel defectus: an ſit audiendus? Reſpondet quòd non: quanuis aſſerat dictas circunſtantias de nouo ad ſe perueniſſe. Sed antequam procedam ad declarationem verſiculi ſequentis, volo declarare aliqua verba ſupra poſita. Et quæro, quid hoc eſt dictu quod dicit: hæc decretalis, vt circa. non habet locum quando ea quæ opponuntur, reſpiciunt directè ius eccleſiæ vel ius opponentis? Ad hoc reſpondeo, quòd quando capitulum eligit aliquem ad aliquam dignitatem, & non aduocauit epiſcopum vt veniat ad electionem: & epiſcopus ſe opponit tali B electioni, dicendo quòd de iure eccleſiæ eſt quòd epiſcopus vocetur ad electionem talis dignitatis. Vel ſic, quòd eccleſia habet ius quòd eligatur aliquis de gremio ipſius: & ſi aliquis non exiſtens de gremio fuerit electus: ille qui ſe opponit tali electioni, dicendo quòd electus non eſt de gremio eccleſiæ: talis opponit ea quæ reſpiciunt ius eccleſiæ: & in tali oppoſitione non ſeruatur forma illius decre. vt circa. vel ſicut dicit glo. in verbo eccleſiæ: quòd ſi eccleſia vel prælatus nomine ipſius ſe opponit, puta dicendo hoc eſſe de iure eccleſiæ, quòd alius abbas alicuius monaſterij habéat vocem in capitulo: vel alius habeat vocem in electione: tunc illud reſpicit ius eccleſiæ: vt §. eodem in anti. cap. ſcriptum. & ca. conſtitutis. & ca. Cumana. & de cauſa poſſeſsionis, cum eccleſia. ideo pro hoc videas gloſ. iſtius clementinæ. Similiter illa verba quæ reſpiciunt ius opponentis, hoc volunt dicere: puta quia aliquis quando videt quòd volunt canonici aliquem eligere ad aliquam dignitatem, cuius dignitatis collatio ad ipſum pertinet: tunc talis ſe opponit, dicendo non poteſtis eligere: quia ego ſolus habeo ius eligendi: & ſi contingat vos eligere, tali electioni faciendæ me C oppono. vel fortaſsis opponit ſe electioni iam factæ de Petro: quia cum ipſe eſſet de electoribus, ipſe fuit contemptus & neglectus. vel forte aliquis opponit ea quæ reſpiciunt ius ſuum, dicendo: Ego fui legitime electus: quare non procedatis ad aliam electionem: alias electioni me oppono. His & ſimilibus caſibus non eſt neceſſe obſeruare conſtitutionem, vt circa. Item in hoc quod dicit, quòd opponens crimina non debet dimittere quin dicat circunſtantias criminis contra perſonam contra quam opponit: nec debet omittere ſpecificationem circunſtantiarum. Quæro, quid hoc eſt dictu? Reſpondeo quòd ſi opponens contra perſonam dicens eam homicidam, nil aliud dicat, talis non dicit niſi crimen: & non dicit circunſtantias. Item ſi opponens dicat: ille quem vos vultis eligere, vel ille quem iam elegiſtis, eſt periurus: non ſatis dicit, ſed debet dicere: talis eſt homicida, & talem interfecit in tali loco in præſentia talium. Item ſi dicat eum eſſe periurum, debet dicere: talis eſt periurus: quia in tali cauſa tulit teſtimonium: & iurauit ea quę dicebat eſſe vera: poſtea fuit approbatum contrarium, & fuit reprobatus tanquam periurus in tali foro coram tali iudice in præſentia talium, vt patet per acta grapharij illius curiæ. Et ſum in verſiculo, ſane. Et pone quòd aliquis cuius D intererat, puta canonicus illius eccleſiæ vel patronus, appellauit ab electione, poſtulatione, vel prouiſione: quia opponit crimina vel defectus contra electum: & non ſeruauit formam decretalis, vt circa. quia illa quæ vult opponere contra electum, non expreſsit in ſuo libello: vel ſi illa expreſsit, non iurauit corporaliter ſacroſanctis euangelijs tactis: vel econtra ſi iurauit corporaliter, nõ expreſsit ea quæ vult obijcere in libello vel in inſtrumento authentico: tamen non obſtante quòd non obſeruauit formam dictæ conſtitutionis, ipſe ſemper proſequitur ſuam appellationem: quia quo ad aliqua bene obſeruauit formam conſtitutionis, vt circa. quo ad alia non obſeruauit: & ſic quo ad illa in quibus obſeruauit conſtitutionem, vt circa. poteſt proſequi appellationem ſuam. Et dum proſequeretur ſuam appellationem, venit quidam alius qui non appellabat ab electione, nec appellabat contra perſonam electam, qui voluit admitti, id eſt recipi in eadem cauſa principaliter: quia dicebat habere commune intereſſe, ſicut ille qui appellauerat ſi talis eligeretur, quia homicida vel illegitimus: quare volebat admitti ad eandem cauſam ſicut ille qui appellauerat: quanuis ipſe non appellaret: & volebat admitti in cauſa contra electum non

A tanquam adhærens cum appellante: ſed volebat admitti vt principalis. quæritur, an talis bene dicat? Dicit quod nõ debet admitti pro intereſſe communi, etiam proſequendo eoſdem articulos quos proſequebatur appellans: tamen poterit aſsiſtere appellanti ne ipſe colludat, id eſt ne ipſe fraudem committat cum illo contra quem appellauit. Sed quæro vltra pater ſancte: ego pono ꝙ iſte ſuperueniẽs habet aliquod intereſſe particulare ſi talis eligatur: vult admitti ad cauſam: an poſsit? Dicit ꝙ ſic: nam perſecutionem proprij intereſſe non denegamus. Et ſum in verſi. Inſuper. & pone quòd ille appellans ab electione, poſtulatione, vel prouiſione: videns ꝙ melius conſequeretur, ſi ageret per viam ſimplicis querelæ, illud quod intendit, quàm faceret per ſuam appellationẽ. Quid fecit? certè ipſe qui appellauerat hoc fecit: quia ipſe egit contra eum contra quẽ appellauerat, & deſerebat ſuam appellationem. Vel forſan econtra: quia appellatus egit contra eum, quid facit iſte qui appellauit & deſeruit appellationem, & agit per viam ſimplicis querelæ? ipſe vult vti ſuis obiectionibus tam expreſsis quàm non expreſsis in ipſa appellatione ſua quam interpoſuerat, an poſsit? Reſpondetur ꝙ ipſe debet repelli ab obiectionibus expreſsis in appellatione ſua & alijs non expreſsis, ſi non ſeruauit formam dictæ B conſtitutionis, vt circa. puta quia non iurauit: & ille qui non iurauit corporaliter, non auditur niſi ſuper obiectionibus expreſsis, præterquam in caſibus in conſtitutione præmiſſa exceptis: videlicet quando ille qui appellauit, non ſeruauit formam conſtitutionis, vt circa. auditur ſuper nouiter emergentibus: vel ad ſuam notitiam de nouo peruenientibus: vel ſuper illis quibus ſuperuenit probandi facultas: quia in iſtis caſibus ipſe non excludetur, ſi agat per viam ſimplicis querelæ: quamuis non obſeruauerit formam conſtitutionis, vt circa, quando interpoſuit appellationem quam deſerit. Et ſum ibi, Etiam ſi appellationem ſuam non proſequatur. Et miror de eo quod dicis, quòd appellans volens deſerere, id eſt dimittere appellationem ſuam, & agere per viam ſimplicis querelæ, ꝙ non poterit ſe iuuare de obiectionibus ſuis expreſsis, niſi obſeruauerit formam dictæ conſtitutionis: & dicitis maxime de non expreſsis, niſi obſeruauerit formam illius conſtitutionis: quæ forma tenet ꝙ iuret corporaliter: quia ſi non iurauerit, non auditur niſi ſuper expreſsis. Sed pono caſum, ꝙ ipſe appellans non vult illam appellationem ſuam proſequi: imò vult illi appellationi renuntiare: vel non vult illam appellationem exhibere, id eſt monſtrare ſeu C oſtendere: imò aſſerit ſe nolle vti tali appellatione: & quanuis faciat fidem coram iudice, ꝙ ſi ipſe monſtraret ſuam appellationem, quod ipſe pararet arma contra ſe: quia per ipſum eſt quæſitum ius aduerſario: puta quia expreſsit aliqua in appellatione contra electum quæ non poſſet probare: & ſic reus poſſet abſoluit: tamen his non obſtantibus non poterit agere per viam ſimplicis querelæ, ſic ꝙ poſsit opponere ea quæ obiecit in appellatione. Item dicit vltra ꝙ quanuis omiſsio illius conſtitutionis repellat appellãtem contra formam electionis: vel contra perſonas eligentium: vel contra perſonam electi ab obiectionibus propoſitis vel proponendis: & quamuis illum repellat à probatione facienda: tamen omiſsio formæ illius conſtitutionis non infirmat nec inualidat probationem iam factam per confeſsionem aduerſarij. hoc dicit. Totum iſtud ca. eſt ſatis obſcurum: ſed pro Deo penſetis ad caſum & ad aliquas gloſſas. Ordinetis: Nos Clemens decernimus conſtitutionem ſeu decretalem, vt circa. editam, id eſt factam ſeu compilatam in concilio Lugdunenſi, id eſt dum concilium Lugdunenſe celebrabatur, locum non habere quando ea, id eſt quando illa quæ opponuntur, ſcilicet ab appellante ab electione, poſtulatione, ſeu prouiſione, reſpiciunt directe ius perſonæ opponentis, ſicut de- D claraui: vel quando reſpiciunt ius eccleſiæ: vt etiam dixi in caſu vel præſuppoſitione. Sed decernimus illam conſtitutionem, vt circa. lib. vj. tantùm habere locum vbi crimina vel defectus opponuntur per competitorem, id eſt illum qui appellat, & petit eligi, appellando ne alius eligatur: vel appellando ab electione iam facta vt ipſa caſſetur: vel per oppoſitorem vel quemlibet alium appellantem in formam vel in perſonam. Et dic vbi crimina opponuntur, ſcilicet contra perſonam electam, vel defectus contra formam electionis. Cæterum pro ſed: ſed cum prædictus appellans circa crimina vel defectus: omittit. i. dimittit debitam ſpecificationem cauſarum: ſicut declaraui. ſupra poſtmodũ in proſecutione negotij: hoc eſt in proſecutione oppoſitionis vel appellationis, non eſt audiendus ſuper his. ſ. ſuper quibus omiſit debitam ſpecificationem cauſarum: etiam. i. quãuis: aſſerat. i. affirmet per iuramentũ huiuſmodi circunſtantias vel probationes perueniſſe ad ſe de nouo. Sanè pro ſed vel pro certe: ſiquis cuius intereſt, puta canonicus eiuſdem eccleſiæ duxerit appellandum ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, opponẽdo crimina vel defectus: omiſſa, id eſt dimiſſa, & nõ ſeruata forma dictæ conſtitutionis, vt circa. eodẽ ſcilicet

*Ordo litteræ.*

licet appellante poſtmodum huiuſmodi appellationē proſequente, alius ſcilicet nouus ſuperueniens non appellans, nō debet admitti in eadem cauſa principaliter pro communi intereſſe, proſequēdo eoſdem articulos contra appellatum, quos articulos appellans, ſuppleo proſequitur: licet, id eſt quamuis poſſit aſſiſtere appellanti ne colludat. ꝓpter hoc tamē quod dicimus, ſed ei ſcilicet nouiter venienti non denegam⁹ proſecutionem proprij intereſſe. Inſuper ſi appellans ab electione, poſtulatione, vel ꝓuiſione, agat cauſam per viam ſimplicis querelæ, vel defendat eam ſcilicet cauſam appellato agēte, repellitur ab obiectionibus expreſſis

*† Hic not. Cardi. quod lex aut capitulū allegādum eſt per ſuum principiū. Fontanus.*

*† No. differentiā inter competitorem et oppoſitorem. & quis ſit competitor, dic vt in gl. eiuſdem. oppoſitor autem eſt quādo electus eſt vnicus, vt lit. pen. ca. 1. & 2. libro 6. Zabarel.*

vt circa [a] †. editam in concilio Lugdunenſi, locum decernimus non habere quando quæ opponuntur, directè [b] reſpiciunt ius eccleſiæ [c] vel opponentis [d] perſonæ, ſed [e] tantum vbi per competitorem [f] † vel oppoſitorem quēlibet appellantem [g] in formam aut perſonas [h] defectus [i] vel crimina opponuntur.[k]

Cæterū cum circa crimina vel defectus debitā circūſtantiarū [l] ſpecificationē prędict⁹ omittit appellās, nō eſt poſtmodū in ꝓſecutione negotij ſuper his [m] audiendus, etiam ſi circūſtantias huiuſmodi vel ꝓbationes earū per iuramentū aſſerat ad ſe perueniſſe de nouo.[n] Sanè [o] ſiquis cuius intereſt, [p] ab electione, poſtulatione, vel ꝓuiſione [q] duxerit appellandū, opponēdo crimi-

in appellatione ſua, & repellitur in alijs, id eſt ab alijs obiectionibus ſcilicet non expreſſis, niſi conſtiterit ipſum ſeruaſſe formam prædictā, vt circa. Et dic prædictam formam, ſcilicet iurando, quia aliàs nō audiretur. & ſi ſeruauerit prædictam formam ſcilicet iurando, auditur ſuper non expreſſis, præterquam in caſibus exceptis in conſtitutione præmiſſa, quia in illis non tenetur ſeruare formam illius conſtitutionis, etiam ſi non proſequatur appellationem ſuam, nec illam exhibeat, id eſt oſtendat, & aſſerat, id eſt affirmet ſe nolle vti illa, dum tamen fides fiat ab eo ſcilicet ab appellante, quia per ipſam appellationem quæſitum eſt ius aduerſario ſuo repellendi eundē appellantem per ipſam appellationem. licet, id eſt quamuis omiſſio formæ iſtius conſtitutionis repellat appellantem ab obiectionibus propoſitis vel proponendis, & earum probatione facienda in formam electionis, vel in perſonas eligentium, vel in perſonam electi: tamen illa omiſſio formæ conſtitutionis, vt circa. non infirmat probationem factam per confeſſionem aduerſarij, vel aliàs factam legitimè.

Gloſſa ſequens dicit quid approbet, vel declaret.

Conſtitutionem, licet Bonifacius aliqua declarauerit de quibus ſuo tempore dubitabatur circa decret. vt circa. vt ſupra eodem is qui contra &. ca. procurator. &. ca. conſtitutio. lib. vj. poſt eum tamen noua dubia emerſerunt, quæ Clemens hac ſua conſtitutione declarat. Aliquas opiniones determinat, de quibus dicam per partes. Et primò approbat quod obſcurè not. Archi. in decret. vt circa. dicens ibi quòd electus non tenebatur ſeruare illam conſtitutionem, ſed ſatis erat quòd in ſua appellatione ſeruaret antiqua iura. Ioan. Andreæ.

a *Vt circa.* §. eod. lib. vj. & ita reſtringas hanc declarationem ad illam decret. nam decre. j. & decre. cupientes. eod. titu. & lib. non contingit hæc declaratio. Nam illæ locum habent etiam ſi non appelletur propter crimina vel defectus, ſed propter intereſſe proprium appellantis. nec mireris, nam illæ arctant ad veniendum vel mittendum intra certa tempora: decret. vt circa. ad exprimendum & iurandum.

b *Directè.* ſemper enim ſecundariò vel indirectè contingit eccleſiam.

Gloſſa ſequens dupliciter exponit vel reſtringit, exprimens quare.

c *Eccleſiæ.* poſſet coniungi & non coniungi verbum opponentis, quod ſequitur: & hoc intendit, quòd ſi eccleſia vel prælatus ipſius nomine ſe opponit, puta dicendo hoc eſſe de iure eccleſiæ [a] illius quòd vocem habeat in electione. §. eodem ſcriptum. &. ca. conſtituti. &. cap. Cumana. de cauſa poſ. cum eccleſia. vel quod de ipſius gremio debeat elegi, vel quòd ad eam ſpectat prouiſio. de conſue. cum dilectus. de reſti. in inte. ca. ij. de verb. ſig. abbate. non erit locus formæ, decret. vt circa. Idem ſi loquitur de eccleſia ad quam facta eſt electio, poſtulatio, vel prouiſio, vt quia dicuntur facta prædicta contra priuilegia ipſius eccleſiæ. ſupra de elect. conſiderauimus. vel opponitur de numero [b]. §. de reſcript. conſtitutus.

*a Exceptiones quæ opponūtur in cauſis beneficialib⁹, interdū cōcernunt ius eccleſiæ, vt hic exemplificat glo. cū qua con cor. Gulie l. Pau. et Gē. interdum exemptiones concernunt ius oppon entis, et exemplifica vt in gl. ſe. Interdū cōcernūt formā, interdū perſonā cōtra quā crimina opponūtur. Circa iſtos obiect⁹ in formā vel perſonā quærit. d. glo. ſe. de dubitabili quæſtione quam vide. Petr.*

*b Quia receptus eſt per reſcriptum apoſtolicū contra numerū nō facta mentione de numero. Imo. Font.*

Gloſſa ſequens declarat, quærit, arguit negatiuè, & contrarium ſoluit.

d *Opponentis.* vt quia dicit beneficium ad ſe ſpectare, vel ſibi debitum, vel quod ipſe habet prouidere forte iure ad ipſum ſolum deuoluto, vel quòd fuit contemptus, vel quia eſt canonicè electus. his & ſimilibus caſibus in appellatione non eſt neceſſe ſeruare conſtitutionem, vt circa. Percepi dubitatum in curia in hoc caſu. ſcripſerat papa mihi prouideri de beneficio in certa diœceſi quod non excedat valorem. 50. florenorum, vel ſi de loco ſim oriundus. pro Titio ſcripſit ſimpliciter ſecundò, quòd ſibi prouideretur in eadem diœceſi de vacanti vel primo vacaturo. poſt hoc vacante beneficio in diœceſi, facio mihi per meum executorem illud conferri. Titius etiam facit ſibi idem beneficium per ſuos executores conferri, & appellat à prouiſione mihi facta, & proceſſibus executorum meorum, dicens quòd beneficium excedat ſummam taxatam, vel quòd non ſum de diœceſi oriundus. dubitabatur an decret. vt circa. in appellatione ſeruari debuerit? Videtur quòd non per hoc principium, quaſi appellatio fundetur ſuper iure appellantis, non ſuper defectibus vel criminibus. Contrarium videtur, quia vtroque caſu opponitur contra formam prouiſionis, & non ſolùm contra electionem, circa quam ſtatutæ ſunt formæ concilij, quia propter. eodem titu. ſed etiam contra prouiſionem cadit obiectus in formam, vt patet in litera ipſius decret. vt circa. Item ſecundus obiectus ſatis eſt in perſonam vt defectiua dicatur ex loco originis quo ad illud beneficium: & licet illud procedat à reſcripto, ſatis tamen conuenit iuri communi. facit quod not. de reſcrip. ſi proponente. in gloſ. ſi.

e *Sed.* repete, decernimus locum habere tantum &c.

f *Competitorem.* eiuſdem dignitatis, vel beneficij cuiuſcunque, & coniunge appellantem. quod ſequitur.

g *Appellantem.* non dicit ad ſedem apoſtolicam, vel ad nos, vt ſupra ca. proxi. quod facit pro opinione quam tenui in decret. vt circa. in gloſ. ad papam. tamen certum eſt quòd ſolum in extraiudicialibus appellationibus hoc locum habet. ſupra eodem. conſtitutio. lib. vj.

h *Perſonas.* eligentium vel electi, prouidentium vel prouiſi, poſtulantium vel poſtulati, ideo vtitur plurali. ad hoc infra. §. fin. & quæ poſſunt in his opponi, notaui in decret. vt circa.

i *Defectus.* reſpicit formam & perſonas: ſed quod ſequitur, crimina, reſpicit perſonas.

k *Opponuntur.* ſatis notabant hæc verba iſtius conſtitutionis, ibi dum dicebatur, ſe opponunt proponēdo aliqua &c. vtiliſſimum tamen fuit hoc declarari.

l *Circunſtantiarum.* approbat hæc litera quod not. in decret. vt circa. in gloſſ. quid ergo. & in decret. procurator. eodem titu. libr. vj. ſcilicet quòd non ſufficiat opponere periurium vel homicidium niſi fiat illorum expreſſio, ſic & alibi debent exprimi circunſtantiæ. de cleri. ægro. capit. vnico. lib. vj.

m *Super his.* ſcilicet ſuper quibus omiſit debitam ſpecificationem, ac ſi dicatur quòd ſi quædam plenè ſpecificauit, quædam non, & legitimè iurauit, ſuper ſpecificatis audietur, ſuper alijs non, etiam ſi vult iurare quòd circunſtantias ſeu probationes ipſarum de nouo percepit, vt ſequitur.

Gloſſa ſequens obijcit, ſoluit, & notat.

n *De nouo.* videbatur contrarium per decret. vt circa. vbi ſuper non oppoſitis auditur appellans cum iuramēto, quòd illa de nouo peruenerint ad ipſius nōtitiam. ergo idem videbatur de circunſtantijs non ſufficienter expreſſis. ſed contrarium hic determinatur, quia ibi non oppono quòd ignoro vel quòd ſcio, ſed non credo me poſſe probare, hic nullum vitium eſt. iuſtum eſt ergo vt poſtmodum admittat cum iuramento, vt ibi. ſed vbi oppono & circunſtantias non exprimo, hic vitium eſt, quia non debitè oppono. Item quia non videtur iuramentum poſſe defendi quo iuraui me credere poſſe probare, ex quo nunc dico me nouiter circunſtantias vel probationes percepiſſe. ergo merito hic aliud quàm ibi. Et ſic nota quod dicere ſoleo de confirma. vti. vel inuti. bonæ. quòd interdum expedientius eſt in totum veritatem tacere, quàm non perfectè dicere. Ioannes Andreæ.

o *Sanè.* determinat aliqualiter not. per Compoſt. ſupra eodem. ca. j. lib. vj. in gloſſ. vnde merito. ver. ſed ad quid admittetur.

p *Intereſt.* de hoc intereſſe notatur in decret. vt circa.

q *Prouiſione.* facta vel facienda. quod dic vt ſupra eodem qui contra certam. lib. vj.

Forma.



a *Forma.* ſpecificationis, de qua præmiſit.

b *Omiſſa.* in quibuſdam.

c *Eadem.* ſcilicet appellante, & idem in adhærente, per decret. vt circa. ver. alioquin.

d *Proſequente.* quo ad illa in quibus ſeruauit conſtitutionē, vel in quibus conſtitutio non arctabat, vt ſupra. j. reſpon. Certum eſt enim, quòd ſi aliqua ſufficienter expreſſit, aliqua nō, quo ad expreſſa tenet appellatio, dummodo in alijs conſtitutionem ſeruauerit.

e *Non appellans.* nec etiam adhærens, vt ſit fortius dubium. Sed litera ſequens quæ dicit quòd poteſt aſſiſtere, videtur contraria, ſed illud propter intereſſe.

Gloſſa ſequens arguit à contrario, determinat, & quæſtionem ſoluit.

na vel defectus, forma [a] dictæ cōſtitutionis omiſſa: [b] eodē [c] poſtmodum appellationē huiuſmodi proſequente, [d] alius ſuperueniens non appellans [e] contra appellatum in eadem cauſa [f] principaliter admitti non debet pro intereſſe communi [g] eoſdem articulos [h] proſequendo, licet appellanti poſſit aſſiſtere ne colludat: [i] non tamen ei propter hoc proſecutionem proprij [k] intereſſe denegamus. Inſuper [l] ſi appellans [m] ab electione, poſtulatione, vel prouiſione per viam querelæ ſimplicis [n] cauſam agat, [o] vel eam appellato agēte defendat, repellitur [p] ab obiectibus in appellatione † ſua expreſſis, [q] & alijs, [r] niſi conſtiterit ipſum formam ſeruaſſe prædictam, prȩterquam [s] in caſibus in conſtitutione præmiſſa exceptis, etiam ſi appellationem ſuam non proſequatur nec exhibeat, & illa ſe aſſerat nolle vti, [t] dum tamen de ipſa [u] coram iudice [x] fiat

f *Eadem cauſa.* ergo in alia poterit. hoc verum per viā actionis, etſi non ſuit de adhærentibus, vt dicam. j. proxi. §. Et ſi dicas, quid proficit hæc appellatio? Dic quòd multum, quia ſuccumbet appellans in inſtantia, & punietur in expenſis & pœnis decre. j. §. eo. li. vj. & fiet executio contra ipſum. Item forſan ille tertius poſtea non aget, vel agens ex aliquo capite forſan repelletur. Ioan. And.

g *Communi.* ſcilicet quando & in his proſequitur ius vel intereſſe eccleſiæ, vel commune ſui & appellantis, vt cum dicitur criminoſus is qui eſt elect⁹ vel prouiſus, vel defectuoſus, vel electio vel prouiſio facta per eum qui non potuit propter crimina vel defectus, vel facta prouiſio per literas ſurreptitias, vel his ſimilia.

Gloſſa ſequens oſtendit in quo ampliat, obijcit, iuſtificat, & obiectioni reſpondet.

h *Articulos.* ſ. non ſpecificatos, & hoc voluit ver. alioquin, in decret. vt circa. quo ad appellantem & adhȩrentes, ſed iſta latius loquitur. Et licet prima facie videretur iniquum, quòd vnus proſequi non poſſit id à quo repellitur alter propter ineptitudinem propoſitionis vel defectum proponentis. facit. ij. quæſt. j. prohibentur. x. quęſt. vlt. libellorum. in ſi. ſupra de accu. veniens. ff. de accu. l. hi tamen. in ſi. &. l. iiij. in ſi. vbi no. de accuſatore repulſo propter ineptitudinem libelli. & bene facit. ff. de adult. ſi maritus. ij. in ſi. & de libe. ho. exhi. l. iij. §. hoc interdictum. Item licet graue videatur, quod negligentia vel culpa vnius malè exprimentis noceat eccleſiæ & omnibus alijs habentibus æquale intereſſe. de reg. iuris delictum. & regula, non debet aliquis. lib. vj. tamen fateri oportet hoc æquum, quia aliàs inutilis fuiſſet quo ad hoc & deriſoria prouiſio decreta. vt circa. ſi appellans poſſit ſubmittere pædagogum qui ſibi aſſiſtens in eadem cauſa vt dicit textus, clarè formaret & exprimeret per eum malè formata, & inſufficienter expreſſa. Ad contraria reſpondetur ꝙ loquuntur in alia cauſa vel inſtantia. Item imputet ſibi qui à principio non appellauit. Item quia via nullitatis illi non deficit, de appel. concertationi. lib. vj. & proſecutio proprij intereſſe, vt ſequitur.

i *Ne colludat.* ſcilicet ſuper expreſſis in quibus fuit forma ſeruata. & eſt ſi. de procur. cap. ij. in ſi. lib. vj. Et quòd proſit ſic adeſſe, ibi not. in vlti. glo. &. ff. de inoffic. teſt. ſi ſuſpecta.

Gloſſa ſequens duas lecturas ponit & notat.

k *Proprij.* ſi dicat propter quod etiam fuit appellatum, planum eſt etiam ſi non fuerit forma ſeruata, vt in. j. reſpon. Vel intelligitur de proſecutione quam facit per querelam. Et nota quòd etiā publica vel popularis actio habet etiam quandoque priuatum intereſſe. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. ſi ad plures. de procur. licet in popularibus. in prin. cum ſuis concor.

Gloſſa ſequens duo euidentialia proſequitur.

l *Inſuper.* ad huius. §. intellectum & præcedentis & ſequentis etiam, ſcire debes quod Compoſt. not. ſupra eodem ca. j. lib. vj. in glo. qualiter vtraque. quod lapſis temporibus illius decre. prima pars appellans quæ intra tempora illius decre. non fuit appellationem proſecuta, poteſt electionem vel prouiſionem impugnare per modum querelę ex eiſdem cauſis ex quibus appellauit, vel ex alijs, quia tempus illius conſtitutionis non ſtatuitur, vt poſt illud ſuper illis vel alijs non audiatur appellans, ſicut dicitur in iudicialibus appellationibus. de appel. cum ſit Romana. & ſicut dicitur in decret. cupientes. & vide quod ibi not. in. §. ſi verò. in gloſ. intra idē. ſed ſtatuitur ad hoc vt poſt illud tempus procedi poſſit partis abſentia non obſtante. Item ſcias quòd forma decret. vt circa. quo ad illa obiecta in quibus requiritur ipſa forma, duplex eſt. vna, ꝙ in appellatione omnia & ſingula exprimantur in inſtrumento publico ſeu literis &c. Secunda, quod ſuper obiectis debito modo iuretur. Si prima forma ſeruetur, ſed ſecunda non, quia non iuratur, vel non debito modo, non auditur appellans etiam ſuper expreſſis. ſupra eodem titu. is qui. lib. vj. Si verò ſeruetur forma ſecunda, quia debito modo iuratur, ſed nō prima, quia non debito modo exprimitur, tunc aut nihil exprimitur, aut aliquid exprimitur debito modo, aliquid non. primo caſu non auditur appellans, niſi in caſibus exceptis in decreta. vt circa. in. §. niſi. in ſi. Secundo caſu auditur ſuper expreſſis. Item in prædictis caſibus exceptis, ſed ſuper obiectis non ſpecificatis non, etiam ſi velit iurare quod circunſtantias de nouo percepit, vt. §. ij. reſponſo. hæc vera quo ad illa obiecta in quibus forma requiritur, & arctat conſtitutio. Si verò propter aliqua appellat in quibus arctat conſtitutio, & propter aliqua in quibus non arctat, vt. ſupra j. reſponſo: tunc licet neutra forma ſeruetur, auditur appellans illa proſequens quæ conſtitutio non reſpicit. His viſis proſequor literam.

*† Eſt hic ſingularis limitatio ad c. examinata. de iud. ad hoc ꝙ per ineptitudinē inſtantiæ ex calumnia præſumpta, non ſolùm excluditur quis ab inſtātia ſed à meritis cauſæ, ita quòd omiſſa inſtātia non ritè inchoata non poteſt quis deducere in alia ritè inchoata id quod in prima ineptè deduxit. Imo. Fontanus.*

m *Appellans.* vel adhærens, quia de vtroque loquitur decret. vt circa. ver. alioquin. Alter ergo qui nec appellans eſſet nec adhærens, bene admitteretur, cum eſſet in eo ratio poſita in fine huius. §.

Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.

n *Querelæ ſimplicis.* nunquid ergo reprobatur opin. Cōpoſt. de qua dixi in prin. huius partis? Dic quòd non. ipſe enim non fuit locutus de pœna decre. vt circa. quam etiam non vidit, ſed de pœna decre. primæ, quæ hoc ſolùm habet, quòd poſt tempus ibi ſtatutum proceditur in partis abſentia. Sed decret. vt circa. imponit pœnam non ſeruanti formam in iurando, quòd non auditur etiam ſuper expreſſis, non ſeruanti in exprimendo quòd non poteſt obijcere non expreſſa. ſimpliciter ergo in pœnam ab obijciendo repulſus, nec per viam querelæ poſſit obijcere. & hoc vult iſte §. ſed punitur ſolum in proceſſu fiendo in eius abſentia, & per appellationem proſequi poteſt obiecta in eo ſtatu in quo cauſam inuenit, ergo & per querelam. & ſic verum eſt dictum Compoſt. cum ergo diuerſæ ſint culpæ, non mirum ſi diuerſæ ſint pœnæ. & eſt ſi. quod no. §. eo. Cumana. in vlti. gloſ.

o *Agat,* facit de appel. concertationi. lib. vj. & quod no. poſt Innoc. & Hoſtien. de appel. dilecto.

p *Repellitur.* inſtante appellato, vt dicam in ſi. huius partis.

q *Expreſſis.* ſi intelligas ſingulariter & clarè, tunc exponas quod ſequitur formam ſeruaſſe prædictam, ſcilicet in iurando. cum enim non iurans non audiatur, etiam ſuper expreſſis per viam appellationis, ergo nec per viā querelæ. de reg. iur. cum quid. libr. vj.

r *Alijs.* non expreſſis.

ſ *Præterquam.* excipit à verbo, alijs. & eſt ſenſus, appellans qui formam non ſeruauit in exprimendo, auditur ſuper nouiter emergentibus, vel ad notitiam peruenientibus, vel ſuper quibus ſuperuenit probandi facultas. illis ergo caſibus non excludetur etiam per viam querelæ.

t *Nolle vti.* Videns enim appellans quod formam non ſeruauerat, de conſilio aduocati celat appellationem, vel dicit quòd illa non vult vti, vt cauſam per viam querelæ proſequi poſſit. Et facit hæc litera ad quæſtionem, an inuito impetrante is contra quem impetratum eſt, poſſit vti reſcripto. de qua ſatis ſcripſi poſt Innoc. & Hoſtien. de reſti. ſpol. ex conqueſtione. Ioan. And.

u *De ipſa.* appellatione in qua non fuit forma ſeruata, vel illorum expreſſio facta.

x *Iudice.* coram quo per viam querelæ ſimpliciter agitur cauſa.

Gloſſa ſequens ſoluit dubium, triplicem diſſimilitudinem exprimens.

Fides.

A

fides, [a] quia per ipſam ius repellendi eundem aduerſario eſt quæſitum. [b] Illius verò conſtitutionis formæ [c] omiſſio, licet appellantem ab obiectibus in formam electionis, vel perſonas eligentium vel electi propoſitis vel ponēdis, & eorū faciēda probatione repellat, † probationē tamen factā ſuper his per aduerſarij cōfeſſionem, † vel aliàs legitimè [d] nō infirmat. [e]

a *Fides*, plena. Nec ſufficeret illa ſemiplena, de qua not. Compoſt. in. c. j. §. eo. lib. vj. in gloſ. quid ſi papa. vbi dicit per vnum teſtem, & literas quas procurator abſentis de cuius procuratorio cōſtat, vult impetrare ſuper appellatione, probari appellatum. illud enim locum habet quo ad proceſſum in partis abſentia faciendum, & quo ad probationem deuolutionis, ſed hic loquitur de pœna repulſionis, vt ſtatim ſequitur. Item illud coram iudice appellationis, hoc coram iudice querelæ. Item ibidem de probatione appellationis, hic neceſſe eſt probare formam appellationis. Vides autem per hoc quomodo expedit appellato, q̄ ſibi in forma publica appellatio intimetur. ſupra eod. ca. proxi.

*† Not. hic confeſſionē in iudicio nullo factā valere. Idē dixit Imo. ca. ſi. de reſti. ſpo. Panor. Van. Fonta.*

b *Quæſitum.* optimè concor. ſupra eo. ab eod. lib. vj. & cum hoc reſpiciat fauore appellati: eo patiente bene procederet hæc obiectio. ad hoc. j. §. proxi. non ſic in caſu illius decre. ab eo. vt ibi no. in vlt. gloſ.

c *Formæ.* ſi intelligas de forma iuramenti: planum eſt. ſi de forma expreſſionis: idem, cum diſtinctione quam ſcripſi. §. §. prox. in prin. hoc dico quo ad repulſionē de qua ſequitur.

d *Legitimè.* ſi ergo inuito appellato fieret probationum receptio ſuper articulis ſuper quibus recipi non debeat, hoc ſibi nō nocet, cū conſueuerint articuli admitti, ſaluo iure impertinentium & nō admittendorum: de quo ſcripſi de offic. deleg. cum contingat. ſuper gloſ. pe. de teſti. ex parte.

e *Non infirmat.* bene concor. de accu. ca. j. & ij. lib. vj. & facit quod not. §. eod. ſi fortè. lib. vj. in v. gloſ.

*† In quacū q; parte litis opponatur ſecundū Imol. ſed Fran. dicit hanc exceptionem dilatoriā. & ideo quia in iſtis ſpiritalibus nō conteſtatur lis, clemen. ſæpe. opponendā antequā procedatur ad illa quæ aliàs fiunt poſt li. conteſta. per glo. & quæ ibi dixi. ca. 1. §. eod. ti. lib. 6. Font.*

## Idem.

*Sine ſpeciali licentia papæ nullus prouidere poteſt eccleſiæ cathedrali clero carenti & populo Chriſtiano. Religioſus per prælatum licentiari non debet vt tali prouiſioni conſentiat. conſentiens, etiam ſi fuerit cōſecratus, priori prælato ſubiacet, nec in epiſcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promouetur. quæ contra fient, irrita decernit. Ioan. And.*

### CAPITVLVM V.

B

IN pleriſq; eccleſiis nedum (quod dolētes [f] referimus)

IN *pleriſque*, Sunt tres partes. In prima, conſtitutionis cauſa. In ſecunda, conſtitutio. In tertia, proteſtatio. Secunda pars quam ſummaui, quatuor facit. Primò prohibet prouiſionem fieri. Secundò licentiam dari. Tertiò punit conſentientem. Quartò decernit. partes patent: & ſumme fuit honeſtum quod hic dicitur. Pater ſanctiſsime video multas eccleſias cathedrales pauperrimas, & priuatas auxilio facultatum ſeu diuitiarum, quæ non habent clerum nec populum: & video aliquando iſtas eccleſias vacare prelato: & hi ad quos ſpectat earum prouiſio, frequenter aſſumunt religioſos mendicantes ad honorem pontificatus vel prælaturæ: qui religioſi aſſumpti non poſſunt prodeſſe aliquo modo ipſi eccleſiæ: nec poſſunt præeſſe vt decet & conuenit: immo obnubilant & obſcurant ſerenitatem ſeu claritatem pontificalis dignitatis inſtabilitate vagationis & approbrioſæ mendicitatis. Ego quæro pater ſancte an iſti tales prouidentes eccleſijs de talibus perſonis pauperrimis, bene faciant? Et reſpondet papa quòd decætero nullum religioſum vel mendicantem eligant ad dignitatem eccleſiæ cathedralis quæ careat clero & ſubditis Chriſtianis. Item dicit papa, quòd talis religioſus nunquam petat licentiam à ſuo ſuperiori vt talem dignitatem adipiſcatur: nec ipſe ſuperior forſan prouincialis vnquam valeat dare licentiam tali religioſo mendicanti. immo dicit, ſi religioſus petierit licentiam ad adipiſcendam, id eſt ad capiendam talem dignitatem, & paſſus fuerit ſe eligi in epiſcopum: vel permiſerit ſe conſecrari, quod ipſe nullo modo recipiatur in epiſcopum, ſed patietur talis religioſus pro ambitione tali, quòd ipſe erit redactus, id eſt poſitus ad ſuum monaſterium, vt in illo viuat ſeu degat humiliter: & quòd in illa religione ſeu monaſterio ſuo nunquam aſſumatur nec aſcendat ad aliquam dignitatem. Et ſi aliquid contra præmiſſa fuerit attentatum, omnia decernimus vana: non obſtante, id eſt non contrariante quacunque conſuetudine. Or pater ſanctiſsime video veſtram conſtitutionem nobilem, in qua non vultis pauperem cum paupere nubi: quia non vultis quòd eccleſia cathedralis priuata ſubſidio facultatum, habeat prelatum religioſum & pauperem. Sed quæro an ſimiliter intelligatis in aliis eccleſijs tam cathedralibus quàm non habentibus diuitias & bonos reditus; an in talibus prohibeatis ne religioſi mendicantes eligantur? Et reſpondet quòd non: immo vult papa Clemens, quòd in talibus ius commune ſeruetur: nec vult in illis ius commune coarctari, id eſt reſtringi vel ampliari. hoc dicit. Ideo vide textum: Improuida ſuperiorum prouiſio aſſumit multos, præſertim religioſos: frequenter, id eſt ſæpe: ad honorem pontificatus, id eſt in epiſcopos in pleriſq; eccleſijs nedum priuatis ſubſidio, id eſt auxilio: facultatum, id eſt diuitiarum: ſed etiam carentibus clero & populo Chriſtiano: quod referimus, id eſt recitamus & narramus: dolentes, id eſt cum dolore: qui ſcilicet religioſi aſſumpti: nec ſunt valentes, id eſt potentes prodeſſe: prout expediret, id eſt prout conueniens eſſet ipſi eccleſiæ: nec valentes præeſſe: vt, id eſt ſicut, deceret. Et quia religioſi electi ad eccleſias cathedrales carentes populo & clero, obnubilant ſerenitatem, id eſt deturpant & obſcurāt nobilitatem pontificalis dignitatis inſtabilitate vagationis & mendicitatis opprobrioſæ. Et ſic iſta inſtabilitate vagationis, quia per totam ſuam vitam ſtant vagando & diſcurrendo per diœceſes quęrendo vicariatus ab epiſcopis habentibus latas diœceſes: & vt ipſi ſint epiſcopi portatiui, ſicut videmus in multis ciuitatibus in quibus non reſident epiſcopi: & iſti epiſcopi non reſidentes dant vicariatum ſuum cuidam religioſo epiſcopo: qui vulgariter appellatur epiſcopus portatiuus qui confert ordines epiſcopi. Vel dic inſtabilitate vagationis: quia iſti vadunt ad curias principum: & quærunt habere penſionem, & multoties principes eos habent tanquam familiares & tanquam capellanos: & dic mendicitatis opprobrioſæ, quia opprobrioſum, id eſt turpe eſt epiſcopis mendicare. Et ſequitur in textu. Nos igitur volentes prouidere contra temeritatem id eſt contra fatuitatem tam facientium, id eſt eligentium tales religioſos, quàm frequentius recipientium huiuſmodi prouiſiones, quia etiam punit religioſos patientes ſe eligi & ſibi prouideri de talibus dignitatibus: ſtatuimus de conſilio noſtrorum fratrum ſcilicet cardinalium, vt nullus decætero, id eſt amodo vel deinceps, præpollens, id eſt clarens quantacunque dignitate, prouideat de paſtore eccleſiæ cathedrali ſibi qualitercunque, id eſt quomodocunque, ſubiectæ, quæ cathedralis eccleſia careat clero & populo vel ſubditis Chriſtianis, niſi fulciatur ſuper hoc ſpeciali

C

auctoritate ſedis apoſtolicæ, id eſt niſi hoc, ſcilicet quòd eligat religioſum ad talem dignitatem, impetret à ſede apoſtolica quòd talem religioſum eligat, vel niſi ipſe religioſus impetret à ſede apoſtolica quòd eligatur: que pro &, & nullus religioſus vnquam licentietur à prælato forſan prouinciali, quòd conſentiat tali prouiſioni, ſcilicet quòd eligatur, quòd id eſt, quia, quia ſi licentiatus conſenſerit huiuſmodi prouiſioni, & fecerit ſe aut permiſerit ſe in epiſcopum conſecrari, nullatenus, id eſt nullo modo recipiatur in epiſcopali honore, ſed in pœnam tantæ ambitionis, id eſt pro pœna huius quòd ambiuit talem honorem, ipſe degat, id eſt viuat cum paupertate, que pro &, & iaceat ſemper proſtratus & humilis, ſub prælato, id eſt ſubditus ſuo prælato ſuæ religionis aut monaſterij, ita quòd eidem religioſo paſſo de ſe fieri talem electionem, nullus ſit acceſſus in religione ſua, aut extra religionem ſuam, cuiuſlibet, id eſt cuiuſuis honoris, vel adminiſtrationis. enim pro quia, vel pro certè, nos Clemens decernimus irritum eſſe & inane, id eſt vanum & nullius effectus, quicquid contingit attentari vel fieri, ſuppleo contra præmiſſa vel contra aliquod præmiſſorum, id eſt antedictorum in iſta conſtitutione, nō

D

obſtante, id eſt non contrariante quacunque conſuetudine. Sanè, id eſt certè, & rectè decernimus præmiſſa eſſe ſpecialiter prouidenda circa præfatas eccleſias, id eſt circa eccleſias cathedrales carentes clero & populo Chriſtiano, quod, id eſt quia, quia nec, id eſt non intendimus circa prouiſionem quarumlibet aliarum eccleſiarum non carentium clero & populo coarctare limites iuris communis, nec intendimus ampliare vltra. Et ſic concludit quòd iſta conſtitutio habet locum ſolùm in eccleſijs cathedralibus carentibus clero & populo, & non habet locum in alijs eccleſijs habentibus populum, immo in ipſis omnimodo vult ſeruare ius commune. Nota primo quòd eccleſiæ (maximè cathedrales) debent habere facultates, & facultates dicuntur earum præſidium. ibi, præſidio facultatum. nam ſine temporalibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt. j. quæſt. iij. ſi quis obiecerit. de vi. & ho. cle. vt quiſque. & cap. quoniam.

Nota ſecundò quòd in epiſcopis opprobrioſa eſt mendicitas. pro hoc gloſ. in verbo, opprobrio. ad hoc de renun. ad ſupplicationem. Zabarella.

*Ordo literæ.*

f *Dolentes.* concor. §. de cele. miſſ. dolentes. §. de ſta. mo. recolentes. j. eo. tit. attendentes. & de cenſi. ad noſtrā. in princ.

*Præſidio.*



A

præſidio [a] facultatum priuatis, ſed & clero carentibus & populo [b] Chriſtiano, [c] multos frequenter, & religioſos [d] præſertim, improuida ſuperiorum [e] prouiſio ad pontificatus aſſumit honorem, qui nec (vt expediret) prodeſſe, nec præeſſe (vt deceret [f]) valentes, inſtabilitate vagationis [g] & mendicitatis opprobrio [h] ſerenitatem [i] pontificalis obnubilant [k] dignitatis.

B

Volentes igitur contra temeritatem tam facietium quàm vt frequentius recipientium prouiſiones huiuſmodi prouidere, de conſilio fratrum noſtrorum ſtatuimus, vt nullus decætero quantacunque [l] dignitate præpollens (niſi ſpeciali [m] ſuper hoc auctoritate ſedis apoſtolicæ fulciatur) de paſtore [n] prouideat cathedrali [o] eccleſiæ ſibi qualitercunque [p] ſubiectæ, quæ clero careat & ſubditis Chriſtianis: [q] Nulluſque religioſus à ſuo vnquā, quòd prouiſioni tali conſentiat, licētietur prelato. [r] Quòd ſi licentiatus etiam [s] huiuſmodi prouiſioni conſenſerit, & in epiſcopū [t] ſe fecerit aut permiſerit [u] conſecrari, in epiſcopali nullatenus recipiatur honore: [x] Sed in tantæ ambitionis pœnam ſub religionis aut monaſterij [y] ſui prælato [z] ſemper ſic degat humilis, iaceatque proſtratus, [a] quòd nullus eidem in religione ſua vel extra ad gradum honoris vel adminiſtrationis cuiuſlibet [b] ſit aſcenſus. Nos enim quicquid contra pręmiſſa vel aliquod [c] pręmiſſorum contigerit attentari, irritum eſſe decernimus & inane, cōtraria quacūque conſuetudine nō obſtante. [d] Sanè circa præfatas [e] eccleſias pręmiſſa ſic ſpecialiter prouidēda decernimus, quòd circa prouiſionem quarumlibet aliarum, [f] facultatem ſuperiorum nec coarctare intendimus, nec vltra iuris cōmunis limites ampliare. [g]

a *Præſidio.* id eſt ſubſidio ſine quo ſpiritualia diu eſſe non poſſunt. j. q. iij. ſi quis obiecerit.

Gloſſa ſequens quærit, arguit negatiuè & affirmatiuè, & declarationem poſcit, dicens primum plus placere.

*Eccleſiæ carenti populo tantū, vel clero tantum, an prouideri poſſit de epiſcopo ſine papæ licentia.*

b *Et populo.* certum eſt q̄ clerus & populus ſunt diuerſa. de priui. ex parte. de ſent. excom. ſi ſententia. lib. vj. Quid ſi habet alterum tantum? hic & j. eo. ca. ponitur copula, per quod videtur quòd carere debeat vtroque. Habens autem alterum, non caret vtroque, & ſic non videtur arctare conſtitutio. vide ſimile. habens Codicem, non includitur ſub carentibus Decreto & Codice. & habens panem, nō includitur ſub carentibus pane & vino. & habens argentum, non includitur ſub carētibus auro & argento. ita non includitur eccleſia habens clerum vel populū, ſub carentibus clero & populo. alias non eſſet diuerſum dicere, clero & populo, & dicere clero vel populo, & eſſet hoc incidere in improprietatē locutionis, ſumendo copulatiuā pro diſiunctiua, quæ improprietates excuſandæ ſunt. non ſequēdæ, vt no. de ver. ſig. præterea. pro hoc facit, quia foret abſurdum q̄ illi clero vel populo quē habet eccleſia, ſubtraheretur epiſcopus, & hoc multū vrget. Contra, carere eſt nō habere. ſed ſi dixiſſet, ſi non habeat, vel niſi habeat clerum & populū, propter copulam requiritur q̄ habeat vtrūque. ergo ſi habet alterū tantum, arctāt conſtitutio, & idem in prædictis exemplis ſi dicatur, ſi nō habeat, vel niſi habeat Decretū & Codicē, requiritur q̄ habeat vtrūque. Idem cum dicitur, ſi nō habeat panem & vinum, argentum & aurum, & in ſimilibus, vt cum dicitur, nullus eligatur niſi habeat, vel ſi non habeat ætatem, ſcientiā, & mores, ſingula requiruntur, vt. §. eo. cum in cunctis. Idem ſi dicatur, ſi careat ſcientia, moribus, & ætate. facit de æta. & qualita. eam te. Pro vtraque parte poſſet induci. ff. de reb. du. ſi is qui ducenta. §. vtrum. Egeret declaratione, ſed primum plus placet.

Glo. ſe. j. po. dictū, & p̄ ſol. cōtrarij remittit. ij. ſoluit dubiū.

c *Chriſtiano.* talia loca quæ ſunt in poteſtate hoſtium, non deſinunt eſſe ſacra. Ad. l. cum loca. ff. de reli. & ſum. fu. reſpōde vt no. vij. q. j. paſtoralis. in fin. Non putes tamen quod ſit neceſſarium quod locus ſit captus ab hoſtibus. ſatis enim eſt quod clero careat & ſubditis Chriſtianis, per verba huius decre. licet non ſit in hoſtium poteſtate.

D

d *Religioſos.* qui laborant ad hoc etiam interdum importunè, & per corruptelas [a] vt dicere poſsint cum pſalm. Laqueus contritus eſt &c. pſa. Niſi quia dominus erat. Vidi iam religioſum conſecratum ad titulum, qui non erat in rerum natura, nec fuerat. quod parere poſſet per prouincialem, id eſt per librum in quo ſcriptæ ſunt prouinciæ.

*a Religioſi magis in hoc peccabant quàm alij, quia cōmuniter cupiūt magis exaltari q̄ alij. Nā vt dicit Guy. Quilibet magis appetit quo ſe videt deſtitui. vnde Anglici & Scoti plus quàm alij vinum appetūt, quia in ſuis partibus eo carent. de hoc 32. queſt. 2. Moyſes. in gl. ſi. Petr9.*

*b An hoc viros ſacris addictos deceat, vide Aſſem Budæi fol. 166. quem locum perlegas oro. Fonta.*

e *Superiorum.* ad quos ſpectat quouis iure prouiſio. Et maximè quatuor principales patriarchæ & quidam archiepiſcopi qui ſub eis ſunt, conſueuerant hoc facere.

f *Deceret.* viij. q. j. qui epiſcopatum.

g *Vagationis.* conſueuerunt tales diſcurrere & vicarias epiſcoporum quærere, maximè habentium diœceſes latas. interdum principibus adhærere familiariter, [b] qui cauſa honoris quærunt habere capellanos epiſcopos.

h *Opprobrio.* nedum in epiſcopo, ſed in quolibet clerico. xciij. diſtin. diaconi. vlti.

i *Serenitatē.* de qua. j. de pœnis, ſi quis ſuadēte. circa ſi. Io. An.

k *Obnubilant.* ſaltem quo ad vulgus. de hoc. xciij. diſtinct. legimus. facit. §. de priuileg. c. j.

l *Quantacunq;.* propter patriarchas hoc dicitur, vt prædixi.

m *Speciali.* ſi ergo haberet generalē auctoritatem prouidendi epiſcopatibus ſpectantibus ad prouiſionem papalem, non ſufficit per hanc literam.

n *De paſtore.* vtitur hic vocabulo generali, vt archiepiſcopos, epiſcopos, & etiam patriarchas comprehendat. alibi latius. §. eo. ne pro defectu. de re. iu. quamuis.

o *Cathedrali.* in alijs locum non habet, vt in ſi.

p *Qualitercunque.* nō diſtinguit, ergo ſiue plene ſubſit, ſiue quo ad prouiſionē tantū.

q *Chriſtianis.* circa quatuor patriarchales ſedes principales quandiu ſunt in poteſtate infideliū vel ſchiſmaticorum, prouidit Bonifacius in ſua extrauaganti, ſancta Romana.

r *Prælato.* qui cōtra faciēs puniendus eſſet pœna arbitraria, ex quo circa ipſum certa hic non ſtatuitur. de offi. deleg. de cauſis.

ſ *Licētiatus etiā.* ergo & habita licentia cōſentire nō poteſt. cōcor. §. eo. quorundam §. j. in fin. lib. vj.

t *Et in epiſcopū.* No. q̄ ex ſolo conſenſu non eſt locus pœnis inferioribus, ſed tūc demum ſequitur cōſecratio. hoc probat hæc copula.

u *Permiſerit.* in abſolute coacto ceſſaret pœna. ſupra q̄ me. cau. ſacris. nec imprimeretur character. ſupra de bap. maiores.

C

x *Honore.* quia nec admittetur quo ad executionē pōtificalis officij, nec permittetur pōtificalibus inſignijs vti, & ſic min9 poterit q̄ alter epiſcopus nullius eccleſiæ. de ordi. ab epi. c. j.

y *Monaſterij.* includit etiā canonicū regularē, de æta. & quali. intelleximus, de priuileg. cū olim. ij. in prin. & per hanc literam patet hanc pœnam ſolùm in religioſis locum habere.

*Epiſcopus nullius eccleſiæ eſſe poteſt.*

z *Prælato.* ergo per talē p̄motionē nō fuit ſoluta obediētia, ſec9 ſi p̄uiſio tenuiſſet. 18. q. 1. c. vnico. 16. q. 1. ne p̄ cuiuſlibet.

a *Proſtratus.* concor. de deci. quamuis ſit. in ſi.

b *Cuiuſlibet.* concor. j. de regula. vt profeſſores. & per hoc excludit etiam temporales.

c *Vel aliquod.* igitur p̄uiſio de tali eccleſia facta non valet, nec licētia conſentiēdi religioſo data, vel ipſius cōſenſus, vel cōſecratio ſubſecuta quo ad ipſius executionē, nō dico quo ad characterē. facit q̄ not. de cōſecra. diſtin. v. manus. in vlt. gloſ. & facit q̄ dixi. §. de cōſuetu. quāto. ſuper. j. glo. Itē nec valet promotio facta de tali contra proximum dictum.

d *Non obſtante.* multa ſimilia vide de conſti. c. j. lib. vj. in glo. penul. & concor. j. eo. ſtatutum.

e *Præfatas.* cathedrales clero carētes & populo Chriſtiano.

D

f *Aliarum.* non cathedralium, vel etiam cathedralium habentium clerum & populum Chriſtianum.

g *Ampliare.* ſimile de innouatione dicitur, quod ius vetus conſeruat, nouum autem non creat. de priui. ex parte. j. in ſi. & ca. quia intentionis. & optimè conuenit huic ſini extraua. Cle. quę incipit, meruit. Ioan. And.

QVod circa. Iſtud ca. determinat ſeu declarat cōſtitutionem, quorundā. lib. vj. In illo. c. dicitur q̄ ex vocatione quocunque modo facta in diſcordia, de religioſo mēdicante ad prælaturam extra adminiſtrationem ſui ordinis, non acquiritur illi ius, nec tali electioni poterit cōſentire, etiam de licentia prælati ſui. Item dicit de vocatione facta à minori parte ſeu numero ad quālibet prælaturam de religioſo non mendicante, & ſecus factum irritum decernit. Hoc habito præſuppono q̄ duplex eſt electio, quædam eſt quæ in facto cōſiſtit, vt quando ſunt decē electores, & octo vnū eligunt, alij duo eligunt alium. ſed cōtra iſtos duos opponitur quod ſunt excommunicati: quare ille qui eſt electus ab octo, dicit: Ego ſum electus ab omnibus. & ſi aliquis dicat, Certè tu nō es electus niſi ab octo, & ſunt decem electores, ergo tu non es electus ab omnibus: ipſe reſpondet, ius fingit me eſſe electum ab

ctum ab omnibus, quãuis nõ ſim elect⁹ niſi ab octo: quia poteſtas eligẽdi eſt tranſlata in octo, poſtquã alij ſunt excõmunicati. His præſuppoſitis cũ gloſſa poſita in verbo, quæ in facto: pone caſum, Quidã religioſus fuit in aliqua dignitate electus quę nõ eſt de ordine ſuo, ſed extra ſuum ordinẽ: & cũ eſſent decẽ electores, fuit electus ab octo de electoribus, & alij duo electores elegerũt quendã aliũ non religioſum: ſed iſte religioſus opponebat contra eos ꝙ erant excõmunicati: & ſic nõ habebãt vocẽ in capitulo: & ꝙ vox illorũ duorũ eſt tranſlata & cõfuſa in alios octo qui ipſum elegerũt: & ſic fictiue dicebat ſe electũ ab omnibus. Modo quæro an ipſe bene dicat: & an ſatisfaciat cõſtitutioni, quorundam. poſitæ eo. lib. vj? Ad quod reſpõdet papa quod non, & dicit in textu: Nos Clemens declaramus illud quod cauetur in conſtitutione Bonifaciana circa electiones religioſorum ſuper diſcordia numeri, ſcilicet in religioſis mendicantibus, & minoritate numeri, ſcilicet in religioſis nõ mendicantibus, debere intelligi ſecundum ea quę conſiſtunt in facto: quia requiritur quòd ab omnibus eligatur, & quod omnes concordent: non autem in fictione iuris vel eius effectu: quia quanuis ſint aliqui qui ſint excommunicati, & nõ concordant electioni ipſius religioſi: ideo propter hoc nõ dicitur nec eſt electus: quia illa conſtitutio intelligit ꝙ de facto eligatur ab omnibus * vide glo. ſuper verbo, quæ de facto.

Nota quòd electio dicitur actiue & paſſiue. & pro hoc gl. ij. quæ hic dicit intelligi de paſſiua. & idem Pau. pro hoc ꝙ not. eod. titu. illa. & probatur de cler. excom. mi. ca. ſi.

Gloſſa ſequens commendat: dicit quid determinat, & quid approbat.

a *Quod circa.* breue & vtile determinans decre. quorundam. ſ. eo. lib. vj. & approbans ꝙ ibi not. Io. Mo. & Archi. & quod no. ſ. eo. titu. indemnitatibus. §. ſane. in iiij. glo. Ioan. Andr.

b *Electiones.* paſſiuas. nam conſtitutio hic declarata loquitur quando religioſi eliguntur, quicunque ſint eligentes, religioſi, vel alij. Et dic electiones, poſtulationes, prouiſiones, vel quaſlibet vocationes: vt ibi.

c *Diſcordia.* hoc quo ad mendicantes circa quos prouiſum eſt, quod ex electione in diſcordia facta de ipſis extra adminiſtrationes ſui ordinis, nullum ius eis acquiratur, nec audeant conſentire.

Gloſ. ſeq. exponit: & id dupliciter probat & prorogat.

d *Minoritate.* hoc quo ad religioſos non mendicantes, circa quos ſtatutum fuit: idem circa electiones factas de ipſis ad quaſcunque prælationes à minori parte numero.

Gloſſa ſequens primò declarat literam. ſecundò quærit, & ſoluit quo ad decre. quorundam. quo ad decre. indemnitatibus, diſtinguit, & declarationem expoſcit: ſubdens de non vocandis vel vocatis, qui contemnunt vel renuntiant: & de non conſtitutis in ſacris.

e *Conſtitutione.* ſ. eo. quorundã. & patet per ſingulare quod non loquitur de decre. indẽnitatibus. Item illa nõ tractat ſolum de diſcordia & minoritate numeri: imò tractat in forma ſcrutinij & compromiſſi de numero duplo maiori. Item maiori, non duplo maiori. Item minori. Sẽd illa, quorundam, ſolum tractat de electione diſcordi, & facta per minorẽ partem numero. fateor tamen ab identitate rationis hoc ꝙ hic dicitur, etiam in numero de quo loquitur decre. indemnitatibus, locum habere: & ſaltem quo ad. §. ſiqua verò.

f *Quæ in facto non in fictione.* hoc intendit. Si ex decẽ electoribus octo elegerũt mendicantẽ: duo aliũ, vel contradicunt: ſed contra iſtos duos aliquid opponitur ꝓpter quod negatur ipſos vocem habuiſſe, vt quia dicuntur excommunicati, ſuſpenſi, irregulares, priuati ea vice poteſtate eligẽdi, vel his ſimiles: propter quod dicitur totum capitulum eligentiũ in illis octo conſiſtere: & per conſequens electionẽ fingi concordẽ: hoc non iuuat medicantẽ.[a] Item ſi ex decẽ canonicis vel monachis quatuor tantũ elegerunt religioſum nõ mendicantem: qui dicit illos ſex vel tres ex illis fuiſſe tales, vt ſupra: per quod cõcludit fingi electionẽ ſuam factã à toto capitulo vel à maiori parte: hoc eum non iuuat. vide ꝙ no. de conceſ. præb. auctoritate. lib. vj. in vlt. gl. Sed quæro, ſi ita eſt ꝙ voces in iuris effectu aliàs nõ valentes, vt excõmunicatorũ & his ſimiliũ, cõputantur in numero quo ad hoc vt reliqua electio dicatur diſcors, vel facta per minorẽ partem: an prædictorũ voces augeant etiã numerũ & ſuffragiũ: in tantum quod ex illis vocibus ſequi poſſet cõfirmatio, quæ aliàs fieri non poſſet illis excluſis: vt patere poteſt in prædictis terminis de decre. per vj. de. x. qui vj. omnes vel tres ex eis ſunt excõmunicati, vel ſimiles? Aperte dico ꝙ non,[b] quo ad caſus decre. quorundam. quia in quolibet prædictorũ caſuũ cõſtitutio ſolum nocet: quia ſcilicet impedit mendicantem, & non mendicante, quemlibet ſuo caſu: ſed coëlectũ non iuuat: nec hoc colligi poterit ex verbis vel mente cõſtitutionis ipſius. Nõ enim hoc ipſo ꝙ non valet electio mẽdicantis facta in diſcordia, valet electio coelecti: aliàs ſequeretur ꝙ ſi ex xx. canonicis. xviij. elegerunt mẽdicantem, valeret electio facta per duos. Item nec ſequitur quod ſi ex. xx. electoribus nouem elegerunt profeſſum: quod per hoc valeat electio facta per xj. vt patet. ſ. eod. ſcriptum. & ſ. & cap. indemnitatibus. §. ſi verò. & §. ſi qua verò. quod ergo non mutatur & c. C. de teſta. ſancimus. nec correctiones iurium dilatamus. ſ. eod. cum expediat. lib. vj. Sed in caſu decr. indemnitatibus. videtur ſecus quo ad electum per ſcrutiniũ à duplo maiori numero, à principio, vel per acceſſum debito modo factum, vel per compromiſſum cui minor pars ſe opponit: cuius confirmationem exceptio partis aduerſæ impedire non poteſt. Et ſic erit in hoc ſimile electioni cardinalium: vt vtrobique voces talium ſuffragium afferant, & computentur in numero duarum partium: vt in conſti. cle. ſ. eod. ne Romani. §. cæterum. & ſatis credo ꝙ hoc fuit de mente. Sed tenens contrarium, dicere poſſet ꝙ illa decre. dicit etiã eo caſu officium confirmatoris non deficere. hoc ergo venit in examinatione electionis, an ex vocibus eligentium ſit canonica. Sed ſi litera ibi in. §. ſane. quæ dicit, ſi aliàs inuenta fuerit &c. intelligatur aliàs, ſcilicet quàm conſideratione numeri, faciet pro primo dicto. quando verò electa eſt à maiori parte, ſed non duplo maiori: tunc cum admittantur partis minoris exceptiones, licet ſummarie cognoſcende: videtur quod licet non quo ad administrationẽ impediendã, tamen quo ad electionem caſſandam hæc obijci poterunt. Et in his etiam expediret declaratio: & etiam circa voces abſentium nõ vocandorum, vel vocatorum qui venire noluerunt, vel expreſſe renuntiauerũt: quas computari ſonat in abſurdum, licet hoc videatur ex fictione. Item de non conſtitutis in ſacris in collegijs marium, cõmuniter tenetur per decre. ij. j. de æta. & quali. ꝙ illorum ratio vel computatio non habeatur, ſicut nec haberetur illorum qui canonici vel profeſſi non eſſent: quaſi ſit mens huius, quod aliàs vocem habens ex fictione, non excludatur à numero: talis autem vocem non habet, licet iure nouo. Vnde idem videtur de abſente non vocando vel vocato qui venire noluit: vt prædixi. vnde nec in duabus partibus cardinalium eligentium papã computamus nõ excluſos, licet compotes excommunicatos: vt in prædicta decre. ne Romani. §. cæterum. primum patet eo. titu. vbi periculum. §. ſane. lib. vj.

g *Declaramus.* idem fertur olim Boniſa. declaraſſe: vt dixi in decre. indemnitatibus. §. ſane.

*[b] No. caſum in quo cõputãtur voces in electione, quæ tamẽ de iure non valent. & eſt caſus ſpecialis quo ad c. quorũdã. in duobus caſibus ibi poſitis, & hic licet breuiter enumeratis. Zab.*

*[a] Hic habes ſecundum Gen. quòd quandoque quis alteri nocet et ſibi non prodeſt. Et eſt ſimile in vxore defuncti, quæ licet agnatis extantibus nõ ſuccedat vxor C. vnde vir et vxor l. i. nocet tamen filijs naturalibus defuncti, et eos ſuccedere impedit qui poſſent aliàs ſuccedere. C. de na. li. auth. licet. idem erat olim in lege Fuſia. inſti. de leg. Fu. can. tol. Pet. de Anchara.*

*[b] Ide Cardina.*

## Idem.

*Capitulum, quorundam, quo ad diſcordiam & minoritatem numeri, intelligitur quo ad voces facti: non ſecundum iuris fictionem, hoc dicit. Ioan. Andr.*

### CAPIT. VI.

QVod[a] circa religioſorũ electiones[b] ſuper diſcordia[c] & minoritate[d] numeri Bonifaciana cõſtitutione[e] cauetur, de diſcordia & numeri minoritate quę in facto non in fictione[f] vel iuris effectu cõſiſtunt, debere intelligi declaramus.[g]

## Idem.

*Emolumentum ex iuriſdictione, ſigillo curiæ, vel aliàs pertinẽs ad prælatum cathedralis eccleſiæ vel collegiatæ: ea vacante, non obſtante conſuetudine (deductis expenſis) reſeruandum eſt ſucceſſori: Niſi tunc certæ dignitati competat iuriſdictio cum ipſius emolumento. Ioan. Andr.*

STatutum.} Prima pars ponit dictũ cum certa determinatione. Secunda ab illo excipit: ibi, Cæterum. Præſuppone ſtatutum cap. quia ſæpe. quod eſt itud: Vacãte cathedrali, regulari vel collegiata eccleſia, ſingulares perſonæ, capitulum vel conuentus quæ occupat bona à prælato dimiſſa, & vacationis tempore obuenientia: talia bona ſunt ſuſpẽſi ab officio & quibuſcunque beneficijs ſeu quibuſcunq; dignitatibus niſi plene reſtituant: non obſtantibus priuilegijs, conſuetudinibus, vel ſtatutis quacunque firmitate vallatis, id eſt firmatis. Figura ſic caſum: Video quod ſtatutum dicit quòd omnia bona, omnes fructus vndecunque prouenientes, & bona dimiſſa à prælatis debent fideliter reſeruari ſucceſſori. Et videbatur quòd non: quia debent illis eſſe vel pertinere ad quos tranſit iuriſdictio: cum acceſſorium ſequatur principale: ſed iuriſdictio tranſit ad capitulum: ergo & fructus tranſire debent: cũ fructus ſint acceſſorij ad illã iuriſdictionem, quia mediante iuriſdictione veniunt fructus. Illa dubitatione non obſtante decidit in contrariũ: niſi in vno caſu quem ponit ibi, Cæterum. & pone quòd ita fuit ſtatutum ꝙ archidiaconus vel archipresbyter haberẽt iuriſdictionem epiſcopalem cum emolumento: vel eſt conſuetudo, an talis cõſuetudo vel ſtatutum corrumpatur per cõſtitutionem, quia ſæpe? Et dicit quòd non. & ſic habes quòd illud ſtatutum, quia ſæpe. quod eſt ſuper bonis dimiſſis à prælatis eccleſiarũ cathedraliũ, corrumpit & derogat omni ſtatuto vel conſuetudini: præterquã ſtatuto vel conſuetudini poſitæ in. §. cæterum. h. d. Nos Clemens declaramus ſtatutum editum, id eſt factum & cõpilatum ſuper bonis dimiſſis à prælatis cathedralium vel collegiatarum eccleſiarum, aut ſuper bonis obueniẽtibus tempore vacationis earum, ſcilicet eccleſiarum, reſeruandis fideliter futuris ſucceſſoribus, habere locũ in omni emolumento quod prouenit ex iuriſdictione, id eſt ratione iuriſdictionis: & ꝙ ꝓuenit ex ſigillo curiæ eccleſiaſticæ vel ſecularis: aut aliàs vndecunque: quod ſcilicet emolumentum pertineret ad prælatos non vacantibus eccleſijs: conſuetudine qualibet cõtraria ſcilicet iſti ſtatuto non obſtante: ita tamen ꝙ in iſtis & ſimilibus rationabiles expenſæ deducantur: quia iſti qui receperunt illos fructus dimiſſos à prælatis tempore vacationis, ſi aliquos ſumptus faciant, ipſi poterunt deducere tales ſumptus. Cæterum, pro ſed. ſed nolumus præſentem conſtitutionem extendi ad ſingulares perſonas ad quas iuriſdictio deuoluitur ratione dignitatũ: quas dignitates obtinent cum emolumento, conſuetudine, priuilegio, vel alio iure ſpeciali.

*Ordo literæ.*



### CAPITVLVM VII.

STatutum[a] ſuper bonis à prælatis cathedralium regularium & collegiatarum[b] eccleſiarum dimiſſis,[c] aut obuenientibus tempore vacationis earum, futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruandis[d] editum, locum declaramus[e] habere in omni emolumento[f] quod prouenit ex iuriſdictione,[g] & ſigillo[h] curiæ eccleſiaſticæ vel ſecularis,[i] aut aliàs vndecunque, quod ad prælatos (eccleſijs non vacantibus) pertineret, conſuetudine[k] qualibet contraria non obſtante: ita tamẽ quòd in iſtis & ſimilibus rationabiles deducantur expenſæ.[l] Cæterũ ad ſingulares perſonas[m] ad quas ratione dignitatum[n] quas obtinent, iuriſdictio cum eius emolumento[o] deuoluitur: ſede vacante de cõſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali,[p] nolumus præſentem conſtitutionem extendi.[q]

Not. quod expenſæ debent deduci: & illæ ſolæ deducuntur, de quibus de do. & contu. finem & ibi glo. Not. in ver. cæterum. quod conſuetudo dat iuriſdictionem, etiam ſpiritalem. de hoc. ix. quæſt. iij. conqueſtus. de foro compe. cum contingat. Zabar.

Gloſ. ſeq. dicit quid reprobat vel approbat.

a *Statutum.* reprobat quod no. ſ. eo. quia ſæpe. lib. vj. Et approbat quod ibi no. Archid. de quo ſtatuto hic loquitur.

b *Collegiatarum.* in alijs enim non habet locum decre. quia ſæpe. ſed decre. præſenti. de offic. ordi. eod. lib. de qua fit extenſio. j. titu. ij. quia. in ſi.

Gloſ. ſeq. ponit opinionem, contra quam allegat.

c *Dimiſſis.* per hoc probabat ibi Archid. quod decre. loquitur de bonis prælati diſtinctis, non de communibus prælato & capitulo. alleg. xij. q. ij. hæc huius. &. ca. non liceat. &. cap. charitatem. &. ca. de laicis. &. ca. illud. & quæſt. v. ſicubi. facit. ſupra ne ſe. va. cap. vnico. lib. vj. de reg. cap. vlt. eodem lib. Sed litera, aliàs vndecunque, quæ hic ſequitur, multum facit contra.

d *Reſeruandis.* nec occupandis per collegia, cõuentus, capitula, vel ſingulares perſonas ipſorũ: circa quod principaliter prouidet iſta conſtitutio.[a] Per quem autem ſint reſeruanda, ibi dixi: quia per œconomum vel per alium deputatum.

Gloſ. ſeq. ponit motiua opi. reprobatæ. Secundò opi. approbatæ: ad quæ reſpondet. Tertio declarationem iuſtificat.

e *Declaramus.* Hìc patet quod reprobat, non corrigit opinionem meam: quia non ſtatuit hoc eſſe de iure nouo: ſed declarat hoc fuiſſe de veteri: & approbat opi. Archidiac. Sed videamus motiua. Mihi prius videbatur, quod ex quo iuriſdictio transfertur in capitulum iure communi, quòd omnis fructus iuriſdictionis iure acceſſorij capitulo deberetur. Sed Archidia. contra, propter verbum ibi poſitum, vacationis tempore obuenientia. Item vt dicebat, capitulum habet cuſtodiam: & adminiſtrat non ſuo, ſed alieno nomine. vſurpare igitur non debet quod habet cuſtodire: & dicebat Bonifa. ſic declaraſſe. Cum vltimò legi ſextum: dixi quòd non recederem ab opinione mea, niſi declarationem viderem. Ad verbum, obuenientia, reſpondebam per relatiuum, quæ: vt ibi no. Ad id quod dicit, de cuſtodia. reſpondebam quòd in iuriſdictione non ſuccedat quo ad cuſtodiam tãtum, imò quo ad exercitium: aliàs ſequeretur quod viſitando non poſſet procurationem recipere. de quo dicam. j. de hære. multorũ. Stemus declarationi, quæ iuſtificari poteſt ex eo quod ibi notaui in prima glo. cum enim canonici vidẽtes fructus ſibi deberi, vacationem prolixam forte procurent, difficultates ingerant, & tardius eligant: quia propter fructus iuriſdictionis vel ſigilli ſi eos perciperent, hoc contingere poſſet: merito & hi cenſeantur eſſe prohibiti.

f *Emolumento.* idem verbum de ſimon. nemo. in prin. de teſtibus cap. j. lib. vj.

Gloſ. ſeq. ponit duas lectiones: & ſecundam reprobat.

g *Ex iuriſdictione.* ex qua ſoluũtur iudicis officio pœnæ pecuniariæ vel emẽdæ. de offi. ordi. dilect⁹. facit de ſen. excom. venerabilibus. §. denique. lib. vj. & ꝙ not. de pœ. licet. Forſan etiã loquitur de quotalitis, quæ de conſuetudine deberi poteſt ſecundum Guli. qui hoc notat in Spe. de ſala. §. j. ver. ſi verò ordinarius. &. §. ſeq. quod non placet: per decre. cũ ab omni.[b] de vita & hone. cleri. vt ibi dixi.

h *Sigillo.* ſiue ad vſum cauſarũ. vt cum ſit litera citatoria vel aliquid tale, ſiue ad contractus: puta quia recognoſcuntur vel publicantur ſub ſigillo curiæ: forte cum non ſit ibi vſus tabellionum. Facit de fide inſtru. cum dilectus. de foro compe. Romana. ad fi. lib. vj.

i *Vel ſecularis.* vt quia prælatus temporalem iuriſdictionem habebat in loco. de appel. ſi duobus. de delic. pue. cap. ij.

k *Conſuetudine.* Nota quòd decr. quia ſæpe, vitiat nõ ſolum conſuetudines, ſed etiam priuilegia & ſtatuta: hic verò ſolum conſuetudinem. dico quòd hoc ipſo quòd declaratur iſtud ſtatutum locum habere in caſibus prædictis: cuius ſtatuti pars eſt vitiare priuilegia, conſuetudines, & ſtatuta contraria: ergo & illa quo ad hos caſus ſublata dicantur.[c] Sed puto quòd conſuetudinem quæ ſecuta eſſet conſtitutionem ipſam, quia ſæpe. hæc litera tollere noluit,[d] ne obſtet decre. j. de conſtitu. lib. vj.

Gloſ. ſeq. ponit opinionem: & exemplificat.

l *Expenſæ.* hoc etiam tenebat ibidem Archi. vt quia ſalaria dantur officiali qui iuriſdictionem exercet, vel qui ſigillat: vel fiunt expenſæ in miniſtris, chartis, cera, & ſimilibus. facit. ſ. eo. vt præteritæ. xij. q. ij. hęc huius placiti. ff. de admi. tu. cum plures. §. j. &. ij. ff. de tutel. & ratio. di. l. j. §. ſed nõnullos. ff. de petit. hæred. ſi quid. §. ſicut.

Gloſ. ſeq. mouet dubium: arguit negatiue. Item affirmatiue, quod approbat: & contrarijs reſpondet.

m *Singulares perſonas.* ſalua pace opponẽtis hic remanet dubium, an hoc intelligatur de ſingularibus perſonis, etiam ipſorum collegiorũ? Et videtur ꝙ nõ: quia conſtitutio expreſſe tollebat quo ad hos contraria priuilegia &c. Videtur contra: quia aliàs iſta verba ſunt ſuperflua: cum certũ eſſet conſtitutionem ipſam extraneos non ligare, ſed ſolum capitula & perſonas ipſorum: per quod puto quòd etiam de ſingularibus perſonis collegiorum intelligatur. Et ſecundum hoc dicam ibi, ſublata priuilegia &c. quo ad ſingulares perſonas collegiorum quæ non iure dignitatum hoc vendicant: cum priuilegia dignitatum ibi ſublata non eſſent.

n *Dignitatum.* quid ſi ratione perſonatuum vel officiorum? Videtur quòd idem. & intelligo hanc literã: ſiue dignitas ſit in ipſa eccleſia vacante, ſiue in alia: puta quia archidiacono in eccleſia cathedrali hoc cõpetit: vel in eccleſia collegiata hoc competit archidiacono: qui tamẽ ipſius eſt canonicus.

o *Cum eius emolumento.* ergo ſecus ſi iuriſdictio tantum.

p *Speciali.* puta ſtatuto facto in fundatiõe dignitatis vel eccleſię. 18. q. 2. Eleutheri⁹. de cõſu. cũ dilect⁹. vel re iudicata. de re iud. c. cũ inter. vel arbitrio. de ꝑſcri. cũ olim. de arbi. cũ olim.

q *Extendi.* ſi. ſ. de offic. ordi. præſenti. §. porrò. lib. vj.

r CVm conceſſa.} Se ſummat inducẽs ius nouũ & æquiſitũ. CASVS. Fuit aliquis valde ambitioſus, qui quotidie nõ penſabat aliud, niſi quomodo poſſet habere beneficia vel dignitates: quid fecit? ipſe videns ꝙ erat religioſus, dixit: ego non poſſum habere beneficia: quia nõ poſſum eligi nec poſtulari ſine licẽtia mei ſuperioris. Certe (dixit ipſe) ego vadã ad eum: impetrabo licentiã vt ego poſſim eligi: vel ꝙ mihi poſſit prouideri de aliquo beneficio. quæro an per talẽ licentiã impetratã à meo ſuperiori poſſim obtinere beneficia? Reſp. papa ꝙ non: cũ iſta conceſſio licẽtiæ paret viã vitio ambitionis. hoc dicit. Cum licentia cõceſſa religioſo à ſuo ſuperiori vt ipſe religioſus poſſit dare aſſenſum, id eſt conſenſum electioni vel prouiſioni: ſi quã electionẽ vel prouiſionem cõtigerit de eo fieri, paret, id eſt preparet viam vitio ambitionis: eam licentiam ſic conceſſam volumus exiſtere,

*[a] Quæ intelligitur de bonis eccleſiaſticis. ſecus ſi erant patrimonialia ipſius prælati. In talib⁹ enim nõ ſuccedit eccleſia, ſed propinqui. 12. q. vlt. c. fin. & q. 3. quicunque. Ad quẽ autem ſpectat talium cuſtodia, dixi in cap. quia ſæpe. & ca. ſi cui. ſ. eo. lib. 6. Pet. de Anchar.*

*[b] Ibi dicit Panor. per hanc gloſſã quòd nõ valet cõſuetudo inducens corruptionem iudicis. et an mala conſuetudo excuſet à pœna, vide gl. ca. cum venerabilis. de conſue. Lo. ſingu. 19. Frã. Cremen. ſingul. 169. Font.*

## Idem.

*Conceſſio licentiæ generalis religioſo de conſentiendo electioni factæ vel fiendæ, non valet. Io. de Imo.*

### CAPITVLVM VIII.

CVm cõceſſa[r] religioſo à

*Mouet dubiũ, ſoluit, et literæ reſpondet.*

*Cõſuetudo contra ſua reprobans cõſuetudinem induci poteſt.*

*[c] Not. quòd conſtitutio declarans aliam recipit ampliationes et limitationes conſtitutionis declaratæ. Cardi. Font.*

*[d] No. Imo. quòd ſimpliciter damnata cõſuetudine, intelligitur de præterita, non futura. Fontanus.*

*Gloſ. ſe. dat tria exempla.*

*Ordo literæ.*

exiſtere, id eſt eſſe: nullius firmitatis, id eſt nullius valoris. A No. ambitionẽ reprobari, ꝑ hoc. vij. q. j. ambitionis. e. tit. auaritiæ. & c. quorundã. lib. vj. Nota quòd nõ eſt aperienda via vitijs, ſed potius præcludẽda. C. de indi. vidu. l. ij. in fi. Zabar.
a *Superiore.* qui ſine capitulo ſolus hoc poteſt. ŝ. e. ſi religioſus. ij. reſpõſo. lib. vj.
b *Promiſsioni.* latum verbum, quod comprehẽdere poteſt nominationem, poſtulationem, præſentationẽ, & collationẽ. & facit quod. no. ŝ. e. ſi compromiſſarius. §. idem. in fi. vlti. glo. lib. vj.

ſuperiore [a] ſuo licẽtia, vt electioni vel ꝓuiſioni [b] (ſiquam [c] de ipſo cõtigerit fieri) ſuũ dare poſsit aſſenſũ, ambitionis [d] vitio viã paret, nullius [e] eam exiſtere volumus firmitatis. [f]

DE RENVNTIATIONE.

Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Renuntiatio dignitatis vel beneficij facta per procuratorem ad hoc conſtitutum, tenet, licet prius procurator fuerit reuocatus, ipſo tamen & ſuperiore cui ſiebat ceſsio ignorante, niſi per malitiam ipſorum vel aliorum reuocatio ipſis fuerit occultata. Ioan. Andr.*

CAPIT. VNIC.

CVm illuſio & variatio in perſonis eccleſiaſticis [g] maximè [h] ſint vitãdę, pręſenti cõſtitutiõe ſancim⁹, vt ſi quis ad cedendũ [i] pontificali aut alij cuilibet dignitati † vel beneficio procuratorem [k] ſpontè [l] ac liberè [m] cõ- B

Gloſ. ſeq. textũ iuſtificat, & prorogat.
c *Si quã* licet hic videatur reprobare licentiam generalẽ, & meritò, quia forſan eligeretur ad locum cui non expediret illum præfici, & forſan prælatus licentiam ſpecialem daturus non eſſet ad illum, tamen credo idem in ſpeciali. vel ſi exprimatur locus, vtpura quòd conſentire poſſet, ſi eligatur ad talem prælaturam fortè vacantem, cum ibi etiam ſubſit ratio ambitionis quæ ſequitur.

*a Nam rei quæ non eſt vel eſſe neſcitur, priuilegium non conceditur, de eccleſi. ædi. c. ad audientiam, & de deſpon. impube. ad diſſoluendũ. vbi de hoc vide quod not. Ioan. And. ſupra eo. ſi cõfirmationem. lib. 6. Pe. de Anchar.*

d *Ambitionis.* quæ ſæpe religioſorum oculos excæcat. ŝ. eo. quorundam. in princ. lib. vj.
e *Nullius.* per hoc dico ꝙ etiã electioni prius factę ipſo ignorãte cõſentire nõ poſſet, quaſi ſuper certo dãda ſit talis licẽtia. facit de cõceſ. præbẽ. c. j. lib. vj. verſi. ſubiunctum. in fi.

Gloſ. ſe. exponit literã, & ꝓbat inductiuè rationẽ per q̃ cõtrariũ ſeruabatur. ſecũdò ſoluit queſtionẽ de clerico ſeculari.
f *Firmitatis.* ſi ergo ex tali licẽtia cõſentiret, cõſenſus nõ valeret, & priuatus eſſet omni iure ſibi ex electione queſito. ŝ. eo. ſi religioſus. j. reſpõ. lib. vj. Et ſatis videbatur hoc eſſe de mẽte veteris iuris, inquantũ prædi. decr. j. & ij. reſpõ. loquitur de electione facta, & eod. tit. quàm ſit. Tamẽ tenebamus contrariũ, dicentes ꝙ ſicut malè facit abbas abſoluẽs monachũ ad aliud monaſteriũ, niſi illud habeat paratum, & cõſtet ꝙ illum recipere velit: tamen valet ſi hoc facit. & de hoc per Inno. de renũ. c. ſi. per Hoſti. de iureiu. ſicut ex literis. ita malè faciebat prælatus talẽ dando licentiã, tamen data tenebat, per quod videtur ꝙ valeret talis licentia ſi daretur clerico ſeculari de cõſentiendo & trãſeundo, quia quo ad ſolũ cõſenſum nõ eſt neceſſaria. propter vim enim profeſsionis magis notatur ambitio in profeſſo. Et licet actiua poteſtas eligẽdi nõ detur ad beneficiũ non vacãs. de cõceſ. præbẽ. cõſtitutus. paſsiua bene datur. de trãſla. c. ſi. de fil. presby. c. j. & ij. lib. vj.

*Eligendi poteſtas eſt duplex.*

DE RENVNTIATIONE.

*Continuatio.*

Dictũ eſt. ŝ. tit. proxi. de modis medijs acquirendi beneficia eccleſiaſtica, videlicet electione, poſtulatione, ꝓuiſione: veruntamẽ beneficia modis ſupradictis acquiſita aliquoties perduntur ſeu dimittuntur, & illud accidit per renuntiationem, reſignationem, ſiue ceſsionem, quod idem eſt. idcirco poſt rubricam præcedentem ponit rub. de renuntiatione.

*Diuiſio.*

CVm illuſio.] Ponit dictum, & exceptionẽ à dicto ibi, Niſi fortè. CASVS. Abbas noſtræ dominæ de Exulduno, vel prior aliquis, forſan ſancti Paterni, cõſtituit ꝓcuratorem ſuũ ad reſignandũ beneficiũ ſuum in manibus ſui ſuperioris. facta cõſtitutione procuratoris ad renuntiandũ beneficio ſuo vel abbatiæ ſuæ, ipſe vel prior conſtituẽs pœnitentia ductus reuocauit huiuſmodi procuratorem, ſed ipſam reuocationem nõ notificauit nec inſinuauit ipſi procuratori, nec ſuperiori in cuius manibus erat fienda renũtiatio. procurator cõſtitutus ignorans iſtã reuocationem, hoc eſt ignorans ꝙ fuit reuocatus, renuntiauit, id eſt reſignauit huiuſmodi beneficiũ in manibus ſuperioris, quæ renuntiatio fuit admiſſa per ſuperiorem. quæritur vtrum teneat renũtiatio ſiue reſignatio, & vtrũ ſuperior poſsit illud beneficiũ conferre alteri? Dicit ꝙ cum illuſio ſit reprobata in perſonis eccleſiaſticis quę debent mõſtrare exemplũ bonitatis cæteris hominibus, ideo valet renuntiatio facta per procuratorẽ: & collatio alteri facta per ſuperiorẽ valet, ac ſi nunquã fuiſſet facta reuocatio per ipſum conſtituentẽ. Et hoc niſi ipſe cõſtituens notificauerit ꝓcuratori vel ſuperiori ipſam reuocationẽ, quia ſi cõſtituens (puta abbas prædictus) notificaret qualiter ipſe reuocauit procuratorẽ ſuũ, tunc talis procurator nõ poſſet reſignare dictũ ſuũ beneficiũ. Sed vtrũ iſtud indiſtinctè ſit verum, etiã ſi per procuratorẽ ſteterit quo min⁹ reuocatio fuerit ſibi notificata, quia fortè ꝓcurator intelligẽs reuocationẽ factã, celauit ſe ne ſibi notificaretur ꝙ ipſe eſſet reuocatus, vel forſan ipſe ꝓcurator fecit detineri nuntiũ in itinere, vel ſi fortè ſteterit per ſuperiorẽ ne notificatio reſignationis perueniret, vel fortè ſtetit per extraneũ, dicit ꝙ tunc renũtiatio ſiue ceſsio vel reſignatio beneficij habetur ꝓ non facta, & intimatio ſeu notificatio reſignationis habetur pro facta. hoc dicit H. r. Not. primò caſum in quo ſufficit quòd reuocatio perueniat ad procuratorem. rationem reddit glo. in verbo, ignorantem. No. ſecũdò ꝙ reuocatio ꝓcuratoris poteſt fieri expreſsè & tacitè. ꝓbat verbum, quomodolibet. iũcta gl. Zabarel. Not. ꝙ quis poteſt renũtiare beneficio per procuratorem. Pro hoc vide glo. ſuper verbo, procuratorem. Nota principiũ huius tex. ad quod allegatur, ꝙ maior conſtantia & honeſtas requiritur in perſonis eccleſiaſticis quàm in cæteris, ideo variatio magis reprobatur in clericis quàm in laicis. nã laici ſe conformant vitæ clericorũ & prælatorũ, iuxta illud. Si peccauerit vnctus, faciet peccare populũ. & dic vnctus, id eſt clericus vel prælatus. Not. ꝙ varians nõ eſt audiendus. l. ſi quis C. de iureiuran. Not. principalẽ effectũ, ꝙ ſiquis reuocauerit procuratorẽ ſuũ, & nõ notificauerit reuocationẽ, ſi aduerſarius fecerit impẽſas, ipſe reuocãs tenetur ſoluere expenſas. No. ꝙ paria ſunt notificatio reuocationis, vel ſi ſtetit per ꝓcuratorem vel per aliũ quo minus reuocatio veniret ad eius notitiã, & hoc quo ad audiendã renũtiationem & effectũ ipſius. Sed quæritur, quid iuris ſi conſtituens nõ notificauit reuocationẽ, ſed ipſe ꝓcurator fuit aliũde certioratus ꝙ ipſe eſt reuocat⁹, fortè per aliquos vicinos vel extraneos, reddẽdo ei inſtrumentũ reuocationis, vtrum hoc ſufficiat? Dicendũ ꝙ ſufficit ꝙ fiat ſibi notificatio: & nõ refert, id eſt nõ eſt curæ per quẽ notificatio fiat. Sed quid in tacita reuocatione, quia cõſtituens eſt mortuus, vtrũ valeat renũtiatio ſiue reſignatio beneficij poſtea per procuratorẽ facta? Dicendũ eſt ꝙ nõ, quia per mortẽ cõſtituentis beneficium erat vacãs. Et hoc fuit practicatum in archiepiſcopum Toloſanũ, qui licet haberet archiepiſcopatum per renuntiationem ſeu reſignationem, tamẽ neceſſaria fuit alia collatio. C

*† Sub iſta voce dicit Car. per tex. hũc nõ cõprehendi epiſcopatũ, idem Fel. in rubri. de maio. & obedi. col. 6. Fonta.*

*Perſonæ eccleſiaſticæ debent eſſe conſtantiores reliquis.*

Cum illuſio. determinat no. per Inno. ŝ. eod. titu. veniens. quæ quaſi ad literam no. Archi. ŝ. e. c. ij. lib. vj. Item per Gof. Inno. & Hoſtien. & Aegi. ŝ. eo. quidam. Ioan. And.

*Gloſ. ſeq. dicit quid determinat.*

Gloſſa ſequens alleg. duas concor. vbi idem verbum habetur, & illud exponit.

Illuſio. idem verbum de poſtu. præla. bonæ. ij. ver. nec obſtabat. de re iudi. cum olim. de ali. iudi. mu. cau. fa. ca. j. de appella. ſuggeſtum. de præben. dilectus. ff. de re iud. ſi prætor. de Iudæ. in nonnullis. j. de re. permu. ca. vnico. Et ponitur pro deceptione vel deriſione.

*Illuſio quid ſignificat.*

g *Eccleſiaſticis.* de iure pa. cum autem. ŝ. de elect. publicato. & eo. titu. nulli. lib. vj. viij. q. ij. dilectiſsimi.
h *Maximè.* hoc dicit, quia etiam laicis regulariter prohibetur variatio: de quo ſatis not. de reg. iur. quod ſemel. lib. vj.

Gloſſa ſequens quærit, opinionem ponit quæ contrario reſpondet. ſoluit, & de alio caſu remittit.

i *Cedendum.* quid de procuratore dato ſolũ ad petendam licentiã cedendi? Dicebat Vin. de elec. cũ poſt petitã. per ver. ibi, obtentã. & Inn. in decr. quidã per decre. lectæ. eo. titu. ꝙ valet reuocatio etiã poſt petitionem præſentatam ſuperiori. Nec ob. quod dicitur de poſtulatione, cum iſta non fiat ita publicè & ſolẽniter vt illa, & cum hic nullius interſit. & ſic ſoluitur de poſtu. bonæ. ij. ver. nec obſtabat. Sed ſi ſuperior ignorans reuocationem, dedit licentiã, tenet licentia ſecundum Inno. quamuis ſecundum eum diſtingui poſſet, an per procuratorem, an per nuntiũ petierit ceſsionẽ. ad quod facit litera ſequens, & quod. j. dicẽ. Satis dici poſſet per hanc decre. ꝙ ſi procuratori ad hoc conſtituto & hoc petenti, data ſit licentia cedendi priuſquam reuocatio peruenerit ad procuratorẽ vel ſuperiorẽ, ceſſante malitia cogatur cedere, per decre. quidã. De poſtulatione verò poſt reuocationem ſuperiori præſentatã quid iuris, ſcripſi poſt Hoſtien. in prædic. decr. bonæ. ver. nec obſtabat. ſuper verbo, videretur. D

*Procurator ad petendã licentiam cedendi datus, quando poteſt reuocari.*

k *Procuratorem.* nõ video ꝙ quo ad hoc ſit ius diuerſum, an conſtituat vnum vel plures inſolidum vel coniunctim, laicũ vel clericum. de procu. c. j. lib. vj. videtur tamẽ tutius conſtituere clericum. facit quod ſcripſi de procur. accedens.
l *Spontè.* ſecus ergo ſi per iuſtum metum.
m *Ac liberè.* poteſt reſpicere libertatẽ conſtituẽtis. & facit. ŝ. de ꝓcu. accedens. & libertatẽ cõſtituti. ſ. purè, non in diẽ vel ſub



ſub conditione. ſed hoc caſu putarẽ idem, ſi tamen ante ceſſionem & notitiã reuocationis dies vel conditio eueniſſet, cum extunc cenſeatur pura. ff. qui po. in pig. ha. l. potior. ij. reſpon. & facit de reſcrip. ſi pro te. lib. vj. & quod ibi not.
a *Ignorantem.* planum eſt ergo, quòd ſi reuocatio perueniſſet ad ꝓcuratorẽ, ſatis eſſet per hanc literam. & ſit ratio, quia talis procurator cenſetur conſtitutus ad negotium, in quo ſufficit ꝙ reuocatio ad ipſum peruenerit. ff. man. ſi mandaſſem. ſupra de reſcript. ex parte decani.
i Generalem.] Casvs. Viſum eſt.ſ. qualiter requiritur certa ætas in præficiendis, nunc quæritur vtrum requiratur certa ætas in ordinandis? Et reſpon. ꝙ ſic, quia in ſubdiacono requiritur quòd compleuerit decimumſeptimum annum, & quòd attigerit decimumoctauũ. In diacono requiritur quòd compleuerit decimumnonum, & quòd ſit in.xx. In presbytero requiritur ꝙ cõpleuerit.xxiiij. annũ, & quòd ſit in.xxv.anno. In minoribus verò ordinibus ſufficit ꝙ fuerit extra infantiã, & compleuerit ſeptimum annum.h.d.H.r. Colligo aliqua notabilia, primò, ꝙ quis nõ poteſt promoueri ad diaconatus ordinẽ, niſi ſit in.xx.anno: nec ad presbyteratum, niſi ſit in.xxv. Sed quæritur, vtrum defectus ætatis impediat receptionem ordinis? Dicendum quòd nõ, immo quis in.xx.anno poterit recipere ordinẽ presbyteratus, ſed non habebit executionem illius ordinis donec attigerit ætatem legitimã, & ipſo iure eſt ſuſpenſus ab executione ordinum vſque ad illam ætatem legitimam. & ſi quis presbyter in ætate minori.xxv.annorum celebraret, tunc contraheret irregularitatem. Nota dictionem verò, vt ſupra in ca.conſtitutionem.de elec. etiam videbis dictionem, decernimus. Nota quòd ad receptionẽ ordinum requiritur vt ordinato non obſtet aliquid canonicum. ſupplet Pau. ſcilicet impedimentum. de ſent.excom.quod de his.& ca.quãuis.puta ſecũdum Gem. irregularitatis defectus vel vitium.de corpo. viti. per totum. Zabarella.

Gloſſa ſeq. commendat cap. & dicit quid corrigit, & quid determinat, & obiectionem ſoluit.

Generalem. breue & ſumme neceſſariũ propter cõſtitutionem.ſ.proxi. Determinat autẽ ætatem ſacrorum ordinũ, & corrigit canones.lxxvij.diſt.peruenit.per totum.lxxviij.di.ca j.&.iij.& vlti.&.xxviij.diſt.de his.in quibus dicebatur ꝙ habens.xx.annos ſubdiaconus.xxv.diaconus. xxx.presbyter fieri poterant, & debebant eſſe anni cõpleti.& ibi determinat etiam no. de elect.cũ in cunctis.§.inferiora.de temp. ordi.vel non eſt cõpos. Et ſine dubio, licet hæc decret.optimè cõiungatur proximæ, melius tamen intitulata fuiſſet ſub rub.de tẽp. ordi. iſta enim rubrica tractat de ætate & qualitate eorũ qui præficiuntur. illa de qualitate illorum qui ordinantur, ſed propter connexitatẽ ſic trãſit. & eſt ſimile quod dixi ſ.eo.ad aures.

*In xviij. anno ad ſubdiaconatum. In xx. ad diaconatum. In xxv. ad presbyteratum poteſt quis liberè promoueri. h. d. Ioannes Andreæ.*

## CAPITVLVM III.

Generalem [i] eccleſiæ obſeruantiã [k] volẽtes antiquis [l] iuribus in hac parte præferri, decernimus,[m] vt alio non obſtante impedimẽto canonico, poſsit quis liberè [n] in decimooctauo [o] ad ſubdiaconatus, in vigeſimo ad diaconatus,[p] &

Gloſſa ſequens allegat ſimile. probat obſeruantiã. ponit opinionem quam impugnat, & expedientiam huius iuris. in ſi. quærit & ſoluit, & de alia quæſtione remittit.

k *Obſeruantiam.* ſimile.j.de ap.quanuis. Procedebat autem hæc obſeruantia à præalleg.§.inferiora. quia cum ibi de ætate antiquorum canonum in ſacerdotio demãdatur.v.anni & plus, quia qui.xxv.attingit, poteſt fieri ſacerdos: ita videbantur.v. demendi de ætate diaconi & ſubdiaconi, per quem etiam in xv.dabatur ſubdiaconatus. nec mirum ſi dicebantur antiqui canones in hoc correcti. nam per illos ſeruabantur interſtitia temporum inter ordinem & ordinem, quæ hodie non ſeruantur. Vnde laicus in carniſpriuio, in feſto reſurrectionis presbyter eſſe poſſet. Sed Hoſtien. dicens antiquos canones ſeruandos, dicebat quòd in.§.inferiora. diſpenſabatur in ætate propter curam animarum & ſecundum Innoc. ſuberat neceſsitas, ex quo vocatus fuerat ad beneficium quod requirebat ordinem. Sed mirandum eſt hoc. cum enim ſine aliqua diſpenſatione promoueatur ad curam, ergo & ad ordinem annexum curæ. Item ſonat in abſurdum, quòd maior.xxiiij. annis poſsit habere curam & ſacerdotiũ, & non ſolùm ſacerdotium. Item aliud abſurdum quia ſecundum id eadẽ erit ætas epiſcopi & ſacerdotis. quare ſæpe clamaui in ſcholis, & ad curiam ſcripſi, & præcipuè domino Richardo ſancti Euſtachij diacono cardinali, vt determinaretur hæc ætas: quod ſummè fuit neceſſarium propter proximam decretalem. aliàs innumeroſæ & inextricabiles quæſtiones emerſiſſent. Volens enim habere vocem in capitulo maior.xiiij.minor.xx.recepiſſet ſubdiaconatum, fuiſſet obiectum illum nihilo minus excludendum, quaſi non ritè promotum propter defectum ætatis, iuxta illud quod not.de præben. ei cui. lib.vj. Ipſi replicaſſent antiqua iura correcta per deſuetudinem, & per.§. inferiora. contra quos duplicatũ fuiſſet de prædicta opinione Innoc. & Hoſtien. quam etiam ſequitur Archidia. in dicta decre.ei cui. Sed quid de promotis ante hanc decretalem intra hanc ætatem? puto ſatis eſſe quòd nunc ſint in ætate. ſ. de temp. ordi.vel non eſt. Si verò nec adhuc ſunt in ætate, excludentur ab executione ordinis vſque ad ætatem legitimam, vt ibi. de ordinato verò intra pubertatem ad ſacros, an teneatur continere, not. & ſcripſi de cle.per ſal. promo.cap. vnico.

*Laicus in carniſpriuio poteſt in paſcha eſſe presbyter.*

l *Antiquis.* allegatis in.j.gloſ. Sed contra, quia canon antiquus.lxxvij.diſ.c.j.permittebat quem ſubdiaconari in.xiiij. anno. Sol. illud verum, computationem inchoando poſt infantiam, vt ibi not.

m *Decernimus.* non dicit declaramus. quod facit pro opi. Inno.& Hoſtien.

n *Liberè.* id eſt ſine diſpenſatione, & dato quòd non habeat beneficium quod ordinem requirat.

o *In decimooctauo.* intelligo inchoato. ſatis eſt ergo quòd attigerit, vt in.§.inferiora.& idem de ſequentibus. Certum eſt enim quòd maior.xvij.eſt in anno.xviij.nec litera requirit quòd ſit.xviij.annorum, ſed in.xviij.olim ſecus, vt dixi in j.gloſ. Not. per hanc decretalem coniunctam ſupra cap. proxi.j.reſpon.hodie puberem non habere vocem in capitulo, niſi exceſſerit. xvij.annum.

p *Diaconatus.* licet in anno. xx. poſsit quis eſſe diaconus, non per hoc putes quòd poſsit eſſe archidiaconus. De ætate enim promouendorum ad dignitates terminata per.§. inferiora.nihil hic immutat, aliàs ſequeretur quòd cũ ſubdiaconus poſsit in epiſcopum eligi.eo.titul.à multis.& maior.xvij. ſubdiaconus eſſe poſsit, vt hic: ergo poſſet eligi: quod eſt falſum.

*Archidiaconus quis eſſe non poteſt in.20. anno.*

Anno.



a *Anno.* ſi prius ordinatur, ſuſpenditur ordinans à collatione ordinum: & ordinatus ab executione ipſius ordinis vſq; ad ætatem legitimam.de tempo.ordi.vel non eſt.& per prędict.decre.eod.titu.dilectus.non puto epiſcopum circa ętatem hanc diſpenſare poſſe.

in vigeſimoquinto ætatis ſuæ anno [a] ad presbyteratus ordines promoueri [b].

b *Promoueri.* ſed quæ eſt ætas minorum ordinum? Dic quòd maior infantia. xxviij. diſtin.de his.de tempo. ordi. nullus.lib.vj.lxxvij. diſtin.cap.ij. & vide quod ibi notaui in ſumma.& cap.ſuper inordinata.de præb.

## DE OFFICIO Vicarij.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Iura loquentia de eccleſiis curatis, locũ habent quo ad tria in vicariis perpetuis eccleſiarum parochialium. Ioan. And.*

## CAPIT. VNICVM.

Qvæ de eccleſiis curam [c] animarum habentibus per receptionem aliarũ ſimilium amittendis [d], Ac de ipſarum [e] rectoribus promouẽdis [f] ad ſacerdotium [g], Et de eorum [h] ætate [i] à iure ſtatuta noſcuntur: in perpetuis [k] eccleſiarum parochialium [l] vicariis & aſſumptis ad eas volumus [m] obſeruari.

DE OFFICIO Vicarij.

*Continuatio.*

Iſta rubrica cõtinuatur ad præcedentes. Dictũ eſt ſupra per diſcurſum titulorum de promotione clericorum ad beneficia eccleſiaſtica: verum quia ſic promoti, quandoq; ſub ſe habent vicarios: ideo annectitur hæc rubrica, de officio vicarij.

*Diuiſio.*

Qvæ de eccleſiis.] Se ſummat, tria dicẽs. Secũda ibi, Ac de ipſarum. Tertia ibi, Et de eorũ. Casvs. Iſtud capitu. ſecundum gloſſ. ſeipſum ſummat: & decidit tria dubia. Caſus ſic poteſt poni ſecundum primum dubium. Cauetur in capit.de multa.de præben.& dignit. in antiq.& in conſtitutione, execrabilis. quòd ſi obtinens eccleſiam parochialem, dignitatem, perſonatum, aut beneficium acceptet & apprehendat pacificam poſſeſsionem illius beneficij ſecundi ſeu dignitatis, vacat prima eccleſia ſeu primum beneficium. Sed quæritur vtrum ſit idem de vicaria perpetua, vt ipſa vicaria perdatur per aſſecutionem ſecundæ vicariæ perpetuæ, ſicut perditur eccleſia parochialis, dignitas vel perſonatus? Et reſpondet Romanus pontifex quòd idem eſt. Nam quòd iura ſanxerunt circa eccleſias parochiales perdendas per aſſecutionem ſecundi beneficij, illud idem ſanxerunt in vicariis perpetuis. Secundum dubium oritur ex cap.licet canon.de elect. lib. vj. vbi dicitur quòd promotus ad eccleſiã parochialem debet facere ſe promoueri ad ordinem presbyteratus intra annum numerandum à tempore habitæ pacificæ poſſeſsionis. Sed ponamus quòd quidam fuit promotus ad vicariam perpetuam: & ſic non erat rector, ſed vicarius perpetuus, quæritur vtrum promotus ſic ad vicariam debeat promoueri ad ſacerdotium intra annum numerandũ à tempore adeptæ pacificæ poſſeſsionis: & ſi nõ fuerit promotus: vtrum vacet illa vicaria perpetua? Reſpondet quòd ſic. Tertium dubium ſumitur ex capit.cum in cunctis.de elect.in antiq. vbi dicitur quòd promotus ad eccleſiam parochialem debet habere ætatem xxv. annorum. Quæritur vtrum ſit idem in promouendo ad vicariam perpetuam? Reſpondet Romanus pontifex quòd ſic. hoc dicit. H.r. Colligo aliqua notabilia. Et primò iuncta gloſſ. quòd ſi obtinenti eccleſiam parochialem conferatur alia eccleſia parochialis vel vicaria perpetua eccleſiæ parochialis: & habuerit iſtius eccleſiæ ſecundæ adeptæ pacificam poſſeſsionem: immediatè & ipſo facto vacat prima parochialis: & poterit ſuperior cui ſpectat collatio illius eccleſiæ, illam conferre etiã non vocato poſſeſſore. Nõ. quòd ſicut promotus ad eccleſiam parochialem debet promoueri intra annum ad ſacerdotium: ita etiam promouendus ad vicariam perpetuam, debet promoueri ad ſacerdotium intra annum. Nota quòd in promouendo ad vicariam eccleſiam parochialis requiritur ætas xxv. annorum: quia iſta ætas requiritur in promouendo ad eccleſiam parochialem. Nota de vicario perpetuo, ex quo nota eſſe dare etiam temporalem: vt patet in iuribus allegatis in gloſſ. in ver. perpetuis. Nota quòd verbum volumus, eſt inductiuum noui iuris, quod colligitur ex gloſ.vlti.& ideo vtitur verbo, volumus. Franc. de Zabarella.

*Sacerdos debet eſſe intra annum promouendus ad beneficium curatum & ad perpetuam vicariam.*

c *Curam.* in foro iudiciali vel pœnitentiali: vt ſcripſi poſt Inno.& Hoſt.de præben.de multa.

Gloſſa ſequẽs remittit ad caſus exceptos: & dubium ſoluit.

d *Amittendis.* niſi in caſibus exceptis, quos collegi ſupra de præben.de multa.& puto quòd etiam conſtitutio Ioan.xxij. execrabilis. locum habeat in his vicariis: cùm expreſsè loquatur de beneficiis & officiis curatis.in §.qui verò.

e *De ipſarum.* eccleſiarum curatarum: & intellige de non collegiatis.de elect.ſtatutum.lib.vj.



Gloſſa ſequens ponit vnam differentiam: & dubium ſoluit.

f *Promouendis.* intra annum. de elect. licet canon. lib. vj. & quando incipiat currere, ibi patet, & eod.tit.commiſſa. Et in hoc differt à commenda talis vicaria: quia commenda parochialis eccleſiæ non poteſt fieri niſi ſacerdoti.de elect.nemo deinceps. lib.vj. vicaria ſicut & rectoria.de inſtit.c.ij. libr.vj. concedi poteſt non ſacerdoti, dummodo ſacerdos fieri poſsit: vt hic, & eo.tit.cap.ſi. Et ſcias ꝙ pœna ipſius decr. vlti. non eſt ſublata per iſtam. quod eſt dicere, quòd etiam intra annũ ſi moniti non promouentur, priuari poſsũt: ſicut de rectore no. quo ad pœnam.§.inferiora. in decre. licet canon.in gloſ.antepe.in prin.

Gloſſa ſequens dicit quid reprobat. quærit, arguit negatiuè, contrarium ſoluit, & in contrarium allegatis reſpondet.

g *Sacerdotium.* in hoc corrigitur quod no. Arch.de elect.licet canon.lib.vj.in ver.is etiam. vbi tenebat in perpetuis vicariis illud capitulũ locũ nõ habere, cũ de rectore loquatur: vt ibi patet. Sed nunquid epiſcopi cum iſtis vicariis ſuper differendo ſacerdotio per ſeptennium poterunt diſpenſare ſecundũ formam cap.cũ ex eo.de elec.lib.vj.? Videtur quòd non. fortius enim adſtrictus eſt vicarius ad reſidentiam perſonalem quàm rector.de præben.extirpandę.§.qui verò, Itẽ vicarius non dat vicarium.eo.tit.clericos. Contrariũ puto [a] per decr.iſtam, & quia decre.cùm ex eo generaliter permittit epiſcopos diſpenſare cũ his qui obtinent eccleſias: quod verbum ita includit vicarios vt rectores. Item ratio permiſſionis illius eſt commune ius iſtis vt illis, ergo idem ius. de conſtitut. tranſlato. Ad decret. clericos, reſpondeo quòd hic vicarius non dabit vicarium: ſed epiſcopus diſpenſans: ſic vt aliàs loco rectoris: ita & hic loco perpetui vicarij ponet vicarium ſeptennalem: vt in decretal. cum ex eo.§. porrò.

*Vicarius perpetuus poteſt ex diſpẽſatione epiſcopi vſq; ad ſeptennium differre ſacerdotium.*

*a Glo. ſingul. ſecundum Fel. c. ſi. de ſimo. col. iij. Panor. c. at ſi clerici. §. de adulteriis. de iudi. ꝙ poteſtas diſpenſandi non eſt ſtrictè interpretanda.*

h *Eorum.* ſcilicet rectorum.

i *Aetate.* ſcilicet quòd attigerint xxv. annum. habetur hoc de elec.cùm in cunctis.§.inferiora.eo.tit.licet canon.lib.vj. Et dico quòd ſicut cum rectore non diſpenſat epiſcopus in ætate.de æta.& quali.c.vnico.lib.vj.ita nec cum vicario, per hanc literam.

k *Perpetuis.* in temporalibus ergo non habet hoc locũ, de quibus ſupra de appel.peruenit.ij.de cle.non reſi.c.penu.de voto.c.j.de elec.cùm ex eo.lib.vj.de reg.beneficium.eo.lib. Sic & alibi diſtinguimus vicariam perpetuam à temporali. de reſcri.poſtulaſti.de fil.presby.conſtitutus. & c. Michael. Perpetuos autem vicarios cognoſcas per id quod habes eo. tit.ad hoc.de præben.extirpandæ.§.qui verò.de cap.mo.cã. vnico.lib.vj.

*Vicarius eſt & perpetuus & tẽporalis.*

l *Parochialium.* de his loquitur, & non ſimpliciter de curatis: quia ſolũ in eccleſiis parochialibus annexis perpetua vicaria videtur permiſſa: & non ſimpliciter in beneficiis curatis, per decr.extirpandæ.§.qui verò.de præben.

*Vicaria perpetua in quibus eccleſiis eſt permiſſa.*

Gloſ. ſeq. obiicit quòd vti debuerat verbo declarationis, & ſoluit.

m *Volumus.* probari videbantur hæc per antiqua iura. primũ de pluralitate.ſ.e.c.j.& c.prouideas. ſecundũ de ſacerdotio.ſ.e.tit.c.ſi. tertium de ætate probari poterat per eandem decr.ſi. quæ probat eum curatũ: & per decr.ſuper e.de præb. lib.vj. Sed quia licet decre.j.prohiberet eũ habere vicariã cũ eccleſia: & decr. prouideas, prohiberet illum plures habere vicarias: non tamen priuabant illum prima per adoptionem ſecundæ. Item licet decr.vlt.præciperet illum fieri ſacerdotem: nõ tamen priuabat illũ hoc non facientẽ. Idẽ de ætate. ideo vtitur verbo volumus, nõ verbo declaramus, prorogando his caſibus pœnas iuris ad tales vicarios. & fortè ſatis erat de mẽte: vt in primo caſu no. Ber.ſ.e.c.j. de ſecundo probat decre.commiſſa.de elec.lib.vj. quæ ſic latè in ſuo princ. ponit ver.commiſſa. de tertio ſatis patet vbi ponimus ſecundum. Siue ergo recipiat talis vicarius ſimilẽ vicariam, ſiue dignitatem, perſonatũ vel beneficium curatũ: vacat prima. Idem ſi conuertas: vt quia habens dignitatẽ, perſonatũ vel beneficium curatũ, recipit talem vicariã: vacat prima. De dignitatibus verò & perſonatibus hic ſubticuit: quia nõ conueniebat illis quod hic de ſacerdotio dicitur.

## DE OFFICIO ET POTEſtate iudicis delegati.

*Continuatio.* Viſum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro pœnitentiali: nunc videndum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro iudiciali & contentioſo.

Iudices. Præſupponendũ eſt primò quòd ille cui à ſede apoſtolica commiſſum eſt nudum miniſteriũ, debet illud in propria perſona exercere: ita ꝙ non poteſt alteri vices ſuas committere ſeu ſubdelegare, ſecus eſſet ſi haberet iuriſdictionem delegatam. l. à iudice. C. de iudi. Secũdò præſupponendum eſt illud quod dicitur in capite ſin. eodẽ titu. in antiq. videlicet quòd ille cui papa committit propter induſtriã ſuæ perſonæ: talis non poteſt ſubdelegare nec cõmittere aliis vices ſuas. CASVS. Tu & ego habebamus cauſam in qua proceſſum fuit vſque ad productionem teſtium hincinde ſuper petitione tua & ſuper meis defenſionibus: quia tamen teſtes erant in patria lõginqua & multum diſtantes à nobis, nec commodè venire potuiſſent niſi cum magnis ſumptibus & expenſis: papa commiſit vices ſuas alicui iudici de receptione & examinatione iſtorũ teſtium. Accidit quòd iſte commiſſarius papæ fuit impeditus, & nõ potuit vacare receptioni & examinationi teſtium, & voluit ſubdelegare alium qui reciperet & examinaret. Quæritur vtrum poſſit? Dicit Romanus pontifex quòd ſic. nam iſte deputatus ſeu delegatus non eſt nudus miniſter, nec recipit nudum miniſterium: ideo poteſt vices ſuas ſubdelegare. ſecus ſi reciperet nudum miniſterium: puta ſolam examinationem ſine iuriſdictione. Sed quid ſanctiſſime pater ſi aliquis fuit datus executor ad prouidendum aliquibus certis clericis de aliquibus beneficiis in genere: puta quia mandauit executori vt prouideret iſti & iſti contentis in reſcripto de beneficio, ſi eſſent vitæ laudabilis & honeſtæ conuerſationis. Si iſte executor fuerit impeditus, vtrum poſſit alium ſubdelegare? Videtur quòd non: quia papa videtur elegiſſe ſuam induſtriam: & non fuit ei mandatum ſimpliciter, ſed ſub conditione. Tamen dicit Romanus pontifex quòd poteſt ſubdelegare, poſito quòd fuit ei mandatum ſub conditione ſi iſte eſſet vitæ laudabilis & conuerſationis honeſtæ, & per illam clauſulam non videtur elegiſſe induſtriam perſonæ, ſed ſolum declaraſſe officium: quia ſi illa clauſula non fuiſſet expreſſa, tamen tacitè intelligebatur. hoc dicit. No. quòd in cauſa criminali iudex non debet committere examinationem teſtium: ſed ipſe perſonaliter eos debet examinare. ſecus in cauſa ciuili: & tunc iudex cui committitur receptio & examinatio teſtiũ, poteſt alium ſubdelegare. No. quòd executor datus ad prouidendum alicui de beneficio, poteſt vices ſuas committere. Sed vtrum ſit dandus caſus in quo deputatus à ſede apoſtolica in cauſa ciuili ad examinandum teſtes, non poſſit committere alteri? Et dicendum eſt quòd ſic: videlicet ſi iſte qui vult ſubdelegare, non recipiat iuriſdictionem: ſed ei ſolum ſit delegatum nudum miniſterium, puta ad examinandum ſolum, & non ad recipiendum, iurari faciendum, & ad citãdum partem aduerſam vt det interrogatoria: quia tunc videtur ſibi commiſſa iuriſdictio, quam poſſet ſubdelegare. Et ſic nota quòd commiſſarius ad teſtes recipiendos & examinandos poteſt exercere omnia ſine quibus non poſſet negotium explicari: licet de illis nõ fiat mentio in reſcripto. Nota dictionem, ſolertem. Solers, tis, id eſt ſapiens, ingenioſus, ſagax, cautus. Nota quòd inquiſitio debet fieri cum ſolertia, in verbo ſolertem. quod expone vt in gloſ. quaſi. & concor. j. de ſtatu reg. ca. ij. No. quòd beneficiandi debent eſſe vitæ laudabilis & conuerſationis honeſtæ. ſimile infra de conceſ. præbend. clem. vnica. Zabarel.

*Delegatus etiã à papa quãdoque ſubdelegare nõ poteſt.*

Gloſ. ſeq. dicit quid primum: & ſecundum dictũ determinat: ponit differentiam inter iudicem & miniſtrum.

a *Iudices.* Se ſummat dicens duo. Et primũ determinat not. per Inn. & Hoſt. ſ. e. tit. c. ſi. & quæ ibi ſcripſi in vlt. glo. & de re iud. cum Bertholdus. & quæ ibi ſcripſi ſuper gl. ſed qualiter. Secundũ dictum approbat quod not. Io. Mon. ſ. eo. tit. is cui lib. vj. vbi tenet ꝙ ſi committitur executori examinatio illius cui eſt facienda prouiſio, vt ſit in forma pauperum, ꝙ ſubdelegare poterat. Et no. hoc principium quod dicit iudices: per quod patet ꝙ tunc demum talis receptor teſtiũ ſubdelegat quando iudex eſt: ſecus ergo ſi ſit nudus miniſter[a]:

*a Barba. in ca. quoniã contra falſam. colũ. xij. dicit per hanc gl. ꝙ nudum miniſteriũ nõ eſt delegabile. Font.*

## DE OFFICIO ET poteſtate iudicis delegati.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Iudex ad receptionem teſtium in ciuili, & executor ad prouidendum certæ perſonæ, cognitione præmiſſa à papa deputati licitè ſubdelegant. Ioan. And.*

### CAPIT. VNICVM.

Iudices [a] ſuper receptione teſtium in cauſa ciuili [b], Necnon [c] executores [d] ad prouidendũ aliquibus [e]: ſi per inquiſitionem [f] ſolertem [g] eos [h] eſſe vitæ laudabilis & conuerſationis honeſtæ repererint [i], à ſede apoſto-

A puta quia receptis teſtium iuramentis, examinatis articulis ſuper quibus producuntur, & interrogatoriis, ſecundũ quæ debet fieri examinatio: committitur id alicui expediẽdum. iſte enim nõ eſt iudex nec propriè receptor: ſed potius examinator ipſorũ teſtium: & talis actus fieret de feriato: vt no. Guil. in Spec. de fer. §. ij. ver. ſed quid ſi tunc. receptor autẽ, qui iudex eſt, cogit teſtes: citat eũ cõtra quẽ producũtur, ad videndũ eos iurare: audit exceptiones: recipit iuramẽta: refrenat multitudinẽ teſtiũ: examinat interrogatoria: punit teſtem qui aurẽ eius offendit. C. de teſti. l. nullũ. cùm ergo iuriſdictionem habeat, ex quo illam habet à principe, ſubdelegat. Videbatur autem contrarium quaſi eſſet nudus miniſter: per præd. decr. vlt. ſ. e. ſed illud procederet in examinatore. Et huic ver. iudices. coniunge literã. j. in ſi. à ſede apoſtolica deputati &c. Ioan. And.

B b *Ciuili.* Non intendit per hæc verba excludere cauſas ſpirituales, ſed criminales: in quibus debent teſtes exhiberi corã iudicẽ: vt in authen. de teſti. §. & quoniã. coll. viij. C. de fide inſtru. authen. apud eloquentiſſimum. & no. iij. q. ix. teſtes. de iudi. at ſi clerici. in iiij. gloſ. de teſt. co. c. j. Bene tamen poſſet criminalis cauſa delegari. de hoc. xxiij. q. iiij. illud. xcv. diſti. c. j. de rapto. in archiepiſcopatu. de reſti. in integ. c. pen. & in Spec. de iudi. deleg. §. ſi. ver. item quòd eſt delegatus in cauſa.

*Cauſa criminalis poteſt delegari.*

c *Necnon.* reſoluuntur in vnam affirmationem. ff. de verb. ſignificat. duobus. & operantur copulam. ſcilicet ac ſi diceret. &.

*Negatio duplex affirmat.*

d *Executores.* deputati à ſede apoſtolica. quod eſt j. Et ex tit. patet quòd iſti habent delegatam iuriſdictionem: vt not. de reſcri. tibi qui. in gloſ. ij. lib. vj.

e *Aliquibus.* nominatis. ſupra eodem. is cui. libro ſexto.

f *Si per inquiſitionem.* hoc inducebat dubium quaſi in inquiſitione ſit electa induſtria perſonæ[b], & hæc clauſula cõmuniter ponitur in forma pauperum: in qua ſcribitur, ꝙ cùm fuerit repertus idoneus in literatura per examinatores ad hoc deputatos, committit papa quòd ſi &c.

C

*b Aduerte pro declaratione huius materiæ. Quandoq; inquiſitio venit principaliter in diſpoſitione: & tunc committi non poteſt: quãdoque venit acceſſoriè ad collationem fiendã aliquibus: & tunc poteſt alteri committi: vt hic. Nam hic collatio beneficiorũ fienda aliquibus veniebat principaliter. cũ igitur hæc cõmitti poſſit vt ſ. eod. is cui. j. reſpõ. lib. vj. ergo & inquiſitio eorundem quibus eſt prouiſio facienda. ar. cap. acceſſoriũ. de*

g *Solertem.* Quaſi ſolicitam, vigilantem, aſtutam, ſagacem, & induſtrioſam: & ſcribitur per vnicum l. datur verſus. Exiguo pulchram ducit ſolertia vitam. aliàs, Exiguo placitam ducit ſolertia vitam.

h *Eos.* pro quo ſcribitur.

Gloſ. ſeq. quærit, arguit pro. ponit diſtinctionem Inno. an ſapiat monitionem, an conditionẽ. ſecũdò, in arbitrio executoris. tertiò, in effectu proceſſus. Secundò ponit aliã opi. in forma conditionis, an alius lædatur nécne. cui obiicit & dupliciter ſoluit. Tertiò ponit finale dictum Innoc. non curantis an ſit monitio vel conditio, ſed an dicatur ſi eſt, an ſi conſtiterit, & an aliter lędatur vel nõ. & per id dicit quęſtionem ſolui.

i *Repererint.* ſed nũquid eis neceſſe erit ꝙ præcedet ſuper hoc cognitio, vocatis quorum intereſt? Videtur ꝙ ſic: propter verbum iſtud, & verbum, per inquiſitionem. dicit Inn. in decr. vlti. de præſumpt. quòd ſunt clauſulæ quæ ſonant in monitionem, non in conditionẽ: puta ſi perſona ſit idonea,

D & ſimilia: & iſtæ non dant nouam formam mandato, ſed inſtruunt executorem quali perſonæ prouideat: quare teneret tunc prouiſio facta indigno: & excõmunicatio propter hoc lata, licet ſit iniuſta: cũ executor in his iuriſdictionẽ habeat. Sed ſunt quæ bene ſonant in cõditionem: vt ſi dicitur, prouideas P. in tali eccleſia, ſi de tali vico ſit oriũdus. hoc enim ſapit conditionem, & formã certam adiicit mandato: vnde ſi non eſt vera: non valet prouiſio, nec excommunicatio propter id lata propter tranſgreſſionẽ mandati de reſcr. cum dilecta. nec audiretur petẽs prouiſionẽ ante omnia ſortiri ſuũ effectum: cum negetur iuriſdictionis fundamentum, cuius acceſſorium eſt prouiſio: vt ibi plenius proſequitur. Dicit tamen Inno. ꝙ in prima & ſecunda clauſula is cui ſcribitur, ſi vult, poteſt eſſe merus executor, & ſine cauſæ cognitione prouidere de vacãte. poteſt etiã aſſumere partes iudicis, inquirendo de prædictis vocatis & nõ vocatis iis quos res tangit: dũmodo cõmittens iuriſdictionẽ habuerit: vt ſic poſſit delegatus quod poterat delegans. Differunt tamẽ proceſſus facti cũ cauſæ cognitione ab iis qui ſiũt cauſa non cognita quo ad præiudicium eorũ quos res tangit: vt ibi no. Inno. & Hoſt. qui etiam dicunt ꝙ dato ꝙ clauſula, ſi perſona ſit idonea,



nea, non ſit in reſcripto: poteſt executor ſuper ea partes iudicis aſſumere: cum ſubintelligatur hæc vera, niſi merũ miniſterium eſſet illi commiſſum. Dicit demum Inn. alios melius diſtinguere in clauſula quæ ſonat in conditionem ſi de tali vico eſt, vel ſi doctoratus eſt in theologia, vel ſimile. quòd ſi per tales literas tollitur vel læditur ius alicui[9], puta prouiſoris ordinarij: non prouidebit executor, niſi vocatis his quos res tangit de conditione: cognoſcat tamen de plano ſine libello & litis conteſtatione: quod hodie patet j. de iudic. diſpendioſam. Et idem in ſimilibus vbi in reſcripto preambula eſt cõditio non ſubintellecta: vt ſcilicet primò partibus præſentibus illa definiatur, vt ſi mandaretur inquiſitio veritatis fieri contra aliquem ſi fuerit infamatus. Si verò per literas, nõ tollitur nec læditur ius alterius: vt ſi ꝓuiſor mandat alicui quòd prouideat ſub illis conditionibus, tenet prouiſio etiam ſuper illis inquiſitione non facta, nec vocatis partibus: quia nec congruæ ſunt hic partes. Et ſi dicis præiudicium ſit eccleſiæ, cui plus expediret habere iſtũ ſic conditionatum quàm alium: reſpõdent quòd opponi nõ poteſt cõtra prouiſionem delegati, ſicut nec delegantis. Vel dic quòd licet prouiſio delegati ex eo quòd nõ ſeruauit formam, ſit nulla: non per hoc ſequitur quod neceſſe fuerit partes in prouiſione vocari. Dicit demum Innoc. quòd ſiue in monitionem, ſiue in cõditionem ſonet clauſula: tenet prouiſio delegati non præmiſſa cognitione: quia non eſt iudex ſed prouiſor. de elect. venerabilẽ. ver. exercuit. tamen ſi monitio vel conditio non eſt vera, caſſatur vel caſſum nuntiatur quod attentauit prouiſor tanquam obreptitiũ. de re iud. cùm olim. in ſi. poteſt tamen prouiſor aſſumere partes iudicis: & tunc ſi non admittit oppoſitionem contradictoris de falſitate clauſulæ: poterit ab eo appellari, ex quo partes iudicis aſſumpſit: vt prædixi. Alij contra, cùm ad id nõ teneatur: & facit id ſolum ad ſuam inſtructionem: nec ſit ſententia neceſſaria. ſecus ſi dicatur in litera, ſi tibi cõſtiterit quod ſit de tali vico &c. tunc enim ſi iuri alterius præiudicatur, cum talis fungatur vice iudicis. non poterit conſtare niſi partibus præſentibus: & ſi nõ præmittit cognitionem, proceſſus non valebit. quòd ſi alteri non præiudicatur, tunc valet quod ſine cognitione facit: cùm non tanquam iudici, ſed tanquam bono viro ſit hoc ſibi commiſſum. ex quo ergo non eſt iudex vel inquiſitor, ſatis eſt quòd inſtruat ſe. Et placuit (quia vtile hoc putaui) ſic ſummare prædictas gloſ. Innoc. & Hoſti. valde prolixas. Et per hunc ſi. pateat ſolutio quæſtionis.

*re. iu. Rationem differẽtiæ hic aſſignat Lau. nam quãdo inquiſitio cõmittitur principaliter, hoc cõcernit publicam vtilitatẽ: quãdo verò perſonæ prouiſio principaliter demandatur, tractatur principaliter de priuata vtilitate: ideo hic conceditur ſubdelegatio: ibi nõ. Pet. de Ancha.*

*† Debent merito ſpe fruſtrari: per l. ſed ſi ex parte. §. quãquã. ff. quod cũ eo. l. relegatorũ. §. ſi. ff. de interdic. & rele. l. pen. ff. de in. do. per quã l. hoc notat Baldus ca. ex parte. de conſue. facit. l. etiã. §. j. ff. ſoluto ma. eſt text. in l. j. §. j. ff. ſi quis teſt. liber eſſe. Font.*

a *A ſede apoſtolica.* aliàs non eſſet dubium.

b *Committere.* eadem ratione dicam quòd ſuccedat in his illius ſucceſſor, ſi ſcriptum fuit dignitati non expreſſo nomine perſonæ. ſ. eo. quoniam abbas. Quid autem ſi fuiſſet nudum miniſterium, an tunc ſuccederet: no. Innoc. & Hoſt. ſ. eo. cap. ſin.

c *Vices ſuas.* de nudo miniſterio quid occurreret in iudicio faciendum, non dubitatur: quia illud committit delegatus ab ordinario: vt dixi ſupra eo. ſuper quæſtionum. in prin. ſuper glo. ſi ergo. de hoc per Guliel. in Spec. e. tit. §. j. verſi. ſed nunquid.

## DE OFFICIO IVdicis ordinarij.

*Continuatio.* Quia iudicum duplicia ſunt genera. Nam quidã ſunt delegati, & quidam ordinarij. De delegatis viſum eſt in ti. pręcedenti. qui delegati ſunt maiores quibuſcunq; ordinariis: quia repræſentant principem: & tanquam princeps ſunt honorandi. ideo dicendum eſt nunc de ipſis ordinariis.

Vt clericorum.} Pręmittit cauſam mandati, quod ſecundò ſubmittit: ibi, Eiſdem. & repete quod dixi ſ. ead. compil. de æta. & qualit. in clem. j. in prima gloſ. Iſtud capitulum continet exhor-

A tationem ordinariorum, vt ipſi intendant ad ea quæ pertinent ad eorum officium. CASVS. Quidam clerici alicuius diœceſis perpetrauerunt aliqua crimina: puta homicidium, vel furtum, vel rapinam, vel aliud delictum: nũc quæritur ad quẽ ſpectat correctio, & quis debet illos punire? Dicit Ro. pont. ꝙ correctio ipſorum de iure communi ſpectat ad epiſcopũ: qui epiſcopus in clericis corrigendis debet adhibere tantam diligentiam, ꝙ metu pœnæ alij pertimeſcant in futurũ talia perpetrare, h. d. H. r. Colligo hui⁹ capituli flores. Primò ex principio text. iuncta gl. ꝙ clerici pro ſuis delictis non ſunt conueniẽdi corã iudice ſeculari, ſed corã iudice eccleſiaſtico: nec per iudicẽ ſecularẽ ſunt puniendi. Secundò not. ꝙ impunitas parit & tribuit incentiuum & cupiditatẽ delinquendi: & ſic facilitas veniæ tribuit incentiuũ delinquẽdi. Tertiò no. ꝙ propter exceſſus clericorũ eccleſia dehoneſtatur, & ſcãdalũ in populo generatur. Et hoc verũ de eccleſia quo ad opinionem vulgi: quia eccleſia nõ dehoneſtatur. Vel dicendũ ꝙ eccleſia dehoneſtatur. i. ſtatus clericorũ vilificatur & deturpatur. No. ꝙ nomine clericorũ veniunt omnes clerici etiã in ſacris conſtituti. xj. q. j. de perſona. in ſi.

*† Si negligãt peccãt mortaliter. iiij. diſtin. c. denique. Aufre. Fõ.*

*† Ob iſtã cauſam puniuntur rei in ipſo loco delicti. Salice. in authen. ſi verò. C. de adul. Font.*

lica [a] deputati, aliis poſſint cõmittere [b] licitè vices ſuas [c].

## DE OFFICIO IVdicis ordinarij.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Epiſcopi ita debent corrigere clericorũ exceſſus, quòd metu pœnæ ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. Ioan. And.*

### CAPITVLVM I.

Vt clericorum audacia [d], qui prætextu priuilegij [e] clericalis ordinis impunitatẽ exceſſuũ obtinere ſperantes [f], † nonnulla multoties committunt enormia, per quæ nimirũ diffamatur [g] eccleſia, & ſcandala [h] grauia in populo [i] generãtur, potiſſimè cũ talia per

B epiſcopos ad quos horũ ſpectat correctio, deſerantur vt plurimũ correcta, propẽſius [k] compeſcatur: Eiſdem epiſcopis [l] diſtrictè iniungimus, † quatenus ſic circa correctionem clericorũ huiuſmodi vigilanter intendant, & diligenter ſui officij debitũ exequãtur, quòd & iidẽ clerici metu pœnæ [m] à ſuis arceantur inſolentiis [n], † & alij eorum exemplo perterriti [o] proſilire ad ſimilia merito pertimeſcant.

### Idem.

*Valet collatio beneficij facta à collatore quolibet citra legatũ apoſtolicũ, non facta mentione de beneficio quod prius habebat is cui ſit. hoc dicit. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

Etſi ab apoſtolicæ [p] ſedis

No. quòd audacia reprobatur, & accipitur hic in malũ. gl. ij. alleg. concor. Zabarel.

d *Audacia.* tolle verbum, propẽſius compeſcatur, quod eſt

C j. & ponitur hic audacia in mala parte. ſic iiij. diſt. factę ſunt. alibi in bona. viij. q. j. audacter.

e *Priuilegij*[a]. tam immunitatis perſonæ: de qua xvij. q. iiij. ſi quis. quàm fori. ſ. de foro compet. nullus.

*a Et gloſ. not. Card. quòd priuilegiũ denotat immunitatẽ perſonæ & fori. Font.*

f *Sperantes.* propter quam ſpem qui ſunt nequam, ſiunt nequiores. de ſent. excom. vt famæ. & facilitas venię incentiuũ &c. de vita & hone. cleri. vt clericorum.

g *Diffamatur.* id eſt, malè de ipſa prædicatur. vel, id eſt, vilificatur & dehoneſtatur. ſic etiam exponitur ſ. de obli. ad ratioci. c. vnico. in ſi. & concor. ij. q. v. ſi mala fama.

*Diffamari quid eſt.*

h *Scandala.* quibus obuiãdum eſt etiam ſi puſilla ſunt. ſ. de no. ope. nun. c. ij.

i *Populo.* cõcor. ij. q. v. presbyter ſi à plebe. de purg. can. c. ij.

k *Propenſius.* idem verbũ vide ſ. ea. compil. de æta. & quali. vt hi qui. & vide quod ibi dixi.

l *Epiſcopis.* ad quos de iure communi hoc pertinet. poſſet tamen ad alios de iure ſpeciali ſpectare [b] eo. tit. irrefragabili. de fo. compe. cùm contingat. dic vt ibi.

*b Vide Specul. in c. cũ contingat.*

m *Metu pœnæ.* concor. de elect. cũ in cunctis. de vita & honeſt. cle. vt clericorum. cum ſuis concor.

D n *Inſolentiis.* de accu. qualiter. ij. ver. verũ. Inſolẽtia eſt morum inconuenientia, fatuitas, vel ſuperbia, vel prauus vſus, quaſi contra ſolitum & debitum naturæ curſum.

*Inſolentia quid eſt.*

o *Perterriti.* concor. ij. q. vij. quapropter. e. tit. irrefragabili. de calum. c. ij. de Iudæ. ad liberandam.

p *Etſi ab apoſtolicæ.*} Ponit duo dicta. Primò vnũ in legatis ſedis apoſt. Secũdò aliud in aliis collatorib⁹: ibi, In aliis. Imo. Preſupponẽdũ eſt ꝙ obtinẽs beneficiũ quãtumcunq; modicũ, ſi impetrat aliud à papa & nõ facit mentionẽ de primo, ſua impetratio eſt ſurreptitia & nulla ipſo iure. & hoc verũ, niſi papa ſuo ꝓprio motu ei cõcederet beneficiũ: vt in c. ſi motu ꝓprio. de pręb. li. vj. CASVS. Eſt aliquis cardinalis legat⁹ in Frãcia in ciuitate Pariſiẽſi, habẽs poteſtatem cõferẽdi beneficia ex legatione generali, vel aliàs habẽs ad hoc ſpeciale mãdatũ: qa legat⁹ cõcurrit cũ quocũq; ordinario: tamẽ inter ipſum & ordinariũ eſt locus præuẽtioni: quia primus qui cõfert beneficiũ, dat ius illi cui cõfert. Ego impetraui beneficiũ à legato, & nullã feci mẽtionẽ de beneficio qđ obtinebã, modo quęritur an mea impetratio ſit ſurreptitia ac ſi eſſet impetrata à papa? Reſpõ. ꝙ ſic. Sed qđ ſi impetraui ab epõ & nõ feci mẽtionẽ de primo: vtrũ impetratio cẽſeatur ſurreptitia? Dicit ꝙ nõ, niſi illud eſſet incõpatibile cũ primo: quia tũc primũ ipſo iure vacaret. c. vnico. ſ. de offic.

*Diuiſio.*

offi.vic.& c.de multa.extra de præb.in an.h.d.H.r.Colligo A aliqua notabilia. Primò quòd legatus de latere, hoc eſt cardinalis, ex legatione ſua generali poteſt conferre beneficia in prouincia ſibi decreta, durante tempore ſuæ legationis.

legato [a] de beneficio facta [b] collatio beneficium [c] aliud obtinenti, non valeat, niſi de illo quod obtinet, facta fuerit mentio ſpecialis [d]: In aliis tamen quibuſlibet [e] collationē [f] beneficiorū habentibus [g] hoc nolumus [h] obſeruari [i].

## DE PROCVRATORIBVS.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

No. ꝙ legatus non habet poteſtatē excluſiuè ſupra ordinarios, ſed accumulatiuè quia cōcurrit cum aliis ordinariis: & inter ipſos eſt locus preuētioni: hoc eſt ſi legatus primò conferat, tunc collatio ordinarij eſt nulla. Si ordinarius primò cōferat, & legatus poſt: collatio legati eſt nulla. Nota iuncta gloſ. quòd in legationē legati cauetur ꝙ poſsit conferre beneficia: quia ſi eſt legatus & non eſt cardinalis, tunc non poteſt cōferre beneficia, niſi ad hoc habeat ſpeciale mādatum. Quòd caueatur in commiſſione legati quòd poſsit conferre beneficia, cauetur in ca.j. de offic. leg. in vj. Nota quòd ſicut taciturnitas beneficij vitiat collationem papæ, ita etiam vitiat collationem legati: non tamen vitiat collationem epiſcopi & aliorū ordinariorum. Et ſic eſt differentia inter legatos papę & inter ordinarios, rationem aſsignat glo. penul. Nota caſum in quo non ſufficit mentio generalitatis. quod dic vt in gl. in verbo. ſpecialis. Zabar.

Gloſſæ ſunt breues, & ideo diuiſionibus non egent.

Etſi ab apoſtolicæ. Breue eſt declarans decr. vlt. de offic. leg. lib. vj. Et principale dictum corrigit quod ibi not. Arch. qui dicebat idem in aliis ordinariis quod in legatis, qui etiā ſunt ordinarij. & approbat quod ibi no. Et exponēs etſi pro quamuis.

a *Legato.* de latere. nam alij beneficia conferre nō poſſunt. quod dic vt de offi. leg. c.j. lib. vj.

b *Facta.* declarare debuiſſet (quod procuraſſem ſi compilatoribus adhæſiſſem) an intelligeretur hoc de collatione facta etiam motu proprio legati: circa quod ſunt opiniones. mihi videtur quòd valeat [a]. Ioan. Mon. contra. in decre. vlt. de offic. leg. & Archid. in decre. ſi motu. de præben. lib. vj. in princ.

*a Idē Car. & Imo. tamen Dom. Phil. in ca. fin. de offi. deleg. lib. vj. tenent contrariū. Font.*

c *Beneficium.* Quantumcunque modicum. de præb. ſi motu proprio. lib. vj. in prin.

d *Specialis.* in hoc approbat quod not. Archid. in prædict. decret. vlt. vbi dicebat quòd in tali collatione facienda erat mentio ſpecialis beneficij [b]: nec ſufficiebat generalis, qualis eſt illa de præbend. non poteſt. in fin. libr. vj. & facit pro Hoſtien. contra Compoſtellanum in his quæ ſcripſi de pręſcrip. in noſtra. in fin. An verò etiam de qualitate curæ beneficij quod habet impetrans, facienda ſit mentio: dicā j. de præben. c.j.

*b Debet ergo nominari expreſsè ipſum primū beneficiū & eius circūſtātiæ & cōditiones & omnia quæ poſſent mouere facilꝰ principem ad gratiam cōcedendā vel denegandā. nā cū tales impetratiōes ſint ambitioſæ, ſunt ſtrictè interpretandæ: vt S. de præben. c. quāuis. lib. vj. Petrus.*

e *Quibuslibet.* Si ergo metropolitanus, epiſcopus, archidiaconus vel quiuis alius confert beneficium: in collatione nō eſt facienda mētio prioris beneficij: ſed habeatur diſtinctio, an de iure communi poſsit vtrūque teneri, vel an ſit diſpenſatio neceſſaria, & cuius.

f *Collationem.* de electione vel pręſentatione nō dubitabatur: pendent enim illa ex officio confirmatoris. S. eo. tit. cum vos. de elect. nihil eſt.

g *Habentibus.* Iure proprio vel deuoluto. Et licet de ordinariis loquatur, quod patet ex titulo: idē in delegatis ab eis. ad hoc verbum ſuprà quibuſlibet.

h *Nolumus.* Sed quæ eſt ratio huius iuris diuerſi legatorum ad alios ordinarios? Sol. licet legati de latere per poteſtatem expreſſam in iure, & alij legati ex ſpeciali cōmiſsione quandoq; beneficia cōferant, faciunt hoc apoſto. auctoritate: nec ſunt collatores ordinarij: imò per factū ipſorū ſit præiudiciū illis ad quos collatio ptinet ipſorū: ergo collatio vt extraordinaria ſuperinducta & collatoribus præiudicās eſt reſtringēda, ordinariorū verò collatio vt naturalis & fauorabilis ampliāda. facit de reſcri. ad hoc. de re iud. c. ſi. de reg. iu. odia. lib. vj. & eſt ſimilis differentia. de reſcr. ſtatutum. lib. vj.

i *Obſeruari.* licet ergo interdum nō valeat collatio in caſu. S. eo. ordinarij. in ſi. li. vj. hoc tamē non eſt ex vi ſuppreſsionis tantum. & vide quod dicam j. de præben. ſi plures. in gl. ſi intelligas.

### DE PROCVRATORIBVS.

*Continuatio domini Heliæ.*

Viſum eſt S. de iudicibus: nunc videndum eſt de iudiciis, quæ exercentur per ipſos iudices. verùm quia perſonę quandoque non poſſunt perſonaliter comparere, & conſtituunt alios procuratores: ideo præmittit rubricam de procuratoribus.

*Qui ſciens ſine proteſtatione recipit inſtrumentum, vel literas ſuæ procurationis quibus cōſtituens pro ipſo cauebat: ſuper incluſis procuratorio dominum defendere cogitur. Ioan. And.*

### CAPITVLVM I.

INſtrumento vel literis [k], quibus te aliquis in cauſis [l] ſuis procuratorem cōſtituens, pro te debito modo [m] cauit [n], ſimpliciter B (nulla facta proteſtatione [o]) à te ſcienter [a] receptis, [b] non potes poſtea recuſare defenſionem illius: immo cogi [c] poteris ipſum defendere in omnibus [d] cauſis [e] & negotiis ad quæ prædicta inſtrumenta ſeu literæ ſe extendunt: Cum per hæc [f] ad omnia tuum pręſtitiſſe videaris aſſenſum. [g]

NStrumento. Ponitur dictū & eius ratio ibi, Cū per hæc. Pręſupponendū eſt illud quod dicitur in l. filiusfamilias. & in l. non cogendum. ff. de procur. videlicet quòd procurator alicuius non poteſt cogi præciſe vt defendat cauſam ſui domini: imò poteſt cauſam ſui domini deſerere & dimittere: ſed tamē tenetur domino ad intereſſe. hoc fallit in caſu huius capituli. CASVS. Feci te citari corā iudice. noluiſti vel nō potuiſti perſonaliter comparere, & conſtituiſti pcuratorē, & in procuratorio ſeu inſtrumento procurationis cauiſti de iudicato ſoluendo. nuntius tuus notificauit conſtitutionem tuam tuo procuratori. ipſe procurator certioratus per receptionē inſtrumenti procuratorij, dicit ſe compariturum, tamen ſine proteſtatione, ſcilicet quia non dicit, ſuſcipio procuratorium, & poſtea dabo reſponſionē: ſed ſimpliciter dicit quòd ipſum defenderet adueniente die aſsignationis. poſt dationem mei libelli petij vt procurator tuus reſponderet libello meo. dicit procurator quòd te non defenderet, ſed quòd acciperem defectum. imploraui officium iudicis vt procuratorem compelleret ad reſpondendum libello: quia malo quòd cauſa accipiat bonum finem, quàm acciperet defectū. Quæritur vtrum procurator poſsit compelli? Dicit Roma. pont. quòd ſic: quia ſecundum leges ſi procurator præſens fuerit conſtitutus, ipſe compellitur ipſum defendere: ita etiam ſi fuerit abſens: vt hic. Colligo aliqua notabilia iuncta gloſ. Primò quòd procurator poteſt conſtitui per literas priuatas ſignatas ſigno manuali domini conſtituentis, dum tamen fuerit probatum ſignū. & ſic eſt caſus in quo priuata C litera facit fidem. Nota quod procurator rei quātumcunq; conſtet de procuratorio, tenetur cauere. i. cautionē dare de iudicato ſoluendo: quę cautio cōtinet tres clauſulas. Primò, ꝙ defendet dominū vſque ad ſi. Secundò, ꝙ dolum nō committet. Tertiò, quòd ſoluet id in quo reus erit condemnatꝰ. Secus de procuratorio actoris qui nō præſtat iſtam cautionem, niſi quando eſt dubium de procuratorio. l.j. C. eod. Et dicitur eſſe dubium de procuratorio, quando ipſum procuratorium eſt ſuſpectum: quia dubitatur vtrum notarius ſcripſerit, vel non. Non autem dicitur dubiū ꝙ omnino reprobetur, & perinde eſſet ac ſi nullum eſſet reprobatum: & tūc quando procuratoriū eſt dubiū, procurator debet cauere de rato. No. caſum in quo procurator rei præciſè compellitur ad defendendum dominū ſuum. Not. ꝙ poteſt procurator conſtitui ad plures cauſas: per verbū, in cauſis. ſic etiam ad vnam: vt hic in glo. iij. Idem Zenzel. No. ꝙ paria ſunt non facere, vel non debito modo facere. ibi, debito modo. quod dic vt in gloſ. iiij. & idem Paulus. pro hoc quod no. S. e. c.j. & c. mandato. Zabarel.

*Cautio de indicato ſoluendo, tres clauſulas continet.*

k *Vel literis.* Per quas etiam cōſtituitur procurator. ff. e. l.j. in prin. S. e. ex inſinuatione. de cenſi. ſopitæ. & eſt caſus quo D litera & ſigillum priuati facit fidem. ff. eo. tit. ſi procuratorē. vbi de hoc.

l *Cauſis.* Ad vnā enim & ad plures & ad omnes dari poteſt. ff. e. l.j. & iij. & S. e. is qui. lib. vj.

m *Debito modo.* an ſit idonea cautio cùm promittit dominus ratū habere quod legitimè fecerit procurator: ſatis ſcripſi de dila. c. ſi. & huic literæ concor. l. ff. qui ſatiſd. cog. quoties. quod enim vitioſè cautum vel ſatiſdatum eſt, non videtur cautum.

*Cauere nō ſufficit habere ratū. quod legitimè ſit p procuratorem.*

n *Cauit.* de iudicato ſoluendo. loquitur enim hic de procuratore rei: vt j. patet per verbū, defenſionē. ad idē. ff. e. filius. §. ſi. & de hac cautione no. S. eo mandato.

Gloſ. ſeq. ponit duas lecturas, & contrarium ſoluit.

o *Proteſtatione.* poteſt intelligi de generali & ſpeciali pteſtatione. de prima, puta quia proteſtatur ꝙ recipiēdo inſtrumentū procuratoriū vel literas, nō intēdit ſe obligare mandato: ſed ſe velle deliberare. facit de reſt. ſpo. olim. iij. De ſecūda, vt quia de certa cauſa incluſa in pcuratorio proteſtatur ꝙ illam vel illius mandatū ſuſcipere non intendit: & ſic proteſtatio iuuat: quia nec primo nec ſecundo caſu eſt contraria facto: bene enim cōpatiūtur ſe inſtrumentū recipere & deliberare velle. Item recipere & acceptare mandatum in A quibuſdam, & in aliis non: vbi verò proteſtatio & factum ſe non compatiuntur, proteſtatio non iuuat. de hoc ſupra de conſtit. cum. M. cum ſuis concor.

*Proteſtatio quādoque iuuat, quandoq; non.*



Gloſſa ſequens not. à contrario, & illud probat. addit ſecundum, inducens duo ſimilia.

a *Scienter.* Requiritur ſcientia: ſecus ergo ſi ignoraret quid cōtineretur in inſtrumento vel literis: ignorans autem vel errans non conſentit. xxxviij. di. quamuis. de præben. ſi de beneficio. li. vj. ff. de iuriſdi. omn. iud. ſi per errorē. ſicut nec cōtemnit. de except. a. apoſtolicæ. de ſētē. excō. ſi verò aliquis de conſti. c. ij. lib. vj. Requiritur etiam ꝙ ſponte receperit. quia officium eſt voluntarium. C. eo. l. inuitus. ſic alibi requiruntur hæc duo coniunctim. de regula. conſtitutionem. in ſi. li. vj. & in confeſsione. de hoc ſupra de confeſ. cap. ſi. lib. vj.

*Ignorans non conſentit.*

b *Receptis.* etiā ſi prius recuſauerat: & re integra pœnituit & recepit. S. eo. licet lib. vj. Poſt hanc autē receptionē competit huic exercitiū officij: ſicut de iudice dicitur. de app. ſuper eo. ij. facit eo. tit. is qui. lib. vj. iiij. q. v. c. vnico. & quod no. de cle. excom. mi. ca. penult.

Gloſ. ſeq. ponit regulam & quatuor caſus quibus fallit obiectionem ſoluit, & vnum caſum excipit.

c *Cogi.* præciſe. Licet enim regulariter procurator ſpecialis vel generalis non cogatur præciſe dominum defendere, etiam ſi ſatiſdedit de iudicato ſoluendo & de domino defendendo. ff. eo. l. mutus. §. vlt. & l. ſe. ſed ſatis eſt ſtipulationem committi. ff. eo. non cogendum. & eum teneri domino ad intereſſe. inſti. man. §. mandatum. tamen in caſibus cogitur, ſcilicet cum dominus ſatiſdedit pro procuratore præſente & non contradicente. ff. e. filius. §. ſi. vbi de hoc. & in l. ſed & hæ. §. pe. & hoc ne fallat fidem domino & aduerſario. & idem ſi pro abſente: & poſtea procurator expreſſe vel tacite ratum habet. ff. eo. ſi defunctus. j. reſpon. & circa hoc verſatur decreta iſta. Eſt & alius caſus quando agit: cogitur enim defendere: aliàs denegatur actio. ff. e. l. munus. §. pœna. Alius caſus eſt in actione peritura, vt cogatur ſaltem litem conteſtari. ff. eo. ſed etiam ex his. & l. mutus. §. fin. [a] Et per hoc ſoluitur quod obiici poſſet procuratorem etiā poſt ſuſceptum mandatum re integra pœnitere priuſquam interſit aduerſarij. inſti. man. §. mandatū. quia illud verū in procuratore pro quo cōſtituens nō cauit: ſecꝰ in illo pro quo cauit: de quo hic loquimur. Quod autē dicit hęc litera, talē procuratorem cogi: verum intelligas niſi iuſta cauſa procuratorē excuſaret: vt prædicta l. filius. §. ſi. cū l. ſeq. ex quibus patent exempla: nam ex illis etiam dominus eum reuocaret poſt litem conteſtatam. S. eo. ca. ij. lib. vj.

*Procurator an teneatur præciſe Dominū defendere.*

*a Hic ſunt caſus in quibꝰ quis cōpellitur præciſe ad factū, contra regulā, qua cauetur quòd quis ad factū præciſe non cōpellitur, ſed ſufficit quòd ſuccedat obligatio ad intereſſe: de quo plene per Bar. in l. ſtipulationes non diuidūtur. §. Celſus. ff. de verbo. oblig. Pet.*

d *In omnibus.* tacita ergo acceptatio vniuerſalis eſt ad omnia etiam futura ſi ſint incluſa: quod eſſe poteſt ſupra eod. non iniuſte.

e *Cauſis & negotiis.* quid iſta ſint, habetur de verborum ſignificatione. l. forus.

f *Cum per hæc.* ſcilicet quòd procuratorium vel literas ſine proteſta recepiſti.

Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.

g *Aſſenſum.* contra, procurator nō datur inuitus. C. eo. l. inuitus. & quod dicit. l.j. ff. eo. ad ſi. quòd officium iſtud eſt neceſſarium: ſumitur ibi neceſſarium pro vtili vel expedienti: interdum tamen etiam eſt neceſſarium ex parte conſtituentis ſupra de elect. cupientes. §. quod ſi. de ſta. reg. ca. vnico. §. epiſcopis. lib. vj. C. eo. tit. l. pen. ſed ex parte conſtituti non: quia etiam dicitur inuitus, non ſolum cum contradicit, ſed etiam ſi non conſentit. ff. eo. l. filius. §. inuitus. Sol. §. ille determinatur per hanc decre. Verum eſt enim quòd conſtitutus ſimpliciter tacens, non habetur pro conſentiente: vt ibi: ſed qui non ſimpliciter tacet, ſed agit recipiendo ſimpliter chartam procuratorij: iſte conſentit: vt hic. quod ergo dicit l.j. in ſi. & l ij. ff. eod. quòd abſens conſtituitur procurator, dummodo ratum habeat: determinatur per hanc decre. vt ratum cenſeatur habere ſimpliciter recipiendo chartam procuratorij. Multos caſus quibus quis ipſo facto agit, vel conſentit, vide not. xj. quæſtio. iij. æſtimant. de appel. dilecti. ij. de offic. deleg. cùm ſuper. & facit de hæret. accuſatus §. ille. lib. vj.

### Idem.

*Procurator habens mandatum iurandi & omnia facienda quæ requirunt ſpeciale* B *mandatum, contra electum vel prouiſum opponere non poteſt crimina vel defectus. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

NOn poteſt [h] procurator ad agendum vel defendendum, iurandumque [i] de calumnia & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia quæ ſpeciale mandatum exigunt conſtitutus (niſi aliud ſuper [k] hoc in mandatis [l] habeat [m]) opponere in perſonam [n]

A NOn poteſt. Ponit dictum & eius rationem: ibi, Cum ſub.

Præſupponendū eſt illud quod habetur in c. qui ad agendum. eo. tit. in vj. vbi dicitur quòd ſi quis fuerit conſtitutus procurator ad omnes cauſas: & ſiat ſpecificatio aliquorū requirentium ſpeciale mandatū: & ipſis aliquibus expreſsis ponatur clauſula generalis, & generaliter ad faciendū omnia alia & ſimilia quę ipſe conſtituens faceret ſi præſens eſſet: talis procurator admittitur ad alia ſpecialia, licet de ipſis nō fuerit mentio facta in procuratorio. CASVS. Cum quidam Titius electus fuiſſet in epiſcopū Pict. vel forte ſibi fuiſſet prouiſum iure deuoluto per archiepiſcopū Burdegalen. ego volēs impedire confirmationē vel conſecrationem ipſius, me oppoſui, & conſtitui procuratorē ſpecialiter ad petendū reſtitutionem in integ. cū clauſula generali; & generaliter ad faciendum & exercendum omnia alia & ſimilia quę ipſe ego conſtituens facerē ſi præſens eſſem. procurator meꝰ voluit obiicere aliqua crimina vel defectꝰ cōtra ipſum Titiū electū, forte quia homicida vel irregularis vel illegitimus. oppoſitū fuit procuratori meo ex parte Titij electi, ꝙ ipſe nō habebat ſufficiens mandatū ad opponendū iſta crimina vel defectꝰ. quæritur quid iuris? Reſpondet Rom. ponti. ꝙ licet procurator meus cōſtitutus ſit generaliter aliquibus ſpecialiter expreſſis, puta iurandi de calumnia, vel petendi reſtitutionem, & poſtea ſuppoſita clauſula generali: tamen ille procurator nō admittitur ad opponendum defectus vel crimina, niſi nominatim illud caueatur in procuratorio. Ratio decidendi eſt in ca. qui ad agendum. in Sexto. h.d.H.r. Not. quòd in cauſis ciuilibus iuratur de calumnia, & in criminalibus iuratur de veritate dicenda. Not. quòd ad iurandum de calumnia & C veritate dicenda, requiritur mandatū ſpeciale cap. fin. de iuramento calumniæ, in Sexto. No. ꝙ iſtud c. limitat ca. qui ad agendum eo. tit. in vj. quia illud ca. intelligitur quando paria vel æqualia & non maiora opponuntur, quā fuerint illa ſpecialiter expreſſa in procuratorio: ſecus ſi maiora vel grauiora: vt in ſi. huius ca. Not. quòd procurator vt ſit idoneus debet dari non tantùm ad agendum, ſed etiā ad defendendum. pro hoc, eo. tit. accedens. vbi de hoc. Not. ex hoc cap. quòd verborum ſubſequentiū generalitas reſtringitur ad ea quæ ſunt ſimilia præcedētibus. Zenzelinus pro hoc iura allegat in glo. ſi. in prin. Zabarella.

Gloſſa ſeq. dicit quid determinat.

h *Non poteſt.* determinat quod no. Inno. de accuſ. ſuper his. in ſi. & Cōp. de elec. c.j. li. vj. in gl. quęritur quis procu. & Pe. de Samp. & Archid. ibi, & Guli. in Spe. de procu. §. j. verſi. ſed nunquid media. vt. j. declarabitur. Expreſsius autem fuerat hæc queſtio diſputata per reco. me. dominū Ioan. de Monte Murulo: vt in Mercuria. eo. tit. ſub litera G.

i *Iurandumque.* hoc verbum cum clauſula quæ ſequitur, inducebat dubiū per decre. qui ad agendū. S. eo. li. vj. vbi habes ꝙ ſi in procuratorio exprimatur aliquid requirens mandatū ſpeciale, generali clauſula ſubmiſſa, illius virtute poterit D non expreſſa. iſta vero iuramenta requirunt ſpeciale mandatum. de iuramento calumniæ ca. fina. lib. vj.

k *Super hoc.* quòd ſequitur de oppoſitione criminum & defectuum.

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium, ex quo infert differentiam.

l *In mandatis.* quia ſcilicet habet mandatum opponendi crimina & defectus contra illum: nec eſt neceſſe quòd crimina vel defectus ſpecificentur in procuratorio: vt no. Cōpoſt. in gl. præd. & ibi Pe. & Arch. & Ioan. Mo. in. q. præd. & Guli. in præd. §. ver. ſed nunquid ſufficit. Et in hoc differt procurator ſolùm excipiens vel opponens ab appellante. ille enim habere debet crimina & circunſtantias ſpecificatas in procuratorio. S. de ele. ca. procurator. lib. vj.

m *Habeat.* tenet Comp. in ſi. glo. quam allegaui in. j. glo. & Guli. in præd. §. ver. ſed quid ſi procuratorium, quòd non eſt ſatis hoc caſu procuratorium factū eſſe niſi per procuratorem ſit receptum, & officium ſuſceptum. facit. S. eo. c. proxi. & quod ibi dixi ſuper verbo, receptis.

Gloſſa ſequens ſoluit dubium.

n *In perſonam.* In formam ergo poſſet, vel in perſonas eligētiū vel prouidentiū, iudicū, teſtiū, & his ſimiliū. nā tales etiā

ex

ex probatione non puniuntur.de.or.cog.c.ij.& Guli.hoc te A net in ver.alleg.in j.glo.in ſi. Sit etiam ratio:quia exceptio illos principaliter non contingit.

Gloſ.ſeq.primò ſoluit duo dubia.ſecundò no.cõtra.opi.& diſtinguit & alteri membro coaptat rationes Inno. ex quib⁹ infert qđ reprobat.

electi, [a] ſeu eius cui eſt prouiſio facienda vel facta, crimina vel defectus: Cùm ſub generalitate tali grauiora [b] non veniant, vel maiora [c] quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa.

Idem.

*Religioſus etiam pro conreligioſo, niſi pro conſorte eiuſdem litis, non poteſt procurator conſtitui ſine licentia ſuperioris: nec etiam alium conſtituere nec ſubſtituere: licet hoc habeat in mandatis. Ioannes And.*

a *Elect.* vel eligẽdi ex quo cõtra certam perſonam.de ele.qui cõtra certam li.vj.ad hoc.ver.faciẽda,qđ ſequitur.&idẽ dic de poſtulato. de ele.c.j. in prin.lib.vj. Et no. ꝙ iſta litera non diſtinguit an cauſa iſti⁹ electi ſit in curia per appellationem nécne: & ſic videtur tolli qđ no.Cõpoſt. in glo.prę.& Guli.in Spe.in præce.§.ver.ſed quid ſi cauſa. qui dicebãt decret.j.de elec.li.vj.non habere locũ, niſi cũ cauſa eſt in curia per ap- B pellationẽ.Si ergo eſſet corã metropolitano vel alio ordinario,vel in curia aliter quàm per appellationẽ, dicebant non eſſe locũ pœnæ:& per conſequens generale procuratorium ſufficere propter rationem quam ſtatim dicam. Sed hoc dictũ videtur hic tolli: quare poſſet dici quòd.ſicet decre.j.de elec.lib.vj.quo ad deuolutionem negotij & citationẽ partiũ locũ ſolum habeat in appellationibus interiectis ad papã:& ſic intelligatur quod ibi no.quo ad pœnã opponentiũ,locũ habeat etiam in appellationibus interiectis ad alios,vel etiã ſi nõ fuerit appellatum: quod fortè fuit de mente. Facit de ele.vt circa.in ſi. & ca.ſi fortè.lib. vj. & ſic intelligamus rationes quas inducebat Inno.in prædi.decre.ſuper his. bene adaptabuntur huic caſui ſic generaliter poſito.dicebat enim ꝙ quia per obiectiones criminum,de quibus hìc loquimur, diminuebatur ſtatus opponentis ex eo quòd in probatione deficiens ſuſpenſus erat ab eccleſiaſticis beneficiis per triẽnium per conſtitu. præd. & ſi ſe interim diuinis ingereret, perpetuò erit priuatus. ergo hic procurator per quẽ ſtatus diminui poterat.ff.de va.& extraor.co.l.pe.ſine ſpeciali mãdato non poterat opponere.alleg.ff.de mino.l.illud.de procu.non ſolũ.§.ſi.licet primo gradu pœna ſit tẽporalis,nihilominus diminutionem ſtatus continet:nam & relegatio & damnatio in opus publicum ſunt temporales,& tamen diminutionem ſtatus continent.ff.de pœ.l.quidã. & ſic reſpondebat ad leges.ff.pro ſo.actione.§.renuntiare.ff.de iniur.ſed ſi vnius.§.procuratorem.quia diſſoluere ſocietatem vel agere iniuriarum actione,dato ꝙ ſuccũbat,non continet diminutionẽ ſtatus:& ideo nõ requiritur expreſſum hoc in illo qui habet omnium adminiſtrationem.hanc tamen rationẽ textus.j.non exprimit, niſi dicas maioritatem vel grauitatẽ ex prædictis conſiderari:quod ſatis videtur:vt ſtatim dicã. Sed cùm prædicta pœna ſit hodie reſtricta ad beneficia ipſius eccleſię.de elec.ſi compromiſſarius.lib.vj.in ſi.ſi conſtituẽs nõ habet ibi beneficia, ceſſat ratio: ergo ſufficiat generale: ſed puto contrarium per ibi no.in vlt.gloſ.& per decre.per inquiſitionem.de elect.

*Pœna etiã temporalis diminutionem ſtatus continet.*

Gloſ.ſequens alleg.vnam concor.ponit dictum,de quo remittit,& ſoluit obſtaculum.

b *Grauiora.* concordat quo ad reſcripta.s.de reſcrip.ſedes. quod tamen regulariter etiã in procuratoribus locũ nõ habet:vt ibi ſcripſi ſuper iij.glo.nec ob. hæc litera per quã prima facie videretur (quod non puto de mente) ꝙ ſi in procuratorio expreſsit cauſam fidei epiſcopalẽ,vel ſimilẽ generalitatis:tunc comprehendet hunc caſum. Sunt enim cauſæ maiores,mediæ, & minores [a], de quibus ſcripſi poſt Hoſti. de cri.falſi.cap.ſi.Sed ſi diligenter attendas: litera non dicit quòd generalitas adiecta in procuratorio expreſsioni cauſæ,non includat maiores cauſas: nam & illa generalitas ſine expreſsione includeret: vt ſi nulla cauſa expreſſa conſtitui te procuratorẽ ad omnes cauſas meas.ff.e.l.j. ſed dicit quòd generalitas adiecta in procuratorio cauſæ quæ requirit ſpeciale mandatum,non includit grauiora. Et ſatis puto quòd grauiora intellexerit per modum de quo prædixi.Item ſunt iſta odioſa in tantum quòd eccleſia excluſa per peremptorium non reſtituitur ad iſta proponẽda, ſecundũ Comp.qui hoc no.de ele.ꝙ ſicut. & Gui.in ſpe.parte.ij. de re. in integ. §.ij.ver.ſed pone eccleſia.

*a Not.hic Lau. quatuor eſſe genera cauſarũ: quædã maximæ: vt cauſa fidei:de bap. c. maiores. quædã maiores ſicut epiſcoporũ maiorũ dignitatũ.de a.c.quãuis. li.vi.quædã mediæ: vt cauſa beneſi. & ſpirituales.de cri.fal. c.ſi. vbi plenè per Hoſti. Et quædam inferiores: vt ciuiles & pecuniariæ. Petrus.*

Gloſ.ſeq.alleg.iiij.concor.obiicit & ſoluit.

c *Maiora.* concor.ff.de vino tritico & oleo leg.l.vlti.in fin. de au.& ar.le.l.Plautius.xij.diſti.nos conſuetudinem.de ele. ſcriptum. ad ſi. Sed cum anima ſit pretioſior corpore.de pœ.& re.cum infirmitas.in ſi.cum concor.ergo expreſſa iuramenta quæ ligant animam ad pœnam æternam,grauiora A videntur quàm iſti obiectus qui ligant corpus ad pœnã temporalẽ. Sol. nego animam conſtituentis ligari ad periurium per procuratorem,niſi cõſtituens ſit in culpa:quod dic vt de iureiur.cap.vlti.lib.vj.

Religioſus. Primò ponit caſum ſimilẽ per quẽ ſecundo decidit caſum aliũ ibi, Ita. Imo. Præſupponendũ eſt ꝙ religioſus non põt eſſe procurator vel aduocat⁹ niſi in vno caſu, videlicet pro vtilitate ſui monaſterij:& tũc requiritur quòd aſſumat illud officiũ de licẽtia Abbatis. Casvs. Aliquis religioſus clauſtralis vel alius fuit conſtitutus procurator vel aduocatus à conuentu in

CAPITVLVM III.

Religioſus [d] procurator, etſi per aliũ [e] religioſũ ſui vel alteri⁹ monaſterij fuerit cõſtitutus, ſicut non poteſt ſine ſui ſuperioris licẽtia [f] procurationis officiũ ſuſcipere, [g] niſi pro ſuo in eadem lite cõſorte:

cauſa monaſterij.certũ eſt ꝙ nõ põt aſſumere procuratoriũ B nec exercere niſi de licentia ſui abbatis, quæritur,ſi conuentus illũ conſtituit procuratorẽ ad ſubſtituendũ alios:vtrum poſsit accipere procuratoriũ ſine licentia ſui abbatis? Dicit Ro.pon.ꝙ non:quia ſicut non poteſt aſſumere procurationem ſiue inſtrumentum procuratoriũ ſine licentia ſui abbatis:vt in ca.ij.de poſtulando,in anti. ita nec poteſt aſſumere procuratorium ad alium ſubſtituendum ſine licentia ſui abbatis.h.d.H.r. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd religioſus regulariter non poteſt eſſe procurator. fallit in caſu iſtius capituli quando eſt pro vtilitate monaſterij, & de licẽtia ſui abbatis.De hac materia vide Panor.in d.cap.ij.de poſtu.in anti. No.quòd licet miles armatæ militiæ poſsit eſſe procurator pro ſuis commilitonibus: tamen religioſus non poteſt eſſe procurator pro ſuis conreligioſis.No.ꝙ religioſus in cauſa aliqua poteſt eſſe procurator vel aduocatus pro monaſterio.ſi habet conſortẽ eiuſdẽ litis,poteſt eſſe procurator pro ſuo conſorte:nã ratione huiuſmodi cõmunionis cauſæ aliqua permittuntur quæ aliàs non permitterentur. Not.ꝙ textus iſte facit in argumentum quòd inhabilis ad conſtituendum vt ſit procurator, puta miles vel mulier vel C minor,non eſt etiã habilis nec aptus vt conſtituatur ad ſubſtituendum.& ſic facit pro illa quæſtione quæ formatur per legiſtas in.l.quod quis. C.eo. tamen iſta glo.diſtinguit:quia ſi ſit inhabilis omni inhabilitate, vt ſeruus vel monachus: tunc non admittitur ad ſubſtituendum, ſicut nec ad conſtituendum, vt hic. Sed ſi ſit ſolum inhabilis ope exceptionis,quia miles, tunc poteſt alium ſubſtituere. Nota quòd ratio huius ca.eſt quia monachus poſuit velle & nolle in ſinu & arca ſui abbatis:& ſi aſſumeret onus ad ſubſtituẽdum, ipſe abdicaret,id eſt ſepararet, abſtraheret & denegaret ſuũ velle & nolle. Not. quòd ſufficit licentiam ſuperioris interuenire in ſuſceptione mandati: vt probat verbum, ſuſcipere. Not.finaliter quòd pro conſorte eiuſdem litis poteſt religioſus ſine licentia ſuperioris eſſe procurator. quod dicit Pau.verum in ciuilibus.pro hoc quod non.Archidi.ij.q. v.ſtatuit & ij q.vlt. ſiquando.Zabarel.

Gloſ.ſequens dicit quid determinat, & literam exponens dubium ſoluit.

d *Religioſus.* Se ſummat determinans no.per Inno.& Hoſti. de re.iudi.cum I.& A.in prin. Et quòd dicit religioſus,generale verbum eſt:& includit omnẽ profeſſum;intelligo tamẽ de clauſtrali:ſecus in prælato.& facit de cenſi.ſopitæ. & qđ ibi not.Hoſti. & Io.xvj. q.j. de præſentium. & quod not.de teſta.cap.ij.lib.vj.

*Religioſus eſt verbum generale.*

e *Et ſi per alium.* hoc dictum eſt,quia quandoque licet in- D ter homines eiuſdem collegij vel profeſsionis quod non licet inter extraneos ſupra ca.compi.de elect. c.j.eo.tit.quia propter.ad ſi.

f *Licentia.* xvj.q.j.monachi.ij.s.de poſtu.c.ij.per quę iura videtur ꝙ nõ ſufficiat licentia, niſi ſubſit vtilitas monaſterij. Ad id quod opponitur de milite qui procurat cauſam numeri ſui,reſponde vt no.in prædi.c.monachi.

Gloſ.ſeq.ponit duas opi.contrarias,& remittit.

g *Suſcipere.* Et ſi ſuſcipiat & cõteſtetur litem:licet quidã dicant deinceps excipi nõ poſſe verius tamen eſt ꝙ excipi poteſt:ſecundum Hoſti.vt ſatis ſcripſi.s.e.in noſtra.ſuper gloſ. quando dicatur. vt quo ad ipſum mũdo mortuũ exceptio ſit peremptoria.Et quare aliud in milite, ibi dixi.

h *Conſorte.* vt patet in prædict.decre.cum Ioan.& And.in princ.de accu.olim.& cap.ex parte.de cenſi.ſopitæ.An vero conſors pro conſorte audiatur ante litẽ conteſtatã, vel poſt ſine mandato,collige per no.de conſti.cũ.M.in.j.glo.de dolo & contu.cum dilecti.in.j.glo.& in his quæ ibi dixi,& patet.C.de conſor.l.j.& ij.ff.de iudi.ſi petitor.

Gloſſa



Glo.ſeq.literam determinat,& determinationẽ tripliciter A exemplificat.

a *Conſtituere.* repete ſine licẽtia prælati. Et intellige in his caſibus quibus ſine licentia prælati perſonaliter eſſe in iudicio nõ poſſet: aliàs in illis caſibus quib⁹ quod per ſe poteſt, per alium poterit.de reg.iu.poteſt. lib.vj. ff.eod.titu.l.filius.in prin.imò melius eſt ꝙ per aliũ.de ſyndi. c. vnico. puta cũ ipſum ſuperiorem denuntiat vel accuſat: vt in prędic.decr.de accu. ex parte. & ca. olim. Itẽ ad cauſam electionis monaſterij ſui.de conſue. cũ dilectus.de reſcr.cũ dilecta.de re iudi.ad probandum,vel ſuæ proprię,cui de ſuperioris licentia conſenſit: ergo procuratorẽ dare poterit quaſi licentiam etiam ad hoc habuerit, ex quo licentiam habuit conſentiendi. de offi.deleg.præterea.& c.ſuſpicionis.

*Religioſus quandoq; ſine prælati licentia poteſt eſſe in iudicio.*

Ita non poteſt alium procuratorem cõſtituere [a] ſeu ſubſtituere [b] etiam ſi per conſtituentẽ hoc ſibi expreſsè [c] fuerit commiſſum [d].

Idem.

*Per obitum rectoris eccleſiæ reuocatur procurator ab eo pro eccleſia conſtitutus, etiam quo ad iam cœpta.*

CAPITVLVM IIII.

Gloſ.ſeq.obiicit & ſoluit.

b *Subſtituere.* repete, ſine ſuperioris licentia. Per verbum Ita,quòd præcedit,videbatur contra:quaſi iſte eſſet pica vel organum conſtituentis, & per ipſum quaſi per fiſtulam vel lapideum canalẽ deueniret poteſtas de conſtituente ad ſubſtitutum.ar.j.q.j.ſi fuerit. Sed negari non poteſt quin in eo quòd vult actum ſubſtitutionis ſuſcipere & ſubſtituere, frangatur abdicatio voluntatis & obedientia quã promiſit. & hæc eſt ratio huius iuris.xij.q.j.non dicatis.de ele.ſi religioſus. li.vj. nec ſine eius actu recipit officium ſubſtitutus. Et facit quod no.de ele.c.pe.li.vj.in vlt.glo.& vide quod dicam in vlt.gl.

c *Expreſsè.* forſan expreſſa perſona:ſed de hoc non curo:ſatis eſt enim quòd habeat mandatum ſubſtituendi etiã incertum.s.eo.c.j.ij.reſponſo.

Gloſſa ſequens not.ad quæſtionem, opin. ponit & diſtinguit.

d *Commiſſum.* Not. ad quæſtionem de illo qui conſtituit procuratorem inhabilem cui dedit mandatum ſubſtituendi,an ſubſtituere poſsit? Et videbatur quibuſdam,vt Petro C de Bel.C.eod.quod quis.quòd ſic per regulam,qui per aliũ. de reg.iu.li.vj.quaſi videatur à domino conſtitutus.ff.quod cuiuſque vni.no.l.item eorum.§.ſi decuriones.ff.de condit. inſti.l.inſtitutio talis. vbi licet hæres non inſtituatur in codicillis: poteſt tamen inſtitui in teſtamento nominandus in codicillo.ad hoc facit. ff. de ſerui.ruſt. præd. cùm eſſent.§.j. vbi ſeruitus conceſſa ab eo qui habuit ab alio poteſtatem concedendi,non ab ipſo,ſed à primo domino videretur eſſe conceſſa.ad hoc bene facit de offi.dele.iudex.li. vj. vbi delegatus inhabilis ſubdelegat. Tu diſtinguas inhabilitatis ſpeciem:aut enim penitus & ipſo iure inhabilis eſt, quo caſu nec ſubſtituet.ad hoc præd.decr.iudex.in ſi.Aut eſt inhabilis ad officium propter defectum authoritatis, qua intercedente habilis eſſet,& eo caſu neceſſe ſit illius authoritatẽ interuenire, vt ſubſtituere poſsit: vt hic. Aut eſt inhabilis per exceptionem: qua non oppoſita habilis eſſet,& eo caſu ſubſtitueret,ar.prædi.decre.iudex.in prin. & per hoc ſoluitur quæſtio de excommunicato,an ſubſtituat.quam dixi de proba.poſt ceſsionem. Additio. Huic eſt ſimilis quęſtio de incapace inſtituto & rogato reſtituere capaci, vtrum poſſit cogi adire, & reſtituere: de qua plene in l.eam quã. C.de fideicom. Item & illa vtrum nepos filij ſpurij poſsit inſtitui ab auo:per medium enim filium ſpuriũ deuenitur ad nepotem. vtrum ergo radix infecta inficiat totũ. de qua per Bar. in l.Gallus.ff.de lib. & poſthu.Petrus.

*Procurator inhabilis habens mãdatum ſubſtituendi,an ſubſtituere poſſit.*

Procuratorem. [a] Notabilis eſt caſus, contra quem prima facie quilibet reſponderet.Primò ponit dictum. Secũdò illud ampliat & declarat ibi, Etiam.Imola.Pręſupponendum eſt illud quod dicitur inſti.mandati. & l.mandatum.C.mandati. vbi dicitur quòd re integra morte mandantis expirat mandatum.Et dicitur res integra vſque ad litis conteſtationem: ſed in mandato iuriſdictionis res dicitur integra vſque ad citationem,& extra iudicium dicitur res integra antequam mandans vel mandatarius fecerit aliqua præparatoria. Casvs. Cùm eſſem litigaturus contra te:quia occupabas decimas meæ eccleſiæ,conſtitui procuratorem.lite conteſtata ſum mortuus. vtrum per mortem meam ſit reuocata poteſtas mei procuratoris: & vtrum ſit neceſſe quòd prælatus mihi ſuccedens conſtituat nouum procuratorem? Et dicit quod ſic. h. d. H. r. Nota caſum in quo reuocatur mandatum per obitum conſtituentis etiam re non integra, Zabarel.

*Diuiſio. a Iſta cle. an habeat locum in ciuiliter mortuo, vide omnino.q. 578. deci. Delph.Guido papæ. Font.*

Gloſ.ſeq.dicit quid approbet vel reprobet.

e *Procuratorem.* Se ſummat reprobans quod no. Inn.de fo. compe.dilecti.& approbat in parte quod ibi not. Hoſt.& de hoc in Spe.de ſyndi.§.j.ver. quid in aliqua.& Hoſt.eo.tit.§. ij.verſi.ſed nunquid procurator. per Archi.eo.tit.ſi duo.lib. ſexto.

Procuratorem [e] à prælato,rectore, [f] vel alio quolibet, pro eccleſia [g] † ſua vel beneficio conſtitutum, per mortem conſtituentis reuocari cenſemus [h]. Etiam quo ad negotia [i] iam incepta, & cauſas in quibus per ipſum lis fuerit ante mortem huiuſmodi conteſtata [k].

f *Rectore.* De eccleſiaſtico loquitur:qđ patet per verba ſequentia: tamen etiã de rectore ciuitatis loquebantur Inno. & Specu.

*† No.quòd beneficiat⁹ poteſt dicere beneficium eſſe ſuum.facit c.ſi tibi abſenti. de præb.lib. vj.*

Gloſ.ſeq.dicit qđ de cauſa propria, & explanat opi.Inno.

g *Pro eccleſia.* Innuit quòd ſecus ſi pro cauſa propria: mandatum enim tunc finiretur morte re integra:re nõ integra non. ff.e. ſi defunctus. B inſti.man.§.item ſi adhuc.ff.man.inter cauſas. C.man.l.mandatum.& ibi no.& in præ. §.item ſi. Quando dicatur res integra:dic ꝙ in iudiciis, ante litem conteſtatam: in negotiis, antequam fecerit præparamenta.Hoc autem quòd pro eccleſia conſtitutus erat,mouebat Inno.qui dicebat ꝙ cum eccleſia non moriatur.xij.q.ij.c.liberti.de reſcr.ſi gratioſè.lib.vj. & procurator pro ea ſit datus ab eo qui poterit,ſcilicet prælato etiam ſine conſenſu capituli.de reſcri. edoceri.nihil eſt quòd prohibeat illum agere cauſam ſibi commiſſam, etiam ſi res ſit integra:per prædi.decre.dilecti.& per decr.petitio. s.eo.tit.& per l.annua.ff.de annu.lega.de procuratore cõſtituto ad negotia: quamuis generaliter fatebatur quòd poſt mortem conſtituentis non debebat incipere noua negotia. ff.de neg.geſt.nam & Seruius.§.ſi viuo. ſed Hoſtiẽ.aliter:vt ſtatim dicam.

*Mandatũ an finiatur per mortẽ mandãtis. Eccleſia nõ moritur.*

Gloſ.ſeq.primò ponit opi.Hoſt.& ipſius motiua,quã oſtẽdit partim reprobatam.ſecundò opi.Archi.

h *Reuocari cenſemus.* dicebat Hoſt. ꝙ procurator iudiciorũ non agit prelato mortuo [b] donec ſit eccleſiæ de prælato ꝓuiſum. Ratio ſecundum eum eſt:quia tunc cum vacat ſedes, nil debet innouari:ne ſe.va.c.j.& vl.quod loquitur de lit.cõ- C teſt.cùm tractet de receptione teſtium: & mirabatur Hoſti. quomodo dubitabatur de hoc.nec valet ſecundum eũ ſi dicas quòd in præ.c. loquitur de prælato conuento,non de agente.nam ſi non permittitur tunc defendere quod fauorabilius eſt,multo minus agere.alle. ff. eo. ſeruum quoque. §. publicè.& l.Pomponius.in ſi.& C.eo.alienã. etſi Hoſti. per hæc verba intellexit quod prædictus procurator ſubſtituto prælato ex primo procuratorio litem conſequi poſsit, hoc reprobaretur per hanc literam quæ dicit reuocari cenſem⁹: non dicit impediri vel ſuſpendi.Archi.tractans hanc materiam ſatis exquiſite in præd.decr.ſi duo.dicit procuratorem conſtitutum à prælato & capitulo in cauſa cõmuni vel principaliter capituli durare poſt mortem prælati. in cauſa verò diſcreta prælati ſecus: & ſic opiniones prædictas voluit concordare.Et an hanc opi.hæc decr. reuocare intendat: nõ video: quòd exprimi fuiſſet expediens. pro eo tamen facit ꝙ ſcripſi poſt Innocen. de conſue.cum dilectus.ſuper j.glo. & quod not.de reſtitut. in integ.capitu.ij.vbi dicit quòd mortuo abbate conuentus per ſyndicum agere poteſt & conueniri de iuribus quæ pertinent ad conuentum, vel ſimul ad vtroſque. ſecus in his quæ ſegregatim pertinent ad D abbatem.ne ſe.va.cap.vlt.Poſſet tamen dici hanc opi.Archi. veram, quod durat procuratorium primis duobus caſibus: nõ tamẽ procedet procurator vacante eccleſia in cauſis quę illa vacãte tractari nõ poſſunt:inſtituto tamẽ prælato procedet ex veteri procuratorio. In tertio verò caſu locum habet hæc decre.

*b Procurator ſi eſt cõſtitutus à collegio in cauſis in quibus poteſt omnibus de collegio mortuis & aliis ſubrogatis,durat eius officiũ:vt determinat Dyn.in cõpromiſſo facto à collegio vbi ſunt decem ex quibus v. vel vij. poſtea mortui ſunt. tenet enim quòd non extinguatur cõpromiſſũ:quia vnũ & idẽ collegiũ remanet & cenſetur etiam aliis ſubrogatis: vt l.proponebatur. ff.de iu.& itano.Bar. in l.quod in rerũ. §. & ſi nanẽ. ff.de lega. j.Petrus.*

i *Negotia.* credo quòd intẽdit per hoc deſignare procuratorem negotiorum: & per verba ſequentia procuratorẽ iudiciorum.

Gloſ.ſeq.dat ſimile,& notat ad duas quæſtiones.

k *Conteſtata.* quantumcunque ergo ſit dominus inſtantiæ, mors reuocat: ſicut & viuẽs ex certis cauſis reuocare poſſet inuitum.de quibus s.eo.c.ij.lib.vj. Et facit hæc decre.ad id quod no.poſt Hoſt.de offi. vica.c.pen.quòd mortuo eo qui dedit vicarium, expirat illius officiũ [c]: & ita ſeruamus.alleg. de offi.vica. Romana. lib.vj. per quam probatur quòd ſi nõ eſſet mortuus,ſed excommunicatus,ſuſpenditur:ſed non reuocatur officium vices gerentis: & ſic diceremus in procuratore prælati agentis.Facit etiam ad quęſtionem no.in Spe. de arbi.§.finitur.ver.quid ſi prælatus.ſ.quòd mortuo prælato qui compromiſit de rebus eccleſię, finiatur compromiſſum.ibi videas.

*c Per iſtã gl. Panor. in c.extirpandæ.§. quia verò. tradidit regulã,quod vicari⁹ domino ſuo mortuo iuriſdictione vel officio ſuo ſuſpenſo non adminiſtrat. Font.*

DE

DE RESTITVTIONE
*in integrum.*

Viſum eſt ſupra de procuratoribus: verũ quia eccleſia aliquando litigat per procuratorem: & per negligentiam procuratoris ſui aliquando læditur, & tunc debet reſtitui: ideo occaſione à procuratorib⁹ ſumpta, ponit titulum generalem de in integrum reſtitutione.

## DE RESTITVTIONE in integrum.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Eccleſia probans ſe læſam per lapſum temporis, ad illud tempus tantùm reſtituitur: & intra quadriennium à tempore læſionis.*

CAPIT. VNICVM.

A B eccleſia [a] aduerſus [b] lapſum tẽporis [c] in quo [d] ſe læſam [e] affirmat [f], in integrũ reſtitutio peti pōt [g]: & cauſa reſtitutionis huiuſmodi finiri [h] debet intra quadriẽnium [i] continuum [k] à tempore [l] læſionis, etiam ſi minus [m] quadriennio [a] tempus læſionis exiſtat. Sed non fiet reſtitutio niſi ad tantum tempus quanto ſe læſam fore probabit [b].

Ab eccleſia.] Ponit primò dictũ. Secundò illud determinat & declarat: ibi, Sed non fiet. CASVS. Eccleſia aliqua litigat per procuratorem contra Titium, & procurator eccleſiæ petiit terminum ad producendum teſtes, acta, literas & quæcunque alia munimenta ſub pœna excluſionis. procurator iſte fuit negligens ad producendũ ſuos teſtes & munimenta. quæritur vtrum aduerſus iſtum lapſum temporis eccleſia habeat releuamentum: hoc eſt, vtrum hoc lapſu nõ ob. poſsit producere ſuos teſtes &c? Dicit quòd ſic. Sed quæritur ad quantum tempus eccleſia reſtituitur. puta quia fortè eccleſia habuit tres menſes, & fuit impedita per duos menſes: vtrum reſtituetur ad tres menſes? Dicit quòd non: ſed ſolùm reſtituetur ad tempus in quo fuit læſa. Sed quæritur intra quod tempus poſsit petere iſtam reſtitutionem? Dicit quòd intra quadriennium. No. quòd cauſa reſtitutionis in integrum debet inchoari & finiri intra quadrienniũ à tempore læſionis: & ſic officiũ nobile quod imploratur ad impetrandam reſtitutionem in integrum, non perpetuatur per litis conteſtationem. Secus eſt de actione, l. fi. C. de præſcr. xxx. vel xl. annorum. & C. quando libel. prin. dat. l. j. & ij.

No. quòd eccleſia petit reſtitutionem intra quadrienniũ: licet tempus ſit minus quadriennio. Et ſic confunditur opinio aliquorum legiſtarum dicentium quòd ſolum quis debet reſtitui intra illud tempus ad quod fuit læſus: vt ſi aliquis in præſentia mea inceperit vſucapere rem meam per biennium: & in primo anno fui abſens cauſa reipublicæ: durante illo anno vſucapit. volo reſtitui. Dicunt iſti quòd non poſſum reſtitui niſi intra annum. Nota quòd officium reſcindens eſt officium nobile, quod imploratur vt iudex tollat impedimentum quod obſtat: puta tollat vſucapionẽ vel præſcriptionem: quo impedimento ſublato reſtituor ad actionem quam prius habebam: & iſta actio dicitur actio reſciſſoria: & ipſam debeo intentare poſt reſtitutionem intra tempus quo fui læſus. Not. ſecundum glo. quòd iſta reſtitutio intelligitur de lapſu temporis iudicialis. Hoc idem tenet gloſ. in ca. auditis. in an. tamen maior pars doctorum tenet contrarium, & dicunt quòd iſtud cap. loquitur indiſtinctè, ſiue eccleſia ſit læſa in iudicio, ſiue extra. No. quòd ad hoc vt audiatur eccleſia petens ſe reſtitui, ſufficit quòd affirmet ſe læſam: vt hic in verbo, affirmat. & glo. in hoc verbo. Not. quòd eccleſia læſa reſtituitur in integrum: & eſt hæc reſtitutio in priſtinum ſtatum reſtauratio. C. de reputa. quæ fiunt in iudi. l. j. ff. de mino. l. quòd ſi. §. reſtitutio. Zabarel.

a *Ab eccleſia.* determinat no. ff. ex quib. cau. ma. ſed & ſi per prætorem. §. quoties. & l. necnon. §. ſi quis ſæpius. C. de tẽp. in integ. reſtit. l. fi. de reſtit. mi. l. quod tempore. & quod not. Guli. hic in Spec. in ij. parte. eod. tit. §. intra quod. in princ. & §. ij. ver. ſed cùm dixerim.

*Prælatus ſine mãdato poteſt nomine eccleſiæ reſtitutionem petere.*

Eccleſia. cuius nomine hãc reſtitutionem petet prælatus etiam ſine ſpeciali mandato, ſecundum Inn. qui hoc no. ſ. e. ſuſcitata. & Guli. in Spec. e. tit. §. ij. ver. prælatus autem. Si verò per lapſum temporis nõ læderetur eccleſia, ſed ſolũ perſonæ ipſius eccleſiæ: vt quia lapſum eſt tempus quo prælatus debuit prouidere, vel canonici debuerunt eligere: tunc non competit reſtitutio: vt ſcripſi ſupra eo. ca. fi. in vj. oppo. & no. in prædi. §. ver. vt autem.

b *Aduerſus.* vſitatum eſt hoc verbum in iure, & maximè in hac materia: vt patet C. ſi aduer. rem iu. & in rub. ſe. ſ. e. ca. ij. lib. vj. & ponitur pro contra.

c *Lapſum temporis.* pone exemplum ſupra capitulo ſecundo, & cap. auditis. & cap. coram. quia intra tempus ſtatutum probationes non produxit, vel nõ obtulit intra tempus ſtatutum pretium emptori, cum poſſet. eod. titu. conſtitutus. vel pone in decendio appellationis interponendæ. e. tit. c. fi. Quid de biennio proſequendæ appellationis, an eccleſia intra illud tempus non proſequens iuſtè impedita indigeat reſtitutione, vel ipſo iure ſeruetur illæſa? not. per Innoc. & Hoſt. de appel. ex ratione. De præſcriptione verò xl. an. con-

*Eccleſia quæ nõ eſt proſecuta appellationem intra biẽniũ, an indigeat reſtitutione.*

A tra eccleſiam nil immutatur per hanc conſtitutionem: ſed dic vt no. ſ. e. auditis. loquitur enim hic de illo temporis lapſu contra quod reſtitutio cõpetit: ſed contra illud nõ competit: vt ibi.

d *In quo.* ſcilicet lapſu temporis.

e *Læſam.* enormiter. quod dic vt not. ſ. eo. ca. j. & patet de reb. eccle. non alie. cap. penu. Nunquid autem ex eo quod non poſuit declinatorias intra terminũ ad id datum, ſit læſa, & reſtitutio competat? ſatis ſcripſi poſt Inno. & Hoſti. ſ. eo. coram.

f *Affirmat.* in fi. dicit, probabit. & ibi dicam.

g *Peti poteſt.* de hoc non dubitabatur: nam & maior læſus ex tempore quo abfuit cauſa reipublicæ, vel alia iuſta cauſa,

B reſtituitur. ff. ex quib. cau. ma. l. j. cum ſimilibus.

h *Finiri.* hoc eſt quod dicimus non perpetuari hoc caſu iudicis officium per conteſtationem. de hoc ſupra de offi. iu. c. ij. ſi tamẽ non ſtaret per eccleſiam, ſed per iudicem vel aduerſarium: nõ imputatur eccleſiæ. C. de temp. in integ. reſti. l. petendæ. in fi. vnde ſi per appellationem aduerſarij fuerit protelata: nõ imputatur eccleſiæ: ſicut nec minori. ff. de mi. intra vtile. & facit de re iudi. imputari. lib. vj. & facit e. tit. c. j. lib. vj. & vide quod ſcripſi ſ. e. cum ex literis. ſuper gl. ij. Sed quid ſi poſt finitum quadriennium detur reſtitutio? glo. in l. fi. C. de temp. in integ. reſti. dicit quòd tenet: quia contra ius litigatoris: quod puto eum intellexiſſe ſi non appelletur. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. ij. ſ. de re iud. cùm inter vos. Quidam contra [a] dicentes quòd quia huiuſmodi conſtitutiones contra ius commune conceduntur, ſunt reſtringendæ. ff. de act. & obli. in honorariis. §. ſed cũ reſciſſa. de reg. iu. quæ à iure. lib. vj. Item qua ratione non tenet ipſo iure ſententia lata poſt tẽpus accuſationis. ff. de excu. tu. ſcire oportet. §. conſequẽs. eadem ratione nec hic. & facit quod not. C. de iudi. properandum. poſt prin. & hoc placuit Dy. pro quo facit j. de app. ſi appellationem.

*Officiũ iudicis non ſemper perpetuatur p litis conteſtationem.*

*Reſtitutio poſt quadriennium data an teneat.*

*a Et bene Panor. neſciens gloſ. iſtam alibi: per quã dicit ſententiam cõtra ius litigatoris priuilegiati aduerſus ius commune eſſe nullã ipſo iure. ſic limitatur ca. inter vos. de re iudi. Fõ.*

i *Quadriennium.* olim dabatur annus vtilis, qui vario mo-

C do computabatur ex diuerſitate locorũ: quæ hodie ſublata eſt: & loco illius datur quadriennium. C. de temp. in integr. reſt. l. fin.

Gloſ. ſeq. inſtruit de tempore continuo & vtili.

k *Continuum.* habemus in iure tempus cõtinuum & vtile. continuum eſt quod continue currit, diebus feriatis & non feriatis, in præſentia & in abſentia, ſiue ſit copia iudicis ſiue non. C. de præſcrip. long. temp. l. fin. Tempus verò vtile non currit diebus feriatis, diebus abſentiæ, & diebus quibus non eſt agendi copia. Et iſtud eſt multiplex: quia quoddam eſt continue vtile, quoddam vtile quo ad ſui principiũ tantum, quo ad progreſſum non: quandoque eſt continuum vno reſpectu: vt veniant dies feriati, & non alio: quia non currit iuſtè impedito. de hoc ſcripſi de conceſ. præben. cap. ſecundo, & cap. quia diuerſitatem. in fin. & fortè hoc intendit hæc litera, quòd continuum ſit in prin. per literam quæ ſequitur.

Gloſſa ſeq. ponit differentiam. ſecundò not. pro opi. Inn.

l *A tempore.* læſionis. in hoc differt eccleſia à minore & à maiore: quia minori currit in prin. xxvj. anni ætatis ſuæ, ſcilicet cũ factus eſt maior. C. de tẽp. in integ. reſti. l. fi. maiori læ-

D ſo tempore abſentiæ currit poſt reuerſionem. ff. ex quib. cau. ma. ab hoſtibus. §. fi. in eccleſia non ſic: vt patet hic & ſupra eo. ca. j. & ij. lib. vj. Et not. quòd hæc litera facit pro eo quod no. Inno. ſ. eo. corã. vbi dicit quòd ſi eccleſia nõ probauit in peremptorio: à fine termini incipit currere quadriennium petendæ reſtitutionis, & nõ à die ſententiæ. quod patet: quia finito termino cõpleta fuit læſio ex qua daretur reſtitutio, etiam ſi nulla ſequeretur ſententia. ſupra eo. tit. cap. ij. & iij. vnde dicit ꝙ cautè facit læſus in omiſsione probationũ & in ſententia ſi petit reſtitui contra ſententiam & ad probationes omiſſas. Alij ſecundum eum, ꝙ quadriennium computatur à tempore ſententiæ: & ſatis eſt contra ſententiam reſtitutionẽ petere. ad hoc ff. de mino. l. j. §. j. ſed prius dictũ plus placet Innocen.

*Reſtitutio quando peti debet ab eccleſia, minore et maiore læſis.*

Gloſ. ſeq. ponit tres opi. & tertiam hic approbatã coadiuuat, & contrariis reſpondet.

m *Si minus.* Hic erãt opiniones legiſtarũ, de quibus in j. gl. Dicebãt enim aut eſt læſio in contractu vel ſententia, aut in tpe. Primo caſu fatẽtur indiſtinctè verũ ꝙ datur in integrũ quadriẽniũ. ſ. e. c. j. li. vj. ſ. e. cõſtitutus. C. de tẽp. in integ. reſti. l. fi. ſecundo caſu ſubdiſtinguũt, aut læſio eſt tanti tẽporis quantum



quantum eſt quadriennium, & tunc intra quadriennium in

A integ. datur reſtitutio. aut læſio eſt minoris temporis: & tũc dicunt quòd non datur integrum quadriennium, ſed ſolum tantum tempus ad reſtitutionẽ petendam quantum fuit tempus læſionis: & hoc placuit Bul. & Azo. & Accur. quos ſequitur Dy. in §. rurſus. inſti. de act. Iac. Bal. cõtra, quem ſequi videtur Odof. diſtinguens tempus intra quod, & tempus ad quod ſit reſtitutio, dicens quòd dummodo non reperiatur negligens intra tãtum tempus quantum erat tempus læſionis, habebit integrum quadriennium: aliàs ſi intra illud tẽpus reperiatur negligens, non reſtituitur poſtea etiam intra quadriennium: quia tẽpus negligentiæ computatur cum tẽpore læſionis vel abſentiæ. & ſic intelligit. ff. quæ in frau. cre. ait prætor. §. ſi conditionalis. quam primi allegant pro ſe. Alij in hoc vltimo dicto diſcordant, dicentes ꝙ tempus intra quod, ſemper eſt vniforme, & ſemper habet quatuor annos: vt hic, & in concor. tempus verò ad quod, non datur amplius quàm fuerit tẽpus læſionis. & ſic loquitur. ff. ex qui. cau. ma. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. & l. necnõ. §. ſi quis ſæpius. ff. de mino. l. fi. nam in lucro foret is qui reſtituitur ſi amplius haberet de tempore quàm fuerit tẽpus læſionis. quod eſſe non debet. ff. ex quib. cau. ma. l. j. in prin. & l. videlicet. & hoc placuit Petro de Bel. & hoc approbatur, & merito. eſſet enim mirabilis rigor dicere ꝙ læſus in die debeat obtinuiſſe reſtitutionem intra diẽ: quod vult prima opinio, vel ſaltẽ neceſſario ſeparaſſe: quod vult ſecunda. Itẽ concludit prima opinio quadrienniũ non dari contra vſucapionẽ quæ finitur triennio. inſtit. de vſuca. in prin. cũ tamen loco anni vtilis qui dabatur olim. C. de reſtit. mi. ſi quid. & l. ſeq. detur hodie quadrienniũ. C. de temp. in integ. reſti. l. fi. quod præſcriptioni &

C vſucapioni eſt cõmune. Reſtat ergo reſpõdere ad contraria quæ inducit gl. in §. quoties. primò ipſe §. quoties. & ea. l. §. ſi feriæ. determinãt ſolum tempus ad quod, puta vt læſus in die reſtituatur ad diẽ: & ſic concordant: ſed non determinãt tempus intra quod. Eodẽ modo reſponderi poteſt ad l. necnon. §. ſi quis ſæpius. eo. tit. vt ſcilicet loquatur de tẽpore ad quod. Vel ſi vis intelligere de tempore intra quod, loquitur de anno vtili, cuius loco datur hodie quadriẽniũ: ſicut ſi hodie diceremus læſum in quadriennio reſtitui intra quadriẽnium. Lex vlt. ff. de mino. facit pro: quia ibi tẽpus intra quod præcedit tẽpus ad quod, & dantur ibi hæc duo tẽpora diuerſis. Ibi enim ex tempore in integ. reſt. conceſſæ minori qui nouauerat, reſtituitur creditori tempus quod ſibi ſupererat de temporali actione nouationis tẽpore. Per eundẽ modum reſponderi poteſt ad l. ſi debitrix. §. fi. ff. ad Velle. ſi diceretur ꝙ ibi reſtitutio fiat per iudicis officiũ. Vel dic verius vt ibi not. ſcilicet ꝙ ſine temporis interuallo ipſo iure per l. reſtituitur prima actio. & per eundem modũ reſpõde ad §. ſi conditionalis. ſuperius alleg. ad l. cum poſt. ff. quando ac. de pe. reſponde vt ibi not. nec ibi de reſtitutione loquitur. Ad rationem quã dicebant primi, ꝙ aliàs erit deterior conditio illius qui vſucepit tempore minoris ætatis vel abſentiæ cauſa reipublicæ quàm ſi non vſucepiſſet. completa enim ætate vel ceſſante cauſa vſucepiſſet per trienniũ, & tu das quadriennium. Reſpondeo quòd non eſt deterior: quia ceſſante vſucapione ille poſſet vendicare quod modo non poteſt: imò ſecundum quoſdam eſt prius neceſſariũ iudiciũ reſcindendæ: quod eſt dicere, ꝙ prius reſcindatur impedimentum vſucapionis: & poſtea reſciſſoriũ datur, id eſt, priſtina actio quæ datur vſucapione reſciſſa: tamen ſeruatur quòd ſimul vtrumque intentatur: quod fieri poteſt: vt no. Guli. in Spec. iiij. parte. eo. tit. verſi. ſed nunquid in eodem. Nec eſt melior conditio eius contra quem vſucapitur in abſentia, quàm in præſentia: quia vendicando intra triennium perpetuaret ſibi actionem per conteſtationem: ſed officiũ non perpetuatur per conteſtationem: vt ſ. dixi: æquè igitur datur tempus longius.

*Iudicium reſcindens & reſciſſorium ſimul intentari poſſunt.*

Gloſ. ſeq. obiicit, & remittit.

a *Quadriennio.* Sed contra, temporalis præſcriptio non currit minori: ſed ipſo iure ſeruatur illæſus. C. in quib. cau. l. ſi. ergo nec eccleſiæ. Solue vt dixi ſ. e. conſtitutus. ſuper gl. cõſuetudo. & ca. ſi. in vj. oppo.

*Præſcriptio nõ currit minori.*

A b *Probabit.* Licet ergo ex affirmatione minoris vel eccleſiæ examinentur cauſæ reſtitutionis in integrum vt ſ. non tamen conceditur reſtitutio niſi læſione probata, vt hic: de quo vide in Spec. eo. tit. §. ij. verſi. illud quoque.

# LIBER SECVNDVS.
## DE IVDICIIS.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Conſtitutio Bonifacij quæ habet quòd citationes etiam extra dies ſolemnes publicè factæ de mandato papæ, in audientia literarum apoſtolicarum, vel papali palatio affixæ ianuis maioris eccleſiæ loci in quo papa cum curia ſua degit, arctent citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent: reſtringitur ad eos qui impediunt ne ad eos poſsit citatio peruenire, vel quorum domicilium tutè non poteſt adiri. Ioan. And.*

CAPIT. I.

B DVDVM Bonifacius Papa octauus prædeceſſor noſter conſtituit [c], vt citationes [d] authoritate apoſtolica de perſonis quibuſcunque [e], ac etiam vndecunque [f] ad inſtar edictorum in

DE IVDICIIS.

Viſum eſt de præparatoriis iudiciorum & iudicibus: nunc videndum eſt de iudiciis quæ per magiſtratus exercẽtur & reddũtur: quare ponitur rubrica, de iudiciis.

*Continuatio.*

Dudũ. Primò ponit conſtitutionem Bonifacij. Secundò illã reſtringit: ibi, Quia verò. Tertiò proteſtatur: ibi, Porrò. Et conſtitutio iſta præceſsit conciliũ: vt in prooemio dixi, & patet j. cap. proxi. Præſupponendum eſt quod habetur in conſtitutione Bonifacij octaui, quæ incipiebat, rem non nouam. videlicet ꝙ citãdus citabatur in audientia contradictoriarũ, vel in aula palatij papæ: & poſtea affigebatur ſchedula in valuis. i. in portis eccleſiæ principalis vbi erat papa: & hoc fiebat ſi per ipſum ſteterat quo minus poſſet citari, vel ſi ad eũ non patebat tutus acceſſus. Et condita ſeu facta fuit hæc clementina propter opiniones: quia aliqui exponebãt præſertim. i. maximè, alij exponebãt præſertim. i. tantum. Secundò præſupponẽdũ eſt quòd auditor ſeu audientiator audientiarum dat literas ſimplices iuſtitiæ, & non tenet ſuum auditorium cum aliis in palatio papæ: ſed exercet in tertio ponte eundo verſus ſanctum Michaëlem. CASVS. Inter Titium & me pendebat lis corã papa, & erat articulus qui nõ poterat expediri niſi citato Titio, quia erat ſententia ferenda, vel teſtes producẽdi. quæritur qualiter ſit citandus? Dicit ꝙ ſecundũ conſtitutionẽ Bonifacij ſufficit quòd citetur in ordinario contradictoriarum, vel in palatio

*Diuiſio.*

C papæ, dũ tamẽ non citetur in diebus ſolennibus, ſed citetur extra dies ſolẽnes, & poſt affigatur citatio in valuis eccleſiæ principalis vbi eſt papa cũ collegio. Tamẽ illa erat nimis rigoroſa pluribus, ideo hic mitigatur, quia illa cõſtitutio Bonifacij ſolũ habet locũ contra eos qui impediũt quo minus poſsint citari, vel quãdo ad eos tut⁹ nõ patet acceſſus, & tũc valet modo prædicto, videlicet ꝙ citetur vt tactũ eſt. tamẽ ſi papa decerneret ex certa ſcientia eũ citandum ex conſtitutione Bonifacij, quãuis per eum non ſtat quo minus citetur, vel ſi ad eum bene ſit tutus acceſſus, & dicat ꝙ ipſe vult vt executio talis citationis valeat, tunc valebit perinde ac ſi eſſet facta in perſonã. No. ꝙ quis eſt citandus perſonaliter ſi poſsit apprehendi. aliàs citandus eſt vt eſt de intimatione. ſ. de elect. in ca. cauſam. videlicet ꝙ citatio eſt affigenda in valuis eccleſiæ vel alterius loci, ita quòd veriſimile ſit ꝙ executio citationis deueniat ad eius notitiam. Not. caſum in quo citatur quis vltra duas diætas, vt hic in gloſ. in verbo, vndecunque. & idem Lau. & Zen. No. quòd ceſſante cauſa legis ceſſat lex: probatur hoc in eo quòd excuſat conſtitutionem Bonifacij propter malitiam temporis. Zabarel.

Gloſ. ſeq. tempus exprimit.

D c *Conſtituit.* in extrauag. quæ emanauit poſt ſextũ, quæ incipit, rem non nouam.

Gloſ. ſeq. ſoluit obiectionem intitulationis.

d *Citationes.* Licet, quia de citatione hic tractatur, competenter poni potuiſſet ſub titu. de dilationibus, maximè cum prima citatio videatur anteiudicialis, iuxta not. per Inno. & Hoſtien. de probat. quoniam. vt ibi ſcripſi ſuper verb. citationes. quia tamen etiam per primam firmatur iudicium, & perpetuatur & præuenitur iuriſdictio. de foro compe. propoſuiſti. de offi. deleg. gratum. cum cõcor. ideo in iſto titulo congruè ponitur, vt ſciatur ſuper tali citatione poſſe firmari iudicium. facit inſtitu. de pœ. teme. lit. §. fin. & quod not. ff. de in ius vo. ſuper rubric. & eſt huic ſi. eod. titu. cap. j. & ij. lib. vj.

*Citatio prima firmat iudiciũ, & perpetuat iuriſdictionem.*

e *Quibuſcunque.* Exprimit ipſa conſtitutio cuiuſcunq; ſint ſtatus, dignitatis vel præeminentiæ eccleſiaſticæ vel mũdanæ, etiã ſi imperiali [a] vel regali præfulgeant dignitate. tollit etiam omnes contrarias indulgentias, vt ibi patet.

f *Vndecunque.* Etiam vltra duas diætas & extra prouinciã. eſt enim papa vicarius illius cuius eſt terra & plenitudo orbis terrarum &c. de deci. tua. ij. ix. q. iij. cuncta per mundum. Ioan. And.

*a Not. hic per verba generalia cõprehẽdi etiam illuſtres. Font. Albo.*

albo[a] prætoris propoſitorum etiam extra dies ſolennes[b] in quibus Romani pontifices proceſſus conſueuerunt facere generales,[c] ipſo papa[d] ſpecialiter[e] & ex certa ſcientia[f] id mandante[g] factæ, in apoſtolicarum audientia publica literarum,[h] vel in papali palatio[i] publicè poſtmodum maioris[k] eccleſiæ loci in quo Romanus pontifex cum ſua curia reſidebit, ianuis affigendæ, ſic valeant atque arctent citatos poſt lapſum terminum, quem (conſiderata diſtantia locorum[l]) citationibus ipſis apponi conuenit competentem, ac ſi ad eos perſonaliter[m] deueniſſent. Quia verò ſtatutum ipſum rationabiliter[n] editum propter malitiam temporis tunc inſtantis nonnullis nimis rigoroſum videtur, Nos rigorem ipſum manſuetudine temperantes,[o] idem ſtatutum & præfatum modum citandi reſtringimus[p] ad illos tantum, & in illis locum volumus ſibi vendicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant per ſe vel per alios[q] quoquo modo, ne ad eos poſſit citatio peruenire:[r] vel quorum[s] domicilia ſiue loca non poſſunt[t] tutè[u] liberéve adiri. Porrò ei quod circa citationes abſentiũ tam diebus ſolennibus quàm aliis eccleſia Romana diuerſis ex cauſis interdum facere conſueuit,[x] per præſentem conſtitutionem ſeu moderationem in nullo volumus derogari.

*Albũ prætoris quid erat.*

a *Albo.* erat locus dealbatus vbi ſcribebantur edicta: de quo in authent.de liti.§.omnem.collat.octaua. ff.de iuriſdi. omn. iudi. ſi quis id.ff. de albo ſcri. l.j. & ij. de hoc vide in Specu.de dolo & contum.§.reſtat.in princi.de cita.§. ſequitur. ver. & not. ſecundum Vber. vbi etiam not. qui iudices citare poterant per hæc edicta, & qui non.

Gloſſa ſequẽs exprimit tres dies, & ſequens quinq; crimina in quibus & contra quæ fieri ſolent proceſſus.

*Dies ſolennes in quibus papa facit proceſſus generales.*

b *Solennes.* Solent eſſe dies Iouę ſeptimanæ ſanctæ, dies aſcenſionis: & feſtũ dedicationis baſilicarum Petri & Pauli, quod fertur eſſe de menſe Nouembris in octau. beati Martini.

*Proceſſus generales cõtra quos fiunt per papam.*

c *Generales.* contra hæreticos, credentes &c. vt ſcripſi de hæret.excommunicamus.§.ſane. ſuper j.gloſ. portantes Saracenis merces prohibitas: vt ſcripſi de Iudæ.quod olim.ſuper gloſ. ij. & piratas. de hoc de rapt. excommunicationem, exigentes vel imponentes noua pedagia. de cẽſi. innouamus. falſarios literarum papalium: de crimine fal. ad falſariorum. & his ſimiles.

d *Papa.* in inferioribus etiam locum non habet: ſaluo eo quod dicitur j.tit.j.quamuis.

e *Specialiter.* non ſufficeret ergo generale mãdatum de citando talem niſi papa ſpecialiter exprimat citationem fieri per hanc formam.

Gloſ.ſeq. probat per ſcientiam includi ignorantiam & errorem: & dicit quare.

*Error opponitur cõſenſui, & falſum pro vero approbat.*

f *Ex certa ſcientia.* idem verbum de offic. delegat.paſtoralis.§. præterea. & vide quod ibi not. Ignorantia opponitur ſcientiæ.de ord.ab epiſ.c.j.de ſent.excom.per illorum.ſicut error opponitur conſenſui. ff. de iuriſd. omn.iu.ſi per errorem.& canon dicit quòd propriũ erroris eſt approbare falſum pro vero.xxxviij.diſt.quamuis.& alibi. quòd errare eſt aliud pro alio putare.xxij.q. ij. in quibus. cadit tamen error in ignorantia: & prædic.cap.quamuis.quare litera iſta videtur excludere mandantum quod papa faceret per ignorantiam vel errorem: ac ſi intendat quòd requiritur certa ſcientia per quam intendat tollere ius commune, quo debeat citatio fieri perſonaliter vel ad domũ: vt lit.non conteſt.quoniam.§.porro.de eo qui mit.in poſ.ca.ſi. cum ſuis concor. j. tit.j.ca.j.& requirendi ſunt amici. ff.ex quibus cau.maiores. item ait.§.vlt.& l.ſeq.ſuper quo vide quod no.de do.& contu.cauſam.

g *Mandante.* conſtitutio, rem non nouam.dicit iubẽte, per quod videntur hæc paria, & facit ad not. xiiij.q.j.ca.ſi.xviij. q.ij.dudum.

Gloſ.ſeq. ponit duas vel quatuor æquiparationes.

h *Literarum.* de ſimplici iuſtitia, de cri.fal.c.pe.& ibi manere ſolet contradictarum auditor. Alij auditores in palatio, de quo ſequitur: & propter hoc decret.ne Romani. §. ſane. ſupra eodem libro de electio. dicit cauſarum & literarum audientia.

i *Palatio.* conſtitutio illa dicit, aula. cui verbo concordat. j. de bap.præſenti.

*a Nota ex glo. vbi eſt papa, ibi eſt Romana curia. facit. c. 2. iuncta gl. in verbo, ſede.de priuile.lib.6. Font.*

k *Maioris.* non dicit cathedralis, ſicut ſupra ea.compi.de elec.cauſam.§.j.& j.tit.j.quamuis ratio: quia curia poſſet eſſe in caſtro, villa, vel oppido,[a] vbi non eſſet eccleſia cathedralis.& concor. j.de ſent.excom.ex frequẽtibus. vbi æquiparat cathedralem & matricem eccleſiam loci.

l *Locorum.* conditionibus perſonarum & negotij.de app.cũ ſit Romana.

m *Perſonaliter.* ergo ſicut perſonalis citatio conſtituit quẽ verum contumacem, non tamen manifeſtum. de ſent.excõ. venerabilibus.§.ſecus.lib.vj. ſic & iſta. Circa talium appellationem vide quod dicam j.de do.& contu.ſi ante. Et hoc intendit, quòd ille proceſſus qui fieri poſſit cõtra perſonaliter citatum: fieri poterit contra iſtum: & econuerſo, ſ.in eo qui fieri non poſſet contra illum, nec cõtra iſtum. ſuper quo vide quod ſcripſi de eo qui mit.in poſ.c.ſi. & in q.quam diſputaui de receptione teſtium facta cõtra citatum ad domum. in mercu. ſub tit.de teſti. Item id quod ad excuſationem cõtumaciæ poſſet dicere perſonaliter citatus, poterit & iſte:[b] & quod ille non poſſet, nec iſte. facit de ap.ſepe.ver. quidquid autem.

*b No. Imo. l. q̄ præſumptio de notitia citationis, nõ eſt iuris & de iure. Font.*

n *Rationabiliter.* cõcor. ſupra de reſcri. ſtatutum.de conceſ. præben.c.ij.lib.vj.

o *Temperantes.* xlv. diſt.diſciplina.& ca. ſunt nanque.

Glo.ſeq.alle.duas concor. & dupliciter iuſtificat hãc reſtrictionem.

p *Reſtringimus.* ſ. de elec.ſtatutum. de hære.ſtatutũ.ij.li.vj. & j.c.proxi. Et conſtitutio Bonifa.dicebat q̄ in his præſertim caſibus locũ habebat illa citationis forma: & accipiẽdo illud præſertim, pro tantum, habebamus mentem huius conſtitutionis, quæ fuit æquiſsima, nã graue eſt dicere, quòd ille dicatur vere contumax ex tali citatione, quæ facile poterit non venire in eius notiam: ſicut dicitur de voce præconis, quæ quandoque paucis innoteſcit: in authen.de lit.§.omnẽ.col.viij. C.quo. & quãdo iud.authen. qui ſemel.

*Præconis vox paucis innoteſcit.*

q *Vel per alios.* ſ. ea.compi. de renun.ca.vnico.& de offic. deleg.ſtatuimus.lib.vj.

r *Peruenire.* vt lite non conteſtat. quoniam. §. porrò.& ibi de hoc.

ſ *Vel quorum.* alternatiua demonſtrat quòd ſufficiat alterũ iſtorum.

t *Non poſſunt.* hoc æſtimabat papa, ſpecialiter & ex certa ſcientia citationis modum committens: vt ſupra.

u *Tutè.* dicit conſtitutio Bonifa.cum (vt ſcriptũ eſt) æſtimare debeamus an eò ire liceat vbi eſt citatio facienda.

x *Conſueuit.* de quo videre potes in Spe. de cita.cap.vlt.per totum.

*Diuiſio.*

D*iſpendioſam.* Primò ponit conſtitutionis cauſam. Secundò ibi, Statuimus. conſtitutionem. Tertiò, ipſius extenſionem: ibi, Volentes. CASVS. Inter aliquos eſt controuerſia & cõtentio de aliquo beneficio: quia aliquis clericus intendit ius in illo beneficio: vel forte eſt quæſtio de aliqua dignitate, vel ſuper aliqua electione, poſtulatione, vel prouiſione, vel de aliquo matrimonio, vel ſuper repetitione vſurarũ, vel ſuper illis cauſis in textu numeratis: quæritur vtrũ iudex cognoſcẽs de iſtis cauſis, debeat procedere ſecundũ ordinẽ iudiciarũ ad longũ: puta q̄ dicit libellus in ſcriptis q̄ lis cõteſtetur, q̄ fiant ꝓductiones teſtiũ, dilationes, & cõcludatur q̄ renũtietur: vel vtrũ poſſit ꝓcedere ſummarie ordine iudiciario nõ ſeruato? Reſpõ. Rom.pont. q̄ in his cauſis in textu poſitis iudex poteſt ꝓcedere ſummarie & de plano ſi velit: vel etiã poteſt obſeruare ordinem iudiciariũ. h.d. Et dicit q̄ de his verbis ſummarie & de plano, habemus in cle.ſæpe.de verb.ſig.quę facta fuit ad exponendũ iſta verba ſummarie & de plano: & dic diſpendioſam, id eſt dãnoſam.

*Ordinatio literæ.*

Ordina ſic: Nos Clemẽs cupiẽtes reſtringere in caſib⁹ ſcriptis ſcilicet in textu, diſpẽdioſam prorogationẽ, id eſt, damnoſam prolongationẽ litium quã interdum, id eſt aliquoties experiẽtia cauſarũ, ſcilicet ſic prolõgatarũ docet prouenire ex obſeruatione ſubtili iudiciarij ordinis &c. Et ſic colligo notabile, q̄ quandoque ſubtilitas reprobatur: vt in gl. Item no. diſpendium eſſe ſi prorogantur lites. C. de iud. l.properandum.de do. & contu.c.finem. No. finaliter differentiam inter illa verba, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu iudicij & figura. de hoc in glo. in verbo, figura. Zabarel.

Gloſſa

## Idem.

*In cauſis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialibus, & vſurarum, & ipſas tangentibus, procedi poteſt ſimpliciter & de plano, abſq; iudiciorum ſtrepitu & figura.* Ioan. And.



### CAPITVLVM II.

DIſpendioſam[a] prorogationẽ litiũ (quã interdũ[b] ex ſubtili[c] ordinis iudiciarij obſeruatione cauſarum docet experiẽtia[d] prouenire) reſtringere[e] in ſubſcriptis[f] caſibus cupientes,[g] Statuimus vt in cauſis ſuper electionibus,[h] poſtulationibus, vel prouiſionibus,[i] aut[k] ſuper dignitatibus, perſonatibus, officiis, canonicatibus,[l] vel præbendis ſeu quibuſuis beneficiis[m] eccleſiaſticis,[n] aut ſuper decimis[o] (ad quarum etiam præſtationem[p] poſſunt qui tenẽtur[q] ad eas, præmoniti[r] cenſura eccleſiaſtica coërceri,[s]) necnon ſuper matrimoniis[t]

Gloſ.ſeq.principium exponit.

a *Diſpendioſam.* hoc eſt ius omnino nouum corrigẽs quædam iura: vt j.patebit.& dic diſpẽdioſam, id eſt, damnoſam. de conſtit.c.ij. j.tit.proxi.c.j.§.eiſdem.& concor.huic prin. de reſcri.diſpendia.lib.vj.

*a vide glo. 2. q. 1. in ſumma. Font.*

b *Interdũ.*[a] innuit q̄ non ſemper: aliàs eſſet dare q̄ omnia iura per quæ datur ordo iudiciorũ, eſſent diſpendioſa: qđ eſſet abſurdum.

*b Vt in ca. capellan⁹. de fer. Fõt.*

c *Subtili.* ſubtilitas quãdoque reprobatur, quandoque cõmendatur[b] a iure. de hoc ſupra eo. tit. dilecti.in gl.j. & ibi ſcripſi.

d *Experientia.* concor.de elect.quàm ſit.in prin. lib.vj.

Gloſ.ſeq. obiicit & ſoluit, & quæſtioni de eius iuris cauſa ſpeciali reſpondet.

e *Reſtringere.* non videtur hoc verbum cõuenire pro eo q̄ non reſtringit: ſed ſubtilitatẽ laxat iudiciarij ordinis in his caſibus. Sed dic quòd reſtringit diſpẽdioſam prorogationẽ de qua præmiſit: & hæc eſt cõſtitutionis cauſa generalis: ſed cauſa cauſę, id eſt quare plus in his quàm in aliis poteſt dici de arbitrariis: de quibus non cogimur reddere rationem: vt dixi de reſcri.ſiquando.ita etenim potuiſſet auctor adiũgere cauſas primitiarum, oblationum, mortuariorũ, teſtamentorum, legatorum, maximè ad pias cauſas & iis ſimiles, in quibus vrget eadem ratio. Mouit autem forſan auctorem, q̄ protelatio cauſarum beneficialium & matrimonialiũ eſt periculoſa: vt lit.non conteſt.quoniam. & idem periculũ ponderauit in debentibus vſuras vel decimas. & hæc faciunt ad infra dicenda.

*Ratio de arbitrariis non redditur.*

f *Subſcriptis.* in aliis ergo ſecus in quibus nõ eſſet id expreſſe ſtatutũ, vel à principe ſpecialiter cõmiſſum: & vide quod no.de verb.ſig.ſæpe.in prin.

g *Cupientes.* hic incipe conſtructum.

h *Electionibus.* olim nõ tenebat proceſſus in cauſis electionum partibus præſentibus, lit.non conteſt.ſ. de elect. dudũ. ij.quæ in hoc corrigitur.& concor. illi iuri de dolo & cõtu. cum qui.lib.vj.& de eo qui mit.in poſ.c.eum qui.

i *Prouiſionibus.* factis vel faciendis. ſ. de elect.vt circa.& c. qui contra certam.lib.vj.

k *Aut.* repete in cauſis.

l *Canonicatibus.* concor.de elec.c.j.lib.vj.

Gloſ.ſeq.quærit, arguit negatiuè, contrariũ ſoluit. ſecundo ſoluit tria dubia. primũ, de cauſa monachationis per tres rationes. ſecundum, de cauſa proprietatis eccleſię per rationem: & iiij. ſimilia. tertium, de cauſa priuationis: in quo diſtinguit.

m *Beneficiis.* nunquid in cauſis ſuper hoſpitalibus, eleemoſynariis, vel leproſariis habebit hoc locum? Videtur q̄ non. j.de præb.per literas. Tu dic cõtra per verbũ officiis, quod premiſit.ad hoc. j.de reli.do.quia contingit.vbi rectores vocantur: & tutoribus & curatoribus ſimilantur.[c] Eadem ratione cum monachatus ſit officiũ, puto idem in cauſa monachationis.& ſi dicatur monachus eligi, poſtulari, vel prouideri, hoc eſt planum[d] per literã ſuperiorem.& facit quod dixi poſt Inno.& Hoſt.de elec.officij. Aliqua tamen iura dicunt monachum fieri, creari, recipi, ordinari, de regul.c.j.& vlt.lib.vj.de ele.indemnitatibus.§.ſi verò.xvj.q.vlt.c.vlt. tamen negari non poteſt quin canonicatus regulares in verbis ſuperioribus includantur: quo iure monachatus excluderentur, non video. Item prorogatio diſpendioſa non minus in regularibus quàm in ſecularibus eſt: cauſa ergo non deficit.[e] Tamen per literam iſtam, beneficiis, dico quòd ſi de eccleſia agatur vt de proprietate, non eſt locus conſtitutioni: cum illa quæſtio beneficialis non ſit, nec hic dicatur de cauſis eccleſiarum. ſimilis differentia quo ad miſsionem in poſſeſsionem vt lite non conteſt.ca.ij.de do. & contu.ca. ij.de eo qui mit.in poſ.ca.j.& ij.& eo.titu. eum qui. lib.vj.& quo ad permutationem. de rer.permu.ad quæſtiones.& cap. cum olim.& cap. cum vniuerſorum. & quo ad præſcriptionem.de iure patrona.cura. de reg.iur. cap.j. lib.vj.& quo ad tranſactionem: vt not.de tranſact. ſuper eo. Si verò agatur ad remotionem beneficij: & negatur fœdus coniugij ſpiritalis, vel titulus: puto decret.locum habere. ſecus ſi non negatur titulus: ſed ꝓpter crimen petitur remoueri. facit quod dixi poſt Inno.& Hoſt. vt lit.non conteſt.quoniam.§.porro. ſuper j.gloſ.

*c Idem Lãfran.hîc.*

*d Not. hîc Imo.quòd ad monachatũ quis poteſt eligi.ſi.gl.ca. indemnitatibus. §.ſi verò.de elect.lib.6. Font.*

*e Hîc not. Imo.exorbitãtia extẽdi ex indemnitate rationis.ſi. glo.in cle. auditor.de reſcr.Font.*

n *Eccleſiaſticis.* In ſecularibus ergo nil eſt mutatum, quãuis in eccleſiaſtico foro tractentur.

Clementinæ.

Gloſ.ſeq.primò ſoluit dubium de decima ſingulari. ſecundo quærit de papali, & ſoluit per tres rationes. tertiò quærit de iure percipiendi, & ſoluit tollens duo obſtantia.

o *Decimis.* intelligo communibus & quæ iure diuino debentur: quod probat ſequẽs litera. ergo ſi debeantur ex pacto, pollicitatione, vel voto, non erit locus huic conſtitutioni. & facit quod not. ſupra de deci. tua.ij.in ſi.j.gl. Quid de decima papali: de qua j.de deci. ſi beneficiorum. ſi inter illum cui papa conceſsit & clericum ſit quæſtio: eritne loc⁹ huic conſtitutioni? Puto quòd nõ fuerit hoc de mẽte: nec ſemper eſt illa decima, ſed quãdoque viceſima vel alia quota.de vo.ca.ſi. Et iſta conſtitutio iura corrigens & exorbitãs non eſt amplianda vel habilitanda.de re.iur. quæ à iure.lib. ſexto. Sed quid ſi non eſt queſtio cum debitore decime, ſed inter duas eccleſias ſuper iure percipiẽdi? tunc puto locum eſſe conſtitutioni per hanc literam, & literam quæ ſequitur, & eas quoquo modo &c. Nec obſtat litera quæ ſequitur, quæ non eſt determinatio huius caſus vel reſtrictio, ſed interpoſitio. quod probatur ex eo quod dicit, ad quarum etiam &c. Non obſtat quod dixi ſuper ver. beneficiis, quia cauſa ſuper proprietate eccleſiæ non eſt beneficialis: ſed nõ poteſt negari quin cauſa ſuper proprietate decimarum ſit decimalis.

*Decima papalis quæſtio an debeat tractari de plano*

p *Præſtationem.* integram, & ſine deductione ſeminis, vel ſumptuum quo ad prædiales. de deci. cum ſint homines. & ca. non eſt.& ca.tua.ij. Quo ad perſonales dic vt eo.titu.paſtoralis.

q *Tenentur.* Quilibet autẽ laicus tenetur qui ſe non oſtendit immunẽ.ſ.de deci.à nobis. De clericis dic vt e.tit.nouũ. De religioſis dic vt ſ.e.tit.ex parte. j. & contra quoſcunque ex his agatur, locũ habet conſtitutio: & contra religioſos aſſerentes ſaltem decimam integram in præcepto non eſſe, emanauit conſtitutio. j.de pœnis, cupientes.

*Decimas ſoluere, vtrũ omnes teneantur.*

Gloſ. ſeq. alleg.tres concord. & ponit quorundam obſeruantiam.

r *Præmoniti.* ſ.de deci.peruenit. j.de ſent.excom.ſacro.& c. conſtitutionẽ.lib.vj. Multi ſeruãt & videtur expediẽs eccleſiis q̄ faciant monitionem generalem fulminantẽ excõmunicationis ſententiam in nõ ſoluentibus decimas fructuum prędiorũ quæ habent in parochia, & poſtea nõ ſoluẽtes petit eccleſia denuntiari. facit de iureiu.ad noſtram.ij.& coaptant eam pręcedenti culpæ moræ vel offenſæ, vt ſatisfiat decre. Romana.§.caueant.de ſent.excom.lib.vj.

ſ *Coërceri.* Appellatione remota.de deci.tua.ij.in fin. quod intellige vt ibi ſcripſi: & contra pertinaces[f] inuocari poteſt brachium ſeculare.de homic.poſtulaſti.

*f Lanfran. dicit quòd aliàs non vocabitur ſeculare brachium. Font.*

Gloſ.ſeq.primò diſtinguit an de fœdere matrimonij agatur, an de adulterio: primum multipliciter exemplificans, & oſtendens in quo corrigitur ius vetus. Secundò quærit de ſponſalibus. Tertiò quærit de cauſa matrimoniali quæ ſuccedit cauſa ſucceſsionis.

t *Matrimoniis.* Si quæratur de fœdere, non eſt dubium, ſiue agatur ad impediendum, ſiue ad dirimendũ, ſiue ad declarãdum: vt quia vendicatur coniunx negans cõtractum. Quod autem de dirimendo dixi, intelligo ſiue petatur dirimi matrimoniũ quod à principio nõ tenuit: vt contractũ inter infideles inter quos erat impedimentũ dirimens: ſiue quod à principio tenuit, dirimi petatur propter creatoris contumeliam ſuperuenientẽ in caſibus.de diuor: quãto. & c.gaudemus. Hoc autẽ caſu quãdo de fœdere quęritur, per vetera iura procedi nõ poterat lite non conteſtata, niſi parte cõtumace: vt lit. non conteſt.accedẽs.ij.& c.quoniã.hodie ſecus: vt hic. Quid ſi agatur de crimine adulterij ad ſeparationem thori? Videtur per decr.j.ſ.vt lit.non conteſt. q̄ conſtitutio locũ non habeat: nã vt ibi patet, proceſſus qui per iura vetera fieri poterat, parte cõtumace in cauſa matrimoniali, fieri non poteſt eo caſu. Quid ſi agatur de ſponſalibus? certum eſt q̄ iſta ſunt diuerſa: vt patet in rubrica de ſponſalibus & matrimoniis, tamen per literã ſequentem videretur cõſtitutio locum habere:[g] quaſi ſponſaliorũ cauſa ſit de tangentibus. Quid ſi ſit queſtio ſucceſsionis & nataliũ in qua incidit cauſa matrimonialis in principali? Non habebit locũ conſtitutio: ſi tamen incidens matrimonialis queſtio defertur ad iudicẽ eccleſiaſticũ,[h] poteſt locũ habere conſtitutio: nam etiã per iura vetera, ſecundum Inno.& Hoſt. nõ erat tunc neceſſe libellum fieri: vt ſcripſi qui filij ſint legi.lator.

*g Scio q̄ conſtitutio odioſa de matrimoniis loquẽs nõ comprehendit ſpõſalia.gl.in cle.j.de cõſang.& affini.Font.*

*h Imo.dat hîc regul. quòd quæſtio incidẽs diuerſæ naturæ à principali nunquam tractatur corã eodem niſi cõpetens ſit in vtraque quæſtione. Font.*

Gloſ.ſeq.exēplificat, & duo dubia ſol.ſecūdo tractat quid de ſeculari foro.

a *Vſuris.* Cum repetuntur, vel petitur vt illas compenſet vſurarius vel ipſius hæres. Nec impediet hunc procedendi modum ſi dicat reus quòd caſus eſt quo compenſare nō tenetur. pone exēplū de vſur.ſalubriter.& ca.conqueſtus. Satis eſt enim quòd forma petitionis concludit cauſam vſurariam. a & facit qđ ſcripſi poſt Inno. & Hoſti.de fo.compe. cum ſit. Non ſic forte ſi creditor petit debitum & debitor excipit illud vſurarium: nam hic principalis cauſa non eſt ſuper vſura, imò ſuper credito vel alio contractu ex quo agitur: nec conſtitutio iſta manauit in fauorem, ſed in odium vſurariorum. Et vide quod ſcripſi de fideiuſ.conſtitutus.ſuper verbo, calumniæ. vbi verò debitor non ſimpliciter exciperet, ſed peteret pronuntiari contractum factum in fraudem vſurarum: tunc procedet conſtitutio. Et aduerte: quia ſi opi.Hug.& Lau & quæ placet Archi.xiiij.q.iiij.quid dicam. & Gof.de fo.compe.cum ſit, eſſet vera, ſcilicet quòd vſuræ poſsint peti cōtra laicum in ſeculari foro: decre. tamen iſta nō haberet locum in illo foro: non enim poteſt nec intendit papa iudiciarum ordinem tollere, niſi quo ad ſuum forum. facit quod not.de arbi.c.ij.lib.vj.& eo.lib.de reg.iur. c.ij.decret.tamen ad noſtram.ij.de iureiur.quæ ad prædi.opin.inducitur, non facit: quia illa non ſunt ibi verba papæ, ſed partis iurantis: & ſic non ponunt ius nouum. Et contra illam facit quod no.eod.tit.ex literis.in vlt.glo.& in prędi.decre.cum ſit.de offi.ord.ca.j.& xj.q.j.in ſumma.& vj.q.ij.ca.j.& hęc decre.quæ tribus tantum eccleſiaſticis cauſis hanc admiſcet. Ad id quod dicitur, quòd leges etiam in his eccleſiaſticis pœnam imponūt, reſponde per decre.de hære.vt inquiſitionis.§.pe.& ca.ſeq.in fi.lib.vj.

*a Nota hîc ad cognoſcendā qualitatē cauſæ inſpici cōcluſionē libelli. Fōt.*

*Ordinem iudiciariū non poteſt papa tollere niſi in ſuo foro.*

vel vſuris a & eas quoquo modo tangentibus b ventilandis procedi valeat c decætero ſimpliciter & de plano ac ſine ſtrepitu iudicij & figura: d Volentes nō ſolum ad futura negotia, ſed ad præſentia e & adhuc etiam per appellationem pendentia f hoc extendi.

DE FORO COMPETENTI.

b *Tangentibus.* Cauſas electionum & prouiſionū tangeret cum quæreretur ad quē pertineret electio vel prouiſio: cauſas vſurarum, cum peteretur relaxari iuramentū de illis ſoluendis, de iureiur.ca.j.

c *Valeat.* non dicit debeat: b per quod patet quòd poteſt iudex etiam contradicentibus partibus ſeruare iudiciarium ordinem in cauſis prædictis. ff. de iudic. non quidquid. de offic. delegat. conſuluit. non ſic in illis in quibus procedi debet: vt patet infrà de verb.ſignific. ſæpe contingit. in fin. per quod conſulo quòd in caſibus in quibus dubitatur an conſtitutio iſta locum habeat, de quibus ſupra not.& ſimilibus, iudex ad omne dubium tollendum ſeruet ordinē iudiciarium.

*b Quia tūc neceſſit aretur. vide gl.in c.attendentes. de ſta.mo. Imo.Font.*

d *Et figura.* Quid importent hæc verba determinat prædi.conſtitutio, ſæpe.j.de verb.ſign.quæ ſummè fuit neceſſaria propter iſtam: vt ibi no. in j.glo.

e *Præſentia.* concor.de offi.leg.c.pen.in fi.lib.vj.ad idem.C.de ſacroſ.eccl.ſancimus.j.& ij.& l.vlt.in fi. C.de tranſac.l.vl.in princ.

Gloſ.ſeq.not.differentiam ex qua conſilium infert.

f *Pendentia.* Concor.j.de ſeque.poſ.c.j. de proba.ca.j.de re iudi.c.j.de ſent.excom.c.j.in fi. Fuit autem hoc dictū de pendentibus per appellationem: quia quo ad illa non ſufficeret verbum præſentia, per id quod no.in prædi.l.ſancimus.in fi. & propter ea quæ not.ſupra de elect.licet canon. & quæ no. Compoſt.de conſti.cognoſcentes. quæ quaſi ad literam ponit Guli.in Spe.de app.§.de officio.ver.ſed quid ſi dum cauſa. Dato tamen quòd hæc verba non fuiſſent expreſſa: quia tamen conſtitutio iſta dat modum procedendi tantū, de ſui natura reſpiciebat pendentia quo ad faciēda: vt no.in prędi.decre.licet canon.

## DE FORO COMPETENTI.

Viſum eſt ſ. de iudiciis: verum quia conuenti in iudicio quandoque excipiunt de incōpetentia fori: & dubitaret aliquis quid eſſet forum competens: ideo &c.

*Continuatio domini Heliæ.*

Q *Vamuis.* Primò ſtatuit de pceſſu faciēdo contra expulſores, cōſiliarios, & fautores. Secūdò, de iuriſdictione aliàs inter ſubditos exercenda. Tertiò, de licentia diœceſanorū petenda. Quartò, de fide adhibenda verbo ipſorū epiſcoporū. Quintò, de ſuffragio vicinorū epiſcoporū. Sextò proteſtatur de iure præſidētium locis vbi tales epiſcopi iuriſdictionem exercēt. Secunda ibi, Eiſdē. Tertia ibi, Volumus. Quarta ibi, Sanè. Quinta ibi, Eorundem. Sexta ibi, Per præmiſſa.

A Preſupponendum eſt illud quod dicitur in c.epiſcopū.ix.q.ij.in duobus c.ſeq. & illud quod habetur vij. q.j.c.placuit. & in duobus ca.ſeq. & illud quod habetur in l.extra territoriū.ff. de iuriſd.om.iud. videlicet ꝙ iudex qui habet territoriū limitatū, poteſt ſedere in quacūque parte ſui territorij: debet tamen ſeruare limites maiorū ſuorum: hoc eſt, debet ſedere vbi ſui maiores conſueuerūt ſedere: extra territorium eſt priuat⁹ iuriſdictione, niſi inter ſubditos volentes, & iudice illius B territorij cōſentiēte: & tunc ſit prorogatio de loco ad locū.

*No. primò quòd epiſcopus in quolibet loco ſuæ diœceſis nō exempto poteſt pro tribunali ſedere. de offic.ordi.cū epiſcopus. lib.6.*

*No. ſecūdò quòd iniuria quæ fit pſonæ quæ eſt de eccleſia, fit eccleſiæ. Zabar.*

Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Concedit cōcilium certo caſu epiſcopis expulſis à ſuis ſedibus, quòd in locis aliarū diœceſum ſeruata forma quā limitat, poſſint procedere cōtra expulſores cōſiliarios & fautores, & inter ſubditos ius dicere.* Ioan. Andr.

CAP. VNIC.

Q Vamuis ſ ſacris

CASVS. Aliquis domin⁹ ſecularis, puta dux, comes, baro, miles, concepit odiū contra epiſcopū Niuern. vt vidimus à temporibus retroactis, & illum expulit à ſuo epiſcopatu, ita quòd non auderet intrare epiſcopatū. etiam iſtud extitit practicatum in epiſcopo Engoliſmen. modo quæritur vtrū epiſcopus poſsit exercere iuriſdictionē in diœceſi in qua eſt vt exul & expulſus à ſua, contra expulſores, id eſt contra illos qui illum expulerunt? Item contra fautores & conſiliarios ipſius comitis, ducis, vel baronis expellentes ipſum epiſcopum? Reſpon. Rom.pont.quòd ſic: dummodo petat licentiā ab epiſcopo in cuius diœceſi eſt: & quamuis etiam licentiā non obtinuerit ab eo, poterit ſuam iuriſdictionem exercere. Sed vtrum poſsit exercere iuriſdictionē ſuam inter ſuos ſubditos: quia dicimus quòd poteſt exercere in diœceſi alterius petita licentia à diœceſano quamuis nō obtenta, contra fautores, expulſores, & conſiliarios: quare dubitatur, an poſſet inter ſubditos. Et diſtinguit Rom.pont.aut epiſcopus expulſus poteſt exercere ſuam iuriſdictionem per aliū, & tunc non poteſt exercere in aliena diœceſi inter ſubditos inuitos: ſed debet deputare officialem. Si verò non poſſet C exercere per ſe, nec per alium: quia iſte dominus tēporalis hoc non permittit, nec patitur: tunc petita licentia & nō obtenta ab epiſcopo in cuius diœceſi eſt, poteſt inter ſubditos inuitos ſuam iuriſdictionem exercere: dum tamen eos ſubditos qui non ſunt de fautoribus & conſiliariis, non conueniat ad locum diſtantē à ſua propria diœceſi vltra duas diætas. Sed quid ſi iſti epiſcopi expulſi dicunt quòd non audēt conuenire vel citare vt iuriſdictionem ſuam exerceant contra iſtos fautores, conſiliarios, vel expulſores, nec ad domū nec ad eccleſiam cathedralem: quia ipſi ſunt ita malitioſi & potentes ꝙ nullus audet eis facere quidquā quod ipſis diſpliceat. Item ſi ipſi epiſcopi expulſi dicunt ꝙ non poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem in ſua diœceſi nec per ſe, nec per alios: an ipſis ſimpliciter ſit credendū, & an nulla requiratur probatio, vel ſaltē nunquid tenebuntur iurare ſic eſſe vt dicunt? Reſpon. Rom.pont. ꝙ ipſe vult ſtare ſuper his aſſertionibus eorundē epiſcoporū ſimpliciter: tamē Ro.pon. iniungit ipſis epiſcopis ſub pœna quā expectabūt à diuino iudice, hoc eſt à Deo, ne circa præmiſſa aſſerant aliquid doloſe & cōtra conſcientiā. h.d.H.r. Et vt bene ad longū ponatis caſum, accipiatis diuiſionem gl.& procedatis per partes, & ſic nihil omitteris. Colligo aliqua notabilia. Primò quòd D epiſcopus non poteſt iuriſdictionē ſuā exercere extra ſuam diœceſim: niſi cognoſceret inter volētes, & haberet licētiā ab epiſcopo illius diœceſis ſiue illius territorij, & de hac licentia debet fieri mētio in proceſsibus: puta ſic dicēdo, ſolo tibi accommodato. Not. ſecundò caſum quo iudex poteſt exercere iuriſdictionē extra territoriū inter ſubditos inuitos: dūmodo petierit licentiā, licet nō obtinuerit. No. ꝙ ſi epiſcopus expellatur iniurioſe à ſua diœceſi: tūc in perſona ipſius fit iniuria ſuæ eccleſiæ, & eā poteſt vindicare: & ſic epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuę eccleſię. No. ordinē obſeruandū in citādo expulſores, fautores, & cōſiliarios: qa ſi poſsint cōmode apprehēdi, debēt citari perſonaliter. ſi verò non poſsint cōmode apprehendi, debent citari ad ſuum domiciliū. Si non poſsint citari ad domiciliū: tunc debent citari in valuis ſuæ eccleſiæ parochialis vel eccleſiæ cathedralis: aliàs ſi non poſsint citari in valuis ſuæ eccleſię parochialis vel cathedralis, debēt citari in ꝓpinquis locis quod eſt bene notandū. No. dictionē, quāuis, id eſt, quanquā, videlicet tamē, coniūctio aduerſatiua, & acuit penultimā. No. dictionē, canonibus, canō canonis.m.t. græcè, latine dicitur regula, conſuetudo approbata, ſiue inſtitutio.iij.diſt.canon. Et in

*Iuriſdictionē an poſſit epiſcopus extra diœceſim exercere.*

*Citatio cōtra malefactores vbi fieri debet.*

*Canō multipliciter ſumitur.*



Et in vna ſignificatione eſt id quod in concilio generali vel prouinciali ſtatuitur: & ſic accipitur de conſtit. c.canonum ſtatuta. In alia ſignificatione videtur eſſe id quod ab emphyteuta de re emphyteutica ſoluitur: & ſic videtur ſumi ab Azo.in ſumma.C.de iure emphy.ver. ex hoc autem contractu. Etiam dicitur illud quod ſumitur ꝓ pedagio vel vectigali.ff.de publica.& vectiga. Vel canon largitionalium titulorum eſt ſumma tribui, & præſtatur de regulari præſtatione à prouincialibus fiſco. Et dicuntur tituli: quia ex ſpecialibus titulis, id eſt literis breuibus cauta leguntur: vt Cod. de iure fiſci. l. pen. Canon frumentarius vrbis Romæ eſt certus numerus menſurarum frumenti quod ſingulis annis mittebatur Romam.l.j.& ij.de canone frumentario vrbis Romæ.Cod.lib.vndecimo. quod erat etiam de oleo: & contra hoc non licebat alicui beneficium vel indulgētiam aut priuilegium impetrare, & impetratum non valuit: vt ibidem dicitur. Inde venit canonia, & eſt ius quod prouenit ex electione vel receptione in fratrem. Vel eſt ius percipiendi fructum præbendæ ſiue reditus.ca.relatum.de præbend. Canonica monitio eſt quando interuenit B citatio cum tribus monitionibus, vel vna peremptoria tres continens: de qua in cap. conſtitutionem. de ſententia excommunicationis, lib.ſexto. Nota interdictum, id eſt prohibitum: de interdico, interdixi, interdictum: quaſi interim dicere vel interim dictum, ſcilicet quòd interim annuntiatur à iudice, non quòd perpetuò maneat, quaſi quandiu dictum & ſtatutum eſt à iudice. Et nota hic quòd in generali interdicto debent iſta conferri ab eccleſia: ſcilicet baptiſmus paruulorum: pœnitentiæ morientium. Poteſt etiam epiſcopus paruulos baptizatos confirmare. Item ſemel in menſe vel ſeptimana populum interdictum & excommunicatum ad eccleſiam aliquam conuocare, & ei prædicare. Item poteſt euchariſtia in morte vere pœnitentibus dari. Vnde in decretali noua, ſcilicet cap.permittimus. de ſenten. excommun.ſuprà in anti.dicitur: Permittimus eccleſiarum miniſtris ſemel in hebdomada tempore interdicti non pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, id eſt baſſa & ſuppreſſa, ianuis clauſis & firmatis, excommunicatis & interdictis excluſis miſſarum ſolennia celebrare cauſa conficiendi corpus domini, quod decedentibus in pœnitentia non denegatur. Item permittitur in cap.quod in te.de pœniten.& remiſ.quòd clerici decedentes qui plene ſeruauerunt interdictum, in cœmeterio eccleſiæ ſine campanarum pulſatione, ceſſantibus ſolennitatibus omnibus cum ſilentio tumulentur. Item conceditur quòd in conuentualibus eccleſiis bini & bini, vel ſimul tres, horas canonicas valeant & poſsint legere potius quàm cantare, ianuis clauſis, interdictis & excommunicatis excluſis & expulſis, voce ita demiſſa & ſuppreſſa ſiue baſſa quòd exterius non poſsint audiri, id eſt quòd exiſtentes extra eccleſiam illos dicentes horas non poſsint audire. Et ſic patet quòd interdicti & multo fortius excommunicati non poſſunt auſcultare horas canonicas. Item peregrinis accipientibus ſignum crucis ob reuerentiam crucifixi, non eſt pœnitentia deneganda: quod etiam aliis peregrinis poteſt miſericorditer indulgeri. Item nota quòd extrema vnctio, hoc eſt vltimum ſacramentū, non debet dari alicui laico vel clerico vel etiam religioſo in loco generali interdicto ſuppoſito, niſi ſuper hoc habeat priuilegium ſpeciale. Et not. quòd olim interdictum aliud erat: nam erat quædam formata & ſolennis conceptio verborum quibus prætor aliquid fieri iubebat vel prohibebat: quod tunc maximè faciebat cum de poſſeſsione vel quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur: vt inſtit. de interdi.circa princ.& ff.eo. Et plura ſunt interdicta. Vnum eſt interdictū de aqua quotidiana & æſtiua, & datur habēti ius aquæ quotidianæ, vel etiam æſtiuæ ducendæ ad prædia ſua: cū aliquis ducere prohibet: vt ff.de interdi.l.j.in princ. Item eſt interdictum de aqua de caſtello ducenda, & datur habenti ius ducendi aquam de canali vel caſtello ad irrigandum. Item eſt interdictum de arboribus cædendis, & datur contra hos qui habent arbores quarum folia pendēt ſuper ædificia vicinorum vel agrum, ita quòd eis damnum inferant, & conſulitur eis quòd huiuſmodi arbores ſuccidant, & ligna tollant, & eas arbores coërceant à terra vſque ad quindecim pedes. Idem eſt ſi per radices minatur periculū: vt l.j.C.de interdi. & hoc interdictum eſt prohibitorium. Item eſt interdictum de cloacis priuatis reficiendis & reparandis. Si volens quis ſuam cloacam, id eſt latrinam priuatam vel etiam publicam, vel fiſtulas vel meatus ſeu conductus reficere & reparare vel purgare, vel etiam de nouo facere, ab alio prohibetur: tunc prouiſum eſt ei de interdicto de cloacis, quod eſt interdictum publice deputatum. Et priuatum de priuatis cloacis, & eſt prohibitorium. Etiam eſt aliud reſtitutorium, ſcilicet

*Canonica monitio quid ſit.*

*Interdictū vnde dicatur.*

*Interdicto etiā durāte aliqua poſſunt fieri licite.*

*Vnctio extrema tempore interdicti non eſt miniſtranda.*

*Interdicta ſecundum leges ſunt multiplicia.*

*Interdictū de cloacis quibus datur.*

canonibus a ſit generaliter b interdictū, ne quis epiſcopus iuriſdictionem c in diœceſi exerceat aliena: nos tamen



A quod datur contra iniicientem & proiicientem in cloacam meam vel publicam: vel immiſſum in cloacam impedit, vel quo iubetur auferri, id eſt remoueri quod immiſſum, id eſt deiectum eſt: vt ff.de cloacis.l.j.§.j.& §.deinde.& §.cloacę.l.ſi.de interdictis. Item eſt interdictum de aqua pluuiali arcenda, vel de aqua pluuia. Si facis opus aliquod in fūdo tuo propter quod aqua pluuialis poteſt nocere fundo vicini tui, datur contra te actio pluuiæ arcendæ: per quam tuis expenſis opus teneris deſtruere, & damnum contingens emendare. Si verò poſsideas opus ab alio factū, teneris patientiam præſtare vt id opus quod nocet, deſtruatur, argumento.l.j.& ij.§.iij.& fin.& l. ſi tertius colonus.§. Celſus ſcribit.ver.ſi quidem alius.ff.de interdi.& Specu.ibidem. Item eſt interdictum de fonte, quod datur ei qui ducit aquam de fonte hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario, de alterius fonte vel lacu, puteo, piſcina, foſſa, ſtagno: vt ff.de interdi.l.j.in prin. Item eſt interdictum fraudatorium quo tutoris creditor tenetur pupillo: vt ſi cum conſilio fraudis participaſſe conſtabit vt fraudaretur: vt ff. de ſolu. l.pupilli. B circa prin. Hoc interdicto tenetur qui fraudem participando emit à creditore qui non ſit ſoluendo. melius forte diceretur, à debitore. Item eſt interdictum de glande legenda, id eſt colligenda, vt alios fructus. Et datur ei cuius glans vel fructus in fundum alienum ceciderit, vt ſingulo tertio die liceat legere, id eſt colligere & exportare. Et glandis nomine omnes fructus continentur: vt l. vnica.ff.de interdi. Item eſt interdictum de itinere actuque priuato reſtituēdo, prohibitorium ad tuendas, id eſt defendēdas tantummodo ruſticas ſeruitutes, & datur contra prohibētes aliquem vti ſeruitute ſua: vt ff.eo.l.j.§.j. Et datur confeſſoria contra negantem ſeruitutem: vt l. ſi forte.§.ſciendum.ff.ſi ſeruitus vendicetur. & etiam datur aduerſus eum qui alium iniuſtè prohibet ſua vti ſeruitute: nam tunc etiam dicitur confeſſoria: vt d.§.ſciendum.l.præallegata. Item eſt interdum de libero homine exhibendo, id eſt oſtendendo: & competit vnicuique de populo ad petendum in publicum hominem liberū contra & aduerſus eum qui liberum hominem inuitum captum dolo malo detinet in ſeruitute. Item eſt interdictū de liberis exhibendis ſeu deducendis: & datur patribus vel parentibus contra eos qui liberos ſuos vel nepotes in poteſtate eorum exiſtentes ſine eorū voluntate detinent. vnde l.j.ff.e. C tit.de interdi.ait prætor, Qui quæue in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is eáve apud te eſt, dolóve tuo factum eſt quo minus apud me patrem eſſet: ita eum eámve exhibeas. Item eſt interdictum de migrando: quod datur inquilino, id eſt conductori qui domum conduxit, vt ipſe liberè cum rebus ſuis poſsit de habitatione migrare: ſi tamē locatori ſatisfaciat de penſione totius temporis: vt ff.e.l.j.§.ſi penſio. Domini mei plura alia interdicta habetis, quæ vobis ſcribam j.in ca.eos qui.de ſepul.ſub verbo, interdicti. Nam habetis interdictū de mortuo inferendo. Item interdictum momentaneæ poſſeſsionis. Item interdictum, ne quid in loco ſacro fiat. Item interdictum, ne quid fiat in loco publico vel itinere. Item interdictum, ne quid fiat in mari vel flumine publico. Item interdictum, ne quid fiat in flumine publico vt aliter fluat quàm priori æſtate fluxit. Item interdictum de noui operis nuntiatione. Item interdictū de loco publico fruendo. Item interdictum de precario. Item interdictū, quod vi aut clam. Item interdictum, quorum bonorum. Item interdictum, quorum legatorum. Item interdictum de riuis. Item interdictum Saluianum. Item interdictum de ſepulchro ędificando. Item interdictum de tabulis exhibendis. Item interdictū D de ripa munienda. Item interdictum, vt in flumine publico nauigare liceat. Item interdictum, vnde vi. Item interdictū de vi & vi armata. Item interdictū, vti poſsidetis. Item interdictum, vtrubi. Item interdictum de vxore deducenda marito. Et ſic habetis xxxv. vel xxxvj. interdicta; quare ite ad c.eos qui.de ſepulturis.

*Interdictū fraudatorium cui & contra quē competit.*

Gloſ.ſeq.cauſam impulſiuam ponit.

Quamuis. Quia in Viennenſi concilio plures erant epiſcopi à ſuis ſedibus expulſi, & maximè Italici, vt Mediolanēſis & Vicenenſis & aliqui alij: illis inſtantibus fuit hæc conſtitutio promulgata.

a *Canonibus.* ix.q.ij.epiſcopum.& duobus ca.ſeq.vij.q.j.placuit.ij.& ca.ſeq.& not.pro generali allegatione, de quo dixi de cohabi.cleri.& mulie.veſtra.

b *Generaliter.* Vt clarius pateat exceptio, præmittit regulā generalem.ſi.vt lite non conteſtata, quoniam.in prin.

c *Iuriſdictionem.* contentioſam. a De illa quę conſiſtit in excommunicando & abſoluendo, & in collatione beneficiorū & delegatione cauſarum, dic vt no.de offi.deleg.nouit. Celebrare poteſt etiam ibi cum altari viatico.de priuil.c.ſi.lib.vj.ſed an cum pontificalibus, dicam j.de priuil.c.ij.

*a Quātum ad exercitiū iuriſdictionis contentioſæ redigitur epiſcop⁹ ad inſtar priuati poſtquam ſuam diœceſim egreſſus eſt: vt l.2.ff.de offic.procon.& le.& l.ſi. de offic. præſidis. Ratio eſt, quia iuriſdictio cohæret loco ſiue territorio: vt l.fin.& ibi Bar.C. vbi & apud quos. Et hinc eſt ꝙ ſi patriarcha, primas, et quicunque archiepiſcop⁹ delinquat in diœceſi extranei epiſcopi, poterit per epiſcopū puniri: cū vt dictum eſt, debeat cenſeri vt priuatus. ad hoc vide quod no.in ca.cū inferior.de maior.& obe. Petrus.*

a *Epiſcopis.* Secus de inferioribus. in electis tamen confirmatis idem puto.[a] de elect. tranſmiſſam. de tranſac. c. j. & ij.
b *Proteruia.* id eſt crudelitate vel terribilitate. in Gręciſmo verſus. Improbus eſt aliquis verbis, factiſq; proteruus.
c *Impiorum.* etiam fidelium: & de iſtorum pœna. j. de pœ. ſi quis ſuadente.
s *Fautores.* vide quod dicam infrà de pœ. ſi quis ſuadente. in prin.
t *Loca huiuſmodi.* Viciniora, in quibus habitare & ius dicere poſſunt.
Gloſ. ſeq. ſoluit vnum quare.

*a Putat e-tiã Panor. quia hic verſatur fauor iuriſdictionis epiſcopalis: ſed vbi non eſt ille fauor, nondũ conſecratus nõ venit appellatione epiſcopi. gl. in cle. ſi. de cele. miſ. Font.*

epiſcopis [a] qui à ſuis ſedibus proteruia [b] impiorũ [c] expulſi [d] non audent propter metum perſequentiũ [e] in ſuis ciuitatibus vel diœceſibus, aut earum parte [f] aliqua reſidere, nec iuriſdictionẽ ad ſe ſpectantem, per ſe vel per aliũ [g] inibi [h] exercere, [i] ne iniuria in eorum expulſione ipſorum irrogata eccleſiis [k] hoc prætextu remaneat impunita, duximus indulgendum [l] vt in diœceſibus alienis, in ciuitatibus videlicet vel locis inſignibus [m] ſuis eccleſiis vicinioribus [n] in quibus poterunt ſecurè morari, & iuriſdictionẽ [o] ſuam liberè exercere, poſsint [p] cõtra ſuos expulſores, [q] & eorum in hac parte conſiliarios [r] & fautores [s] (dũmodo ciuitates vel loca [t] huiuſmodi eiſdẽ expulſoribus, conſiliariis & fautoribus [u] ſint ſecura, [x] & ipſi [y] perſonaliter vel ad domũ, [z] ſi hoc tutè fieri valeat, alioquin [a] publice in eccleſia cathedrali [b] loci vel domicilij eorundẽ citati fuerint) liberè procedere, prout iuſtitia ſuadebit. Si verò dicti epiſcopi auſi non fuerint huiuſmodi ſuos expulſores, vel eorum conſiliarios aut fautores dicto modo [c] citare: vel ipſi malitioſe impedimentum præſtiterint ne potuerint ſic citari: licitum ſit eiſdem epiſcopis vt [d] expulſores, conſiliarios, & fautores eoſdem diebus [e] aliquibus dominicis vel feſtiuis, [f] cum populus conuenerit ad diuina, [g] vt ſic facta citatio ad eos peruenire veriſimilius [h] præſumatur, [i] citent vel citari faciant publicè in eccleſiis [k] ciuitatũ vel locorum inſigniũ prędictorum, & procedant deinde contra ipſos, ſi citati taliter ſtatuto ipſis peremptorio termino cõpetenti [l] corã eiſdem [m] epiſcopis noluerint cõparere, ac ſi citati legitime aliàs extitiſſent. Eiſdem etiã epiſcopis indulgemus, [n]

d *Expulſi.* vij. q. j. paſtoralis. & ca. ſcilcitaris. iij. q. vj. hoc quippe. xvij. q. iiij. ſi quis deinceps.
e *Perſequentium.* Quãdo perſecutionem fugere liceat necne, plene in textu & in glo. vij. q. j. §. hoc tunc. de renun. niſi. §. propter malitiam.
Gloſ. ſeq. ſoluit vnũ quare: quærit de loco exempto. argu. pro & contra. & ſoluit.
f *Aut earum parte.* quia nomine partis continetur dimidia. de deci. ca. ij. §. j. lib. vj. cum concor. ne aliquis crederet hic ſic ſumi, ideo ſubdit, aliqua. Si ergo in aliqua etiam minima particula diœceſis proprię ſecure morari & procedere poteſt, non eſt locus cõſtitutioni per hanc literam: ſtatur tamen ipſius aſſertioni ſuper hoc, vt ſequitur j. Quid ſi in aliquo loco diœceſis ſuæ tamen exempto ſecurus manere & procedere poſſet, & ibi de facto recipitur: quæritur an poſsit ibi ſedere pro tribunali? Videtur quòd nõ. xviij. q. ij. Luminoſo. de offic. ordi. cum epiſcopus. lib. vj. pro & contra. j. de priuile. ca. ij. Dico per hanc literam & per prædi. cap. Luminoſo. ad fi. ibi, niſi ab abbate &c. quòd ex quo ibi recipitur, ibi ſedere poterit. nam ſi hæc conſtitutio dat ſibi licentiã ſedendi in loco non ſubdito diœceſi alterius, fortius in non ſubdito ſuæ diœceſi, qui etiã quo ad aliqua ſubditus eſt: vt in prædic. decre. ij. j. de priuileg. & tunc per hanc literam ſedere non poterit in alia diœceſi.
g *Per alium.* ſi ergo per alium poteſt in propria, non procedat in aliena.
h *Inibi.* id eſt in aliqua parte diœceſis propriæ.
i *Exercere.* contra illos. j. §. ſane.
k *Eccleſiis.* Quaſi innuat epiſcopum iniuriam eccleſię vindicare poſſe, ſed non propriam. de hoc ij. q. vij. ſi quis ergo. & c. ſi quis ab epiſcopo. & ſ. de maledic. c. j. de pœ. Romana. lib. vj. & per Inno. de verb. ſig. c. ex parte.

*Epiſcopus iniuriã eccleſiæ poteſt vindicare: ſed nõ propriam.*

l *Indulgendum.* Olim enim hoc non licebat: vnde dixit Vincen. de procur. petitio. in fi. j. gloſ. quòd epiſcopus expulſus non poſſidens iuriſdictionẽ exercere nõ poterat. [b] allegat, xj. q. j. ſi quiſquam. de con ſe. diſt. j. hoc ergo. facit quod poſt eum ſcripſi, qui filij ſint legi. per venerabilẽ. §. rationibus. ſuper verbo, loco.

*b Idem doc. Font.*

m *Inſignibus.* quod expone vt de reſcri. ſtatutum. poſt prin. lib. vj.
n *Vicinioribus.* Concor. ſ. de elect. vbi periculum. §. porrò. lib. vj. in viciniori ergo id faciat ſiue ſit ciuitas, ſiue locus inſignis.
o *Et iuriſdictionem.* Iſta duo requiruntur coniunctim, habitatio ſecura, & liberum iuriſdictionis exercitiũ. per hanc copulam requiritur & tertium, quòd locus ſit ſecurus citatis, vt ſequitur.
p *Poſsint.* Tolle literam. j. liberè procedere.
q *Expulſores.* Tales cenſentur etiã qui venientẽ non admittunt. ff. de acqui. poſ. clam poſsidere. §. qui ad nundinas.
Gloſ. ſeq. diſtinguit & remittit.
r *Conſiliarios.* Eſt conſilium & fauor qui adiicit ad delictũ, & qui non adiicit. de pœnis, felicis. §. illud. lib. vj. & vterque tenetur: ſed primus plus: vt ibi. Quomodo autem de fraudulento conſilio dato circa delictum quis obligatur ei contra quem, non ei cui dedit: no. de re. iur. nullus ex conſilio. li. vj.

*Conſulens fraudulenter, obligatur ei contra quem conſulit.*

u *Fautoribus.* Non dicit, vel ipſorũ procuratoribus: quia in his arduis nõ cogitur quis procuratorem dare. de hoc de procur. quęrelam. v. q. iij. ſi ægrotans.
x *Secura.* Vide quod dicã j. de re iud. paſtoralis. ver. Piſana. & ſuper hac ſecuritate nõ ſtatur verbo epiſcoporũ, vt j. dicam. & debent eſſe ſecura etiam quo ad iter: vt lite non conteſtata, accedens. ij.
y *Et ipſi.* Expulſores, cõſiliarij vel fautores: & tolle literã, citati fuerint, quæ eſt infra.
z *Domum.* habitationis. facit cle. ſ. de elec. cauſam. §. j.
a *Alioquin.* id eſt ſi perſonalis citatio, vel ad domum, tutè fieri non poteſt.
b *Cathedrali.* Concor. predi. decr. cauſam. & eſt hoc ſpecialiſsimum. & facit quod dixi ſ. ti. prox. dudum.
c *Dicto modo.* Perſonaliter ad domũ habitationis, vel in eccleſia cathedrali domicilij.
d *Vt.* tolle literam, citent vel citari faciant &c.
e *Diebus.* Nõ videtur ergo ſufficere quod vna die fiat citatio, duo autem ſufficiant: quia pluralis locutio &c. de præben. is cui. lib. vj. ſecundo reſpon. de reg. iu. pluralis. lib. vj. tutius tamen eſt quòd fiat tribus diebus. de cle. nõ reſi. ex tuę. xxiiij. q. iij. de illicita.
Gloſ. ſeq. ſoluit contrarium: ponit opi. de qua remittit.
f *Feſtiuis.* Specialis caſus quo fit citatio die feriato, contra id ſ. de fe. c. j. & vlt. in prin. C. de fe. l. fi. & ratio huius ſtatim ſequitur. Alioqui non curant an fiat citationis præceptum vel citatio die feriato: ſed an fiat ad diem feriatam: & tunc etiam diſtinguunt, an citetur vt compareat, an vt reſpondeat: de quo ſatis ſcripſi in prædi. decre. vlt. de fe. in prin. & Guli. in Spe. de cita. §. j. ver. item excipitur quòd citatio fit ad diẽ. & ver. ſeq.

*Citatio an poßit fieri die feriato.*

Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit.
g *Ad diuina.* Quid ſi conueniſſent ad audiendum verbum Dei? ſatis puto ſatisfactum conſtitutioni per id quod ſequitur, & quia prædicatio verbi Dei in diuinis includitur. [c] facit de offi. ordi. inter cætera. & ſic in loco interdicto hęc citatio fieri nõ poterit. de ſent. excom. reſponſo. & facit quod ſcripſi poſt Hoſtien. de clan. deſponſa. ca. fi. ſuper verbo, eccleſiis.

*Prædicatio verbi Dei in diuinis includitur.*
*c Idẽ Imo. Fonta.*

h *Veriſimilius.* quàm ſi fieret aliis diebus vel loco.
i *Præſumatur.* Non eſt præſumptio iuris & de iure, quæ dicitur fictio. [d] reciperet enim probationem contrariam. qui ma. accu. poſ. ca. fi.

*d Falſum, quia fictio de certo: præſumptio ſuper incerto.*

k *Eccleſiis.* Non repetit cathedralibus. propter verbum, locorum, quod ſubmittit. & eſt ſi. j. de ſent. excom. ca. j. & ſ. tit. proxi. c. j.
l *Competenti.* de appel. cum ſit.
m *Eiſdem.* epiſcopis expulſis.
Glo. ſeq. declarat duo hic indulta.
n *Indulgemus.* In duobus cõſiſtit hæc indulgẽtia: quia ſubditos trahunt inuitos, & quia ſufficit diœceſanorũ licentiã petere: & hoc locũ habet in expulſis. Alij verò inter ſubditos volentes in aliorũ diœceſi de licentia diœceſanorũ ius dicere, poſſent: vt ſatis ſcripſi de offi. leg. nouit. ſuper j. gloſ. inter inuitos non. de offi. ordi. cum epiſcopus. lib. vj.
Gloſ. ſeq. ſoluit quatuor dubia: ſcilicet de laicis, de prorogantibus quę aliàs nõ ſubſunt: ſi alter ſolus ſubeſt: & de fortitis forum.

Subditos.



a *Subditos.* etiam laicos in his quæ de iure vel conſuetudine ſpectant ad forum ipſorum. de excep. c. ij. lib. vj. Inter nõ ſubditos ergo qui prorogare vellent iuriſdictionem ipſius, non habita, licet petita, diœceſani licentia, iudicare nõ poſſent per hanc literam: per quam idem puto ſi alter ſolus eſt ſubditus, ſit reus vel actor cuius aduerſarius nõ ſubditus ibi litigare conſentit: cum hoc ius præiudiciale & exorbitãs à communi iure nõ ſit dilatãdum. de re. iu. quæ à iure. lib. vj. fortius ſi alter diſſentit. ſi dixiſſet de ſuis ſubditis, tunc potuiſſet de ſubdito etiam inuito actori nõ ſubdito iuſtitiam facere. Iſta tamen litera ſic latè poſita, comprehendere etiã videtur eos qui non ratiõe domicilij, ſed delicti vel cõtractus ſubditi ſunt: quod non puto fuiſſe de mente: nec talis, proprie ſubditus dicitur, [a] licet ſortiatur forũ quo ad caſum illum.

*Subditus propriè dicitur qui ratione domicilij eſt ſubditus. a Idẽ Card. Feli. in c. ij. de foro cõpe. Font.*

m *Diœceſanis.* Per diœceſanos intelligo eos qui habent in loco epiſcopali iuriſdictionẽ vel quaſi. [d] facit ſi. c. & quod ibi dicam, quod intelligo ſi eam ſic habent quod diœceſanus epiſcopus illam exercere non poſsit ibidẽ: aliàs ſi diœceſanus poſſet, licet & illi poſsint, ſemper epiſcopus requiretur. Sed an officialis epiſcopi dare poterit hanc licentiam, vel ſufficiet ab eo peti, non puto ex generali officialatu. facit de tẽpo. ord. cũ nullus. ij. reſpon. lib. vj. e. lib. de offi. vica. ca. ij. & iij. & maximè præſente epiſcopo. de off. ord. Romana. in ſi. eo. lib. per quã videtur epm requirendũ ſi eſt in diœceſi, vel circa illam. Sed quid ſi multum diſtat, nec eſt ibi officialis à quo poſsit haberi? videtur de mente quod facta requiſitione apud locum habitationis hoc poterit. facit ij. q. vj. biduum. ſ. ea. compil. de elec. cauſam. ff. de iudi. ſi longius. & facit quod no. de reſtit. in integr. tum ex literis. in fin. Capitulum autem vacante ſede hanc licentiã dare poterit: vel ſufficiet illam ab eo peti. facit fin. c. & prædi. decre. cum nullus. §. ij. & j. de hære. ca. j. & quod ibi dicam.

*d Idẽ Card. licet regulariter appellatione diœceſanorum veniãt ſoli epiſcopi. gl. in cap. j. de vi. & hon. cle. gl. in c. j. de iure patr. Fon.*

vt inter ſuos ſubditos [a] (ne ob defectum iuſtitiæ diſpendium aliquod patiantur [b]) poſsint in diœceſibus alienis in quibus moram traxerint [c] (dummodo per ſe vel per aliũ hoc in ſuis propriis diœceſibus [d] facere non audeant, vel non poſsint) iuriſdictionem ſuam omnimodam [e] exercere: [f] Ita tamen, quòd ſubditi qui expulſores vel eorum fautores aut conſiliarij non fuerint, [g] vltra duas diætas [h] à fine [i] ſuæ diœceſis non trahantur. [k] Volumus inſuper vt ante omnia [l] à diœceſanis [m] locorum in quibus moram traxerint, petant licentiã in præmiſsis: [n] quam ſi obtinere nequiuerint, [o] procedant [p] nihilominus prout ſuperius eſt expreſſum. Sanè [q] ſi prædicti epiſcopi aſſeruerint ſe non fuiſſe auſos prefatos expulſores, conſiliarios, vel fautores, perſonaliter, vel ad domum, aut publicè (vt præmittitur) in eorum eccleſia cathedrali citare: vel ipſos malitioſe præſtitiſſe impedimentum, ne per eos potuerint ſic citari: aut quòd in ſuis diœceſibus iuriſdictionem per ſe vel per alium contra ipſos [r] exercere nequeunt vel non audent: ſtari ſuper his [s] volumus aſſertionibus [t] eorundem: Ipſis diſtrictius iniungentes ſub interminatione diuini iudicij,

b *Patiantur.* ipſi ſubditi.
c *Moram traxerint.* In hoc differt hoc dictum à præcedenti: nam ibi procedit in loco viciniori. hic non curamus an alter locus inſignis ſit vicinior: dummodo iſte nõ diſtet vltra duas diætas: vt ſequitur.
d *Diœceſibus.* vel ipſarum parte: vt ſ. in princ.
Gloſ. ſeq. primò declarat latam ſignificationem. ſecundò tractat an ibi ſecundum ſuas conſtitutiones procedere poſsit.
e *Omnimodam.* temporalem & eccleſiaſticã, ſpiritalem, ciuilem, & criminalem: etiam ſi depoſitionẽ beneficij vel ordinis exigat. Per iſtud enim, omnimodam, ſatis patet quod iuriſdictio ſumitur hic vt genus comprehendens etiam merũ & miſtum imperium. [b] ff. de iuriſ. om. iud. l. iij. & iiij. exigentibus ergo culpis incarcerare poſſet. de ſent. excõ. vt famæ. eod tit. ſi clericos. lib. vj. de pœnis, quamuis. eo. lib. Item per hanc literam puto quòd nedum ſecundum ius commune, ſed etiam ſecundũ conſtitutiones ſuas poſsit inter ſubditos iudicare, [c] ſiue conſtitutiones ordinent litem, ſiue decidãt caſus vel puniant: dummodo caſus decidendi vel puniendi intra ſuam diœceſim euenerint: vt hæc ſit mens quòd iuriſdictionem quam in diœceſi exiſtens inter ſubditos exerceret, exercere poſsit hoc caſu: ſed certum eſt quòd exiſtẽs in diœceſi, non iudicaret vel puniret ſubditos ſecundum conſtitutiones ſuas de actibus cõmiſsis extra diœceſim. de conſtit. c. ij. lib. vj. ergo nec illud facere poterit extra diœceſim exiſtens.

*Iuriſdictio multa comprehendit.*
*b Glo. cõmẽdat Panor. in ca. cõqueſtus. de foro cõpet. Font.*
*c Idẽ doct. & eſt ſingl. ſecundũ Barb. in c. licet. de pbat. Font.*

f *Exercere.* Etiam per alium, dummodo in loco illo moram trahat. ad hoc ſ. proxi. reſpon. ibi, citari faciant. de reg. iu. poteſt. lib. vj.
Gloſ. ſeq. literam exponit, & dubium mouet.
g *Non fuerint.* Quaſi hi qui tales fuerũt, poſsint vlterius trahi: nam ſi proceditur contra eos vt expulſionis culpabiles, ſatis eſt quòd locus ſit vicinior: licet vltra duas diætas: vt ſ. ſed ſi ad petitionẽ aliorum citantur, videtur ſufficere quòd epiſcopus ibi moretur: licet locus diſtet vltra duas diætas. & hoc durum eſt, ſecũdũ quod poſſet trahi vltra quatuor diætas. Si ergo hoc intendit litera, debuerat aliquam metã adijcere: puta quod tunc licet vltra duas diætas, non tamen vltra quatuor trahi poſſet: vt ſępe facit curia Romana, maximè in literis conſeruatoriis.
h *Diætas.* vulgares. de hoc ſatis de reſcri. nonnulli.
i *A fine.* Concor. de reſcri. ſtatutum. §. cum vero. lib. vj.
k *Non trahãtur.* quod intelligo etiam ſi intra illas de facto trahi non poſsint.
l *Ante omnia.* Non valet ergo proceſſus factus licentia non petita. ſi. de elec. prouida. lib. vj. ADDITIO. Vtrũ iſta licentia debeat præcedere exercitiũ, vide hic per Pe. de Anch. in xiiij. notabili: qui dicit quòd quando diſpoſitio requirit iuſſum, tunc debet præcedere, & nõ ſequi. Auctoritas autẽ debet adhiberi in ipſo actu incõtinenti ante vel poſt. Conſenſus verò poteſt præcedere vel ſequi. Sed licẽtia debet pręcedere: vt hic, & ſimiliter conſiliũ. concor. vide hic per eũ. Iſta eſt diſtinctio Bar. in l. ſi autẽ plures. ff. de aqua pluuia. arcen. ex Petro de Ancha.
Gloſ. ſeq. ſoluit quatuor dubia, ſcilicet de inferiori, de officiali, de diſtante, de capitulo vacante ſede.

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium. quęrit & ſoluit.
n *In præmiſsis.* Per hoc puto quòd etiam primũ caſum includat qui eſt de præmiſsis. Sed nunquid ſufficiet generalis petitio: ſcilicet quod poſſet contra expulſores procedere, & inter ſubditos ius reddere? Puto quod ſic. graue enim eſſet in ſingulis perſonis vel cauſis licentiam petere. dico tamen quòd ſi de ſpeciali cauſa fuit petita licẽtia, ſiue data fuerit ſiue denegata, pro alia cauſa debebit peti.
o *Nequiuerint.* concor. j. de ſepul. dudum. verſi. ſi verò. ſ. de reg. licet. & ſatis eſt per hanc literam quòd nequit habere licentiã, ſiue quia denegatur, ſiue quia petita & expectata nõ datur. facit de ap. ab eo. lib. vj.
Gloſ. ſeq. ſoluit quæſtionem, & de incidenti remittit.
p *Procedant.* virtute huius conſtitutionis. Et per hoc patet quòd ſi ſubditi de proceſſu iniquo epiſcopi vellẽt conqueri coram diœceſano loci, non poſſent: cum propter neceſsitatem expulſionis hæc conſtitutio communicet ſibi locũ: & par in parem &c. de elect. innotuit. ſi tamen aliàs præter caſum quo ſedere poteſt ibi per hanc conſtitutionem, ibi delinqueret: bene cognoſceret diœceſanus. iiij. q. vj. cap. j. & de rap. c. j. Quid de minore prælato habente iuriſdictionem in loco, ſcripſi poſt Innoc. & Hoſtien. de maio. & obe. cum inferior.
q *Sane.* ſummè fuit neceſſarius iſte. §. vt aliquis fructus ex ſuperioribus haberetur.
r *Contra ipſos.* No. quia dato quod epiſcopi expulſi contra alios vel circa alia poſſent per ſe vel per alios iuriſdictionem in ſuis diœceſibus exercere: ſatis eſt quòd contra illos non poſsint, vt locum habeat conſtitutio.
Glo. ſeq. notat à contrario, tria ponens exempla.
s *Super his.* ſuper aliis ergo ipſorum aſſertioni nõ ſtabitur: vnde ſi dicant loca ad quę citant illos, eis fore ſecura: in hoc eis nõ creditur, cũ hoc non ſit de hic expreſsis. Eadẽ ratione nõ creditur ſi dicãt loca in quibus procedunt, eſſe viciniora in quib9 poſsint tute manere & proceſſus facere & citati venire. Itẽ nec creditur eis in eo quod dicant aliquẽ expulſorẽ, conſiliariũ, vel fautorẽ: ille tamẽ cui hoc impingitur, habet ſe ſuper eo defendere. & ſic intelligas ſupradicta.
Gloſſa ſeq. exprimit quatuor ſpecialia, ſic ſoluens contrarium.
t *Aſſertionibus.* Hic multa ſpecialia. quòd creditur aſſertioni iudicis. Item quòd creditur ſine iuramento, & quod vni ſoli, & in cauſa propria. Regulariter contra. de proba. quoniã. de teſti. veniẽs. & c. licet. & c. nuper. vbi de hoc. de cõſe. diſt. iiij. paruulos. iiij. q. iiij. nullus. cum ſimilibus.

*Creditur quãdoque vni ſoli, & in cauſa propria.*

Clementinæ.



Conſcientiam.

a *Conſcientiam.* Concor.de renun.niſi.in fin.de vo.ca.ſi.de reſcri.ſtatutum.§.aſſeſſorem.lib.vj.

Glo.ſeq. arguit à contrario. contra illud argumentũ obiicit & ſoluit.

retractari propter iniquitatem ſui, non propter abſentiam tantum. fateor tamen quòd vbi præſens appellare non poſſet, vt quia tertiò citatus, tunc neceſſaria eſſet reſtitutio de qua in prædictis iuribus. Et ex his concludi poſſet (& ſcio quòd nouum videbitur) quòd ſi contumax qui non venit appellat, iudex à quo appellat, ſi ſcit illum euidentem vel verum contumacem, appellationi non deferet, ſed in cauſa vel executione procedet. iudex tamen ad quem, appellationem recipiet: & prius de hoc præiudiciali cognoſcet, ſcilicet an potuerit appellare: & ſi cauſa cognita inuenerit illum manifeſtum vel euidentem contumacem, vel verum, ſiue inuentum, ſiue non inuentum, quia tamen poſtea citatum ſe nouit, nec apparet ipſius iuſtum impedimentum vel excuſatio, & ſic contempſit, pronuntiabit appellationem non deuoluere, & in appellationis cauſa non procedet. Si verò ſibi conſtabit illum licet inuentum (fortius non inuentum) qui poſtea ſe citatum nouit, iuſtè impeditum, propter quod venire non potuit, vel ſaltem excuſabilem, vt quia credidit terminum prorogatum, de reſtitut. in integr. ex literis. & facit quod ibi ſcripſi poſt Vincen. & Tancr. cum per hoc appareat eum non fuiſſe contumacem, quia non contempſit. ff. de re iudic. contumacia. pronuntiabit appellationem deuoluere. & de illa cognoſcet. & eſt ſimile quod ſcripſi ſupra de appella. ad hoc ſi in vna. & ſupra de reſtit. ſpoliat. ſolicitè. de teſti. veniens. lj. de appellat. non ſolùm. libro ſexto in iij. gloſſa. Ad tertium ergo redeundo, videtur ſecundum prædicta quòd de prima appellatione vt præiudiciali primò cognoſcetur. de ordin. cognit. tuam. cuius euentus alterius cognitioni dabit vel denegabit initium. de elect. ſi fortè. libr. ſexto. {ſeptima pars.} Sed ſecundum hoc quid releuat ſecunda appellatio, cum pronuntiato quod primò fuerit bene appellatum, reuocetur ſententia per modum nullitatis vel attentati. de appellat. non ſolùm. lib. vj. & pronuntiato quòd malè fuerit appellatum, apparet illum poſtea contumacem fuiſſe, & ſic nihil reuocabitur. & facit quod ſcripſi poſt Innocen. & Hoſtien. de appellat. interpoſita. in fin. j. reſponſio? Reſpondeo, valet ad hoc, quia non cogitur proſequi primam, ſed proſequendo ſecundam ſi excipiatur de contumacia, replicabit de iuſta appellatione, de qua iudex ſecundò cognoſcet, non vt pronunciet benè vel malè appellatum, vel vt reuocet attentata, ſed ſolùm vt pronunciet illum appellare potuiſſe vel non, & ſic appellationem deuoluere vel non. & ſic iudex appellationis tertiò ſuper eodem articulo interiectæ (quod non licuit) de hoc cognoſcit & pronuntiat. ſupra de appel. ſua nobis. Item valet, quia ſecundum hoc audietur proſequens ſecundam, licet tempore quo proſequitur, ſit lapſum tempus primæ proſequendę. bene facit de ſenten. excommu. licet. lib. vj. Si verò etiam tempore ſecundæ appellationis lapſum erat tempus proſecutionis primæ, vide quod ſcripſi ad cap. directæ. ſuper gloſ. ij. Item valet quòd poſſet aliquod probabile dubium primò appellantem excuſare à contumacia, licet appellatio per probata iuſta pronuntiari non poteſt. facit de elec. ca. j. lib. vj. Item poſſet ſecunda eſſe interpoſita ad alium iudicem qui magis expediret appellanti quàm primus. {octaua pars.} Et prædictis ſolui videtur quod not. ſupra ead. compil. de elect. cauſam. §. penul. in vltima gloſ. quòd arctatus per decretalem illam, qui non venit nec miſit, ſi appellat à definitiua, ſi non doceat de iuſto impedimento quod excuſet contumaciam, nō debeat audiri. fortius enim cadit vera contumacia in citato per ius commune, quod ignorare non licuit, quàm in citato per iudicem.

B

C

D

VT LITE PENDENTE NIL *innouetur.*

[*] Viſum eſt ſ. de contumacia, quia per eam fit miſsio in poſſeſsionem quandoque ex primo decreto, quandoque ex ſecundo, & ſic fit nouatio, & aliquid innouatur. Et dubitaret aliquis vtrum lite pendente aliquid debeat innouari, vel vtrum omnia debeant manere in eodem ſtatu in quo ſunt lite pendente: ideo annectit, id eſt adiungit hic rubricam, vt lite pendente.

*Continuatio domini Heliæ.*

SI duobus.} Determinat caſum dubiū circa decre. ij. de præb. li. vj. quæ reſeruat collationi papali beneficia in curia vacantia, an locū habeat in duobus litigantibus in curia ſuper beneficio ſibi collato ſi alter moritur vel vterque. Et diſtinguit prīcipaliter duo mēbra, quia aut vterq; moritur, aut alter tātum. In primo diſtinguit, aut vterq; moritur in curia, aut vterque extra, aut alter intus, & alter extra. & hoc vltimo caſu aut alter tantum poſsidebat, aut neuter. & ſi alter, aut qui moritur in curia, aut qui extra. In ſecundo etiam principali membro, ſcilicet cum moritur alter tantum, tunc ſubdiſtinguit, quia aut beneficium ſpectabat ad mortuum, aut ad ſuperſtitem, aut ad neutrum. & ſi ad mortuum, aut moritur in curia, aut extra. & ſecundum principale membrum proſequitur ibi, Si verò alter. Tertiò proteſtatur ibi, Salua tamen. Præſupponendum eſt illud quod habetur in cap. ij. de præben. lib. vj. videlicet quòd licet generaliter collatio beneficiorum ſpectet ad papam ratione plenitudinis poteſtatis, tamē ſpecialiter & priuatiuè collatio beneficiorum vacantium in curia Romana ad ipſum papam ſpectat, ita quòd nullus alius illa beneficia poteſt conferre ſine ipſius mandato ſpeciali. Alia verò beneficia vacantia extra curiam Romanam ordinarij poſſunt conferre, & concurrunt cum papa accumulatiuè, & poſſunt præuenire papam, niſi papa inhibuiſſet ne ipſi haberēt conferre. CASVS. Duo litigabant coram papa in curia Romana ſuper aliquo beneficio, quod beneficium quilibet dicebat ad ſe pertinere. iſti litigātes ſunt mortui in curia Rom. quæritur ad quem ſpectat collatio beneficij? Dicit Roma. pont. Clemens quòd ad ſolum papam ſpectat collatio, niſi ius illius beneficij neutri competiiſſet, quia ſi nullus eorum litigantium haberet ius in beneficio, ſed aliquis tertius habebat ius, tunc papa illud beneficium conferre non debet, cū non vacet. Sed quid ſi vnus eſt mortuus in curia, alius mortuus eſt extra curiam, quæritur ad quē ſpectat collatio? Diſtinguit Clemens, an poſsidens beneficium mortuus eſt in curia, & alius non poſsidens mortuus eſt extra curiā, & tunc collatio beneficij pertinet ad ſolum papam priuatiuè, ſi autē poſſeſſor mortuus eſt extra curiam, tunc collatio pertinet ad ordinarium loci in quo eſt beneficiū, qui ordinarius poteſt præuenire papam. Sed quid iuris ſi neuter poſsideat, & vnus mortuus eſt in curia, alius mortuus eſt extra? Dicit Clemens quòd collatio ſpectat ad papam ratione ſuæ poteſtatis. Et idem ſi ambo poſſediſſent, ſecundum gloſ. Sed quid ſi vnus mortuus eſt altero ſuperſtite, id eſt viuente? Dicit quòd non eſt conferendum donec lis fuerit finita contra ſuperſtitem, & tunc euentus demonſtrabit ad quem ſpectat collatio: quia ſi dicatur beneficium ſpectare ad defunctum, tunc conſiderandum an defunctus ſit mortuus in curia Romana, quo caſu collatio beneficij ſpectat ad papam. aut mortuus eſt extra curiam, & tunc collatio ſpectat ad ordinarium. Sed quæritur, nunquid loco defuncti poterit ordinarius alium ſubrogare? Dicit Clemens quòd ſic. Sed quæritur an per iſtam clementinam papa idem intelligat in perſonatibus, in dignitatib⁹, & aliis beneficiis in quibus ratione ſuæ poteſtatis habet plenā & meram diſpoſitionē, ita ꝙ ſi is qui moritur extra curiā, habebat perſonatū vel dignitatem in controuerſia cum aliquo, an ordinarius poſsit perſonatum vel dignitatem conferre, ſicut diximus de ſimplici beneficio? Dicit Clemens ꝙ per iſtam clementinā non intēdit derogare principio capituli ſecundi de præb. lib. vj. ſed iſta cle. fuit ſpecialiter facta ad decidendum dubium quod fuit quando vnus moritur in curia, alius autem moritur extra curiam. h. d. H. r. Colligo aliqua notabilia. Et primò ꝙ ſi beneficiatus moriatur in curia Romana, tūc collatio ipſi⁹ ſpectat ad ſolum papam priuatiuè, ita ꝙ nullus alius poteſt conferre illud beneficium niſi ipſe papa: & ſic collatio ad ipſum papam ſpectat priuatiuè, quia priuat omnes ordinarios.

No. ꝙ iſta clemētina venit declaratiuè ſiue ad declarationem capituli ſecundi de præb. lib. vj. No. de Romana curia, & dicit Pau. quòd pro eodem accipiuntur hoc caſu ſedes apoſtolica & Romana curia. de conceſ. præb. c. j. & c. præſenti. lib. vj. cuius ca. præſenti. moderationem dicit Paulus locum habere in caſu huius cle. No. quòd per obitum beneficiati extinguitur titulus beneficij. Nam ſecundum Zen. mors eſt diſſolutio corporis & animę. de pœ. diſ. ij. charitas. ver. corpus. de cele. miſ. in quadam.

Duobus.

A

a *Duobus.* vel pluribus: cùm ſit eadem ratio. concor. quod no.de reſcri.duobus.lib.vj.

b *Romana curia.* quod dic vt not.ſ.de præben.præſenti.lib. ſexto.

c *Beneficio.* Largè ſumitur comprehendens dignitates. de præb.c.ij.lib.vj. ſalno quod ibi not. in ij.gloſ.

Gloſſa ſeq. primò notat à cõtrario. ſecundò ſoluit dubiũ de electo: & per id opi.fortificat.tertiò quærit. ponit opin. quam partim reprobat. quartò impugnat obſeruãtiam curiæ.

d *Collato.* Secus ergo ſi litigarẽt illud ſibi debitum.& concor. quod dixi. ſ. in cle.de reſcrip. auditor: Et per hoc puto ſolui qđ dubiè tangebat Arch. de elec. ſi electio. lib. vj. de electo in propoſitũ non cõfirmato, qui moritur in curia, an prępoſitura vacet in curia, allegabat pro & contra, quæ not. lxiij. diſtin. quanto. puto quòd non, etiã ſi ibidem ſuper electione vel confirmatione litigabant per hanc literam. durat enim prima vacatio vſque ad confirmationem.facit de elect. cupientes.& c.quàm ſit.in prin.lib.vj. quæ per cõfirmationem deſinit. de tranſla.c.j.& ij.facit hoc pro opi.quam tenui de elect.cupientes.§. quid ſi.in vlt.gloſ. quæ incipit,& pertinet. Sed de prioribus beneficiis confirmati in curia ad dignitatem cuius adeptio facit illa vacare: dubitatur an vacent in curia,& placet Archi.in decret.commiſſa.de elec. lib. vj. quòd non:quia non vacant per confirmationem ſed per poſſeſsionem pacificã.vel ex quo ſtat per confirmatum quo minus illam habeat, vt ibi, & de præben. licet epiſcopus.e.lib. dicebat tamen quòd ſi ille cõfirmatus manet in curia, & per procuratores poſſeſsionem apprehendit, quòd beneficia vacabunt in curia: quia talis poſſeſsio quo ad priora beneficia fingit illum mortuum.vij.q.j.§.ecce in quibus.ſed mori non poteſt niſi vbi perſonaliter eſt:ergo &c. Non placet hoc dictũ, ex quo ſequeretur quod beneficium per procuratorem renuntiatum in curia, vacaret eo loco vbi eſſet renuntiationis tempore qui procuratorem conſtituit:quod eſt falſum, vt ipſe idem no. in decre.ij.de præb. & ad §.ecce.reſpon.per no.de reſcri.ſuſceptum.lib.vj.in gl. penult. quia non eſt verè mortuus, ſed fingitur: & illa fictio bene poteſt trahi ad locum vbi poſſeſsionem apprehendit. vbi ergo procurator mandatum habẽs poſſeſsionem apprehẽdit, ibi & ea die vacat beneficium: ſed vbi amicus vel negotiorũ geſtor id feciſſet, procedere poſſet illa opinio:quia tunc vacat per acceptionem vel ratificationẽ per illũ factã in curia & non prius. facit de præbẽ.ſi tibi abſenti.lib.vj.Itẽ aduertendum eſt quòd ſæpe curia priora beneficia electi in epiſcopum in curia cõſecrati ſtatim confert:quod puto fieri non poſſe illo non conſentiẽte: niſi prius habeat poſſeſsionem epiſcopatus.non enim per ſolam conſecrationẽ vacant priora, ſed per conſecrationem & tranſlationẽ & lapſum tẽporis quo debuit conſecrari, prout etiam ſcripſi poſt Inno. & Compoſt.de elect.cum in cunctis.verſi. cùm verò. ſuper vlt.gl.ſi ergo conſecrationis tẽpore poſſeſsionem habebat: tunc ſtatim vacant priora,& in curia vbi conſecratur. & per hoc videtur quòd ſi conſecratus in curia poſſeſsionem non habens vadit ad partes epiſcopatus, & poſſeſsionem apprehendit, quòd priora illius beneficia non vacent in curia, niſi ſpecialiter fuerint reſeruata. Scio tamen quòd curia hoc nõ reciperet.

*† Not. hic Imol. quòd ex poſſeſſione præſumitur titulus non ſolũ ad cõmodũ poſſidẽtis, ſed etiam tertij. Font.*

e *Litigantibus.* In hoc ad titu.

Gloſ.ſeq.ſoluit duo dubia.

f *Mori* [a]. idẽ puto in renuntiatione vel alia vacationis forma etiam ſi immiſceantur: vt quia vnus moritur:alius renuntiat:cum ſit eadem ratio,& facit præalleg. §.ecce.vij.q.j.

*a Vacatio beneficij referenda eſt*

CAPITVLVM I.

SI duobus [a] in Romana curia [b] ſuper beneficio [c] ſibi collato [d] litigantibus [e] in eadẽ curia mori [f] contingat [g] vtrunque, collationem huiuſmodi beneficij ad Romanum pontificem [h]: ſi verò extra dictam curiam [i], ad ordinariũ [k] decernimus pertinere: niſi [l] forſan alius ab eis [m] in dicto beneficio ius [n] haberet. Quod ſi vnum in dicta curia, alterum verò extra mori contingat: ſi moriens in curia beneficium poſsidebat [o] †, ad Romanum pontificem [p]: ſi verò alius [q], ad ordinariũ pertineat collatio ſupradicta. Neutro [r] autem ipſorum [s] beneficium poſsidẽte, erit Romanus pontifex propter authoritatis prærogatiuam [t] in collatione huiuſmodi præferẽdus. Si verò [u] alter tantummodo ſiue poſſeſſor ſiue petitor decedat [x]: ſi ſuperſtes vel alius cuius interſit [y], cauſam nihilo minus proſequatur [z]: (cum interim [a] beneficium de iure conferri non poſsit [b]) ad quẽ collatio eius pertineat, futurus declarabit euentus [c].

B

Nam ſi ad defunctum pertinuiſſe beneficium fuerit declaratum: pertinebit [d] ad papam, ſi ille in curia [e]: vel ad ordinarium, ſi extra curiam ſit defunctus. Quòd ſi ad neutrum [f] illud ſpectaſſe conſtiterit: ad ordinarium collatio pertinebit [g]: Salua tamen in præmiſsis omnibus Romani pontificis poteſtate, ad quem eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum plena & libera diſpoſitio ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere [h].

g *Contingat.* ſimul,& ſucceſsiuè.

h *Pontificem.* Tolle literam, decernimus pertinere.

i *Curiam.* Repete, mori contingat vtrunque, collationẽ huiuſmodi beneficij &c.

k *Ordinarium.* id eſt collatorem, etiam ſi aliàs non haberet ordinariam iuriſdictionẽ. ſic de cõceſ. præb.ſi ſoli.lib.vj.

l *Niſi.* hanc exceptionem etiam in inferioribus membris intelligas repetitam.

m *Ab eis.* Litigantibus mortuis.

n *Ius.* in re vel ad rem. de vtroque de conceſ.præb. ca.vlt. lib.vj.

Gloſ. ſeq. primò dat ſimile. Secundò ponens ius vetus cõmẽdat hoc nouum.

o *Poſsidebat.* Sicut ergo in multis caſibus eſt melior conditio poſſeſſoris. de preben.ſi à ſede.lib. vj.ſic ſit melior conditio illi[9] penes quẽ moritur poſſeſſor. Et not. quòd ſi hæc conſtitutio nõ emanaſſet, videretur adhuc poſt mortẽ quærendum ad quem de iure beneficiũ ſpectaſſet, vt j. dicitur: cùm alter moritur: vt eo cognito haberetur cõſideratio loci mortis illius: ſed quia hoc fuiſſet difficile & facile neglectu, ideo fuit vtiliter ſic prouiſum.

*ad locum vbi beneficiatum moritur: non vbi de beneficio litigatur:incipit ergo in illo loco vacatio vbi pſona moritur, non vbi beneficiũ eſt ſitũ. Et ideo papa ſibi vendicat illud ius cõferendi beneficia vacãtia in curia:quia cũ ſit omniũ ordinarius & beneficiorum collator: vt cap.j.ſ.de præb.li.6. ſi in curia, & ſic in eius ſpeciali territorio vacatio naſcitur per obitum beneficiati, præferendus eſt ordinariis alijs. vacatio ergo beneficiorum in curia p mortẽ, non ex plenitudine poteſtatis, ſed ſtricta ratione iuris videtur inducta: vt hic. Et hoc nota, quia alius non tangit. Petrus.*

p *Pontificem.* collatio &c. vt ſequitur.

C

q *Alius.* ſcilicet moriens extra curiam: & repete, beneficiũ poſsidebat.

Gloſ.ſeq.quæſtionem ſoluit.

r *Neutro.* Idem puto vbi poſsidebat vterque, vt in paritate poſſeſsionis ſemper ſit potior conditio papæ. facit de reſcr. duobus.libro ſexto. & quod not.eodem lib. de præben.ſi à ſede. & poſſent ambo prouocare in interdicto vti poſsidetis: vel quia vterque contra reliquum appellauit: vt ſæpius experimur. ſed fortè hunc caſum omiſit, quia vtroque poſsidente neuter poſsidere videtur: quia non inſolidum facit. de proba.licet, vel quia non pacificè.facit de elec.commiſſa. lib.vj.

ſ *Ipſorum.* ſcilicet quorum alter mortuus eſt in curia,& alter extra curiam.

t *Prærogatiuam.* Concor.de præb.ſi à ſede.lib.vj.

u *Si verò.* Secundum principale membrum diſtinctionis.

x *Decedat.* In curia vel extra.

y *Interſit.* Siue ratione tituli in quo ius habebat in re vel ad rem: ſiue ratione iuris eligendi vel præſentandi vel conferendi quod ſe contendit habere:& fortè mortuum elegerat, vel illi prouiderat.ſupra eod. capit.ij. lib.ſexto in gloſſa penult.

D

z *Proſequatur.* Si non proſequeretur, lis non penderet.

a *Interim.* ſcilicet illa lite pendente.

b *Non poſsit.* ſ.eo.c.ij.lib.vj.

c *Euentus.* Concor.de elect.ſi fortè.lib.vj.de frigi.fraternitatis.in ſi.cum ſuis concor.iſte autem euentus eſt dubius.ff. de pecul.quod debetur.

d *Pertinebit.* Collatio de qua præmiſit.

e *In curia.* ſit defunctus;quod ſequitur.

f *Ad neutrum.* Alterum membrũ ſubdiſtinctionis quando pronuntiaretur beneficium ſpectare ad ſuperſtitẽ, nõ exprimit quaſi indubitatũ:quia tunc nõ vacat.& ſic nec per papã, nec per ordinarium cõferendũ.ad vtrunq; autẽ impoſsibile eſt ſpectare.facit de ele.vt quis duas.lib.vj. & ideo etiã illud non fuit exprimendum.

*Soluit duo quare.*

*Beneficiũ idẽ ad duos ſpectare nõ poteſt.*

g *Pertinebit.* Conſtat enim quòd in curia nõ vacauit, etiam ſi ille qui mortuus eſt, deceſſerit in curia.

h *Pertinere.* Concor.de præb.ca.ij.lib.vj.& facit de conceſ. præben.propoſuit.

CVm lite. } Ponit dictum quod ſecundò limitat & declarat. Secunda ibi, Dum tamen, Imola.

Lite



A

Lite pendente nihil eſt innouãdum. Et quo ad hoc litem dicimus pendere poſtquam à iudice cõpetenti citatio emanauit,& ad partẽ peruenit. Et capitulum iſtud venit declaratiuè ad titulum: videlicet quando dicatur litis pendentia. Et dicit ex quo reus eſt citatus & libellus eſt oblatus: quia in eo fuit inſerta petitio actoris, vel aliquid æquiualẽs, tũc lis dicitur pendere. Sed quæritur, iudex decreuit aliquem fore citandum:qui audiens q iuſſus erat citari, ſe abſentauit, & per eũ ſtetit quo minus citaretur. Quęritur ſi nuntius iuerit ad domum & illum non repererit, ſed miſit citationem ad domum, vel cum citauit in perſona vxoris: quæritur an per hoc lis dicatur pendere? Et reſpondet quòd ſic. hoc d.

No. quòd competens iudex ſeu idoneus dicitur qui habet in cauſa iuriſdictionem cum exercitio, dato quòd illa iuriſdictio poſſet per exceptionem elidi:ſiue exceptio contingat iuriſdictionem, ſiue contingat perſonam:valet enim vtroque caſu proceſſus, ſi nõ excipiatur. merito ante exceptionem dicitur competens, ſeu idoneus. Et no.glo.in cle.noſtra.ſingulariter:quia poteſt facere ad multa:cum ſæpe fiat mentio de iudice competenti. No. quòd quanquàm ad perpetuandam iuriſdictionem ſufficiat citationem emanaſſe à iudice, licet non peruenerit ad partem: tamen quo ad inducendam litis pendentiam oportet quòd peruenerit citatio ad partem: vt in gloſ. in ver. & ad partem.tamen dicit tex.ſi factum eſt per partem quo minus citatio peruenerit ad eam:tunc non impeditur litis pendentia. Not.conſilium gloſ.vlt.ad inducendam litis pendentiã inſeratur in citatione copia libelli: vt pars citata poſsit plenè inſtrui ſuper quibus ſit in iudicio conuenienda. No.quòd quo ad hoc vt citatio inducat litis pendentiam, quo ad reuocandũ innouata: expedit q facta ſit à iudice cõpetẽti. No. quòd is per quẽ ſtat quòd citatio ad eum non perueniat, habetur pro citato. ſimile ſecundum Zen.ff.de euic.l.ſi ideo.& l.ſi dictum.§.ſi præſente.Zabarel.

Idem.

*Lis dicitur pendere quo ad hoc vt nihil debeat innouari cùm citatio legitimè peruenit ad partem, vel per eã ſtetit quo minus perueniret, cum tali expreſsione quòd potuit inſtrui ſuper quo conueniatur. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM II.

CVm lite pendente [a] nihil debeat innouari [b]: litem quo ad hoc [c] pendere cenſemus, poſtquam [d] à iudice competenti [e] in ea citatio [f] emanauit, & ad partem [g] citatam peruenit: vel per eam factum [h] fuit quo minus ad eius notitiam perueniret [i]. Dum tamẽ in citatione prædicta talia ſint expreſſa [k], per quæ plenè [l] poſſit inſtrui ſuper quibus in iudicio conuenitur.

B

Gloſ.ſeq.dicit,& proſequitur quid determinat.

a *Cum lite pendente.* Declarat quando lis pendere dicatur, determinans quod not. Hoſtien.eo.titu. ca.j.vbi dixit quòd lis pendet nedum ea conteſtata de verb.ſigni.ex parte ij.ſed etiam libello principi oblato.C.quando libel. prin. da. l.j.& ſi adhuc non ſit impetratum.C.eo.tit.l.j.fortius ex quo impetratum eſt.de appel.ſuggeſtum.& fortius ex quo negotiũ eſt commiſſum.de teſti.cauſam.ij. & fortius facta citatione. de offi.deleg. gratum. per quæ dixi ibi ſecurè tenendum q non ſolum ea quæ poſt litem conteſtatam, ſed etiam ea quæ ante ſaltem poſt citationem attentantur ſine libello, ex puro & mero iudicis officio reuocantur in ſtatum priſtinum. alleg.de conſtit.cùm M.in ſi.de deſpon.impu.ad diſſoluendum. de accuſ. olim. in quibus non poteſt dici quòd fuit lis conteſtata. Et in hoc differt hæc rubrica à rubrica de reſtit. ſpol.ſecundum ipſum:quia hic de plano expeditur: ibi libellus offertur,& lis conteſtatur.de reſtit.ſpolia.olim. & tribus ca.ſe.& ca.vlt.

*Attentata poſt citationem iudicis officio reuocantur.*

a *Pendente.* Quoſdã caſus in quibus ponderatur pẽdentia, vide no.de offi.lega.præſenti.§.j.in gl.ij.lib.vj.

b *Innouari.* Quod fieret ſi poſſeſſor priuaretur poſſeſsione, vel alienaretur res litigioſa, vel ſuper ea interpretaretur priuilegium tacita litis pendentia:antiqua verò poſſeſsione vti, non eſt innouari, & vide quod ſcripſi eod.titu.ſuper rubrica.

c *Ad hoc.* ſcilicet quo ad innouationẽ impediendam,& fortius quo ad iuriſdictionem perpetuandã. de fo.compe.propoſuiſti.de offi.deleg.gratum.

d *Poſtquam.* In pendentia ponderamus principium & finẽ. hic determinat primũ.ſ.quando incipiat.ſecundum.ſ.quando deſinat, patet eo.titu.ca.ij.lib.vj.& xj.q.j.quia res.ſcilicet lite finita:quod eſſe poteſt per ſententiam à qua non eſt appellatum:vel aliter vt no.de lit.cõteſt.c.j.lib.vj. & vide quod dixi de confeſ.ca.vlt.ſuper vlt.gloſ.& quod not.j. tit. proxi. cap.vnico.

*Principiũ & finis in pendentia conſiderantur.*

Gloſ.ſeq.alleg.ſimile & arguit.quæſtionem ſoluit & prorogat.

e *Competenti.* Alibi dicitur idoneo.de app. vt debitus.& facit hæc litera ad id quod ibi no.in gl.ij. Competentem autẽ hic dico eum qui cauſæ iuriſdictionem habet cũ exercitio, dato q illa poſsit p exceptionem elidi, ſiue exceptio contingat perſonam, vt quia ſuſpectus: ſiue iuriſdictionẽ, vt qa reſcriptũ ſurreptitiũ.planum eſt enim q his caſibus valet proceſſus in principali ſi non excipiatur. de re iudi. inter monaſteriũ. de hoc de reſcri.ad audientiam.ij. ſicut autẽ requiritur cõpetentia in iudice, ſic & in citatione. facit quod ſcripſi de for.comp. propoſuiſti. de offi. delega. cùm plures. lib.vj in gloſ.ſi.

*Exceptio quãdoque perſonã iudicis, quãdoque iuriſdictionẽ contingit.*

f *Citatio.* priuilegia vel reſcripta videntur impediri per ſolam cauſæ commiſſionẽ ſine citatione.de teſti. cauſam.ij. & vide quod ibi dixi ſuper gloſ.penul.

Gloſ.ſeq.ponit differentiam.

g *Ad partem.* Licet ergo quo ad perpetuandã iuriſdictionẽ ſufficiat citationẽ emanaſſe ſecũdum canones, & vide quod dixi de offi.deleg.ca.vlt.in ſi. tamen quo ad inducẽdam litis pendentiam non ſufficit emanaſſe, niſi peruenerit, vt hic.

*Iuriſdictio perpetuatur per citationem etiã ſi non puenit ad citatum.*

h *Factum.* doloſè: vt in iuribus ſtatim allegandis.

i *Perueniret.* Concor.cle.ſ.de elect. cauſam.de renunt.cap. vnico de iudi.dudum.de foro compe.quamuis.

k *Expreſſa.* Concor.ſ.de procur.non poteſt.ad idẽ de elec. vt circa.& c.procurator.lib.vj.

C

Glo.ſeq. literam exponit.conſulit,& dubium ſoluit.

l *Plene.* Si ergo dicat iudex:compareas die tali reſponſurus Titio ſuper quadam domo, non erit ſufficiẽs expreſsio: nec dicetur lis pendere ſuper domo, vel domus eſſe litigioſa. & eſt ſi.de do.& contu.c.ij.eſt ergo conſiliũ actoris cui expedit inducere litis pẽdentiã, q inſeratur libellus in citatione. de dila.c.ij.bene facit cle.ſ.de elec.cauſam.tamen licet id nõ fiat:ſi tamen talis eſt expreſsio per quã plenè poſſet inſtrui, ſufficit: vt hic. vbi verò iudex ſufficiẽter expreſsit, ſed nuntius non ſufficienter retulerit, non iuuat. debuit enim emanaſſe & perueniſſe: vt ſ.dicitur.

*Litis pendentia facilè inducitur ſi libellus in citatione inſeritur.*

DE SEQVESTRATIONE poſſeſsionum & fructuum.

*Si ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem qui triennio non poſſedit, in petitorio vel poſſeſſorio vna definitiua fertur in curia, etiã ſi nulla fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio per loci ordinariũ fieri debet: quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans, excommunicatus eſt: & ſi eſt de litigantibus, cadit à iure ſuo, & reſpicit pendentia. Ioan. And.*

CAPIT. VNIC.

AD compeſcẽdas [m] litigantiũ malitias,

DE SEQVESTRATIONE *poſſeſsionum & fructuum.*

Viſum eſt ſ. an & quãdo nouatio poteſt fieri: dubitari poſſet an poſsit fieri ſequeſtratio rei litigioſæ poſſeſsionis & fructuum: ideo &c.

*Continuatio domini Heliæ.*

AD compeſcendas. } Nouũ & æquiſsimũ eſt quod inducit hæc conſtitutio, quę primò ponit nouũ caſum ſequeſtrationis fiẽdę. Secũdò punit impedientẽ: ibi, Si quis autẽ. Tertiò conſtitutionẽ ad pendentiã prorogat: ibi, Præmiſsis. Quartò exceptionem remouet: ibi, Non obſt. Ioan. And. CASVS. Tu & ego litigabamus in curia Romana corã aliquo auditore ſuper beneficio.in petitorio vel in poſſeſſori proceſſum intantum extitit quòd auditor tulit ſententiam definitiuã contra te poſſeſſorem, qui ab hoc triennio non poſſederas. appellauiſti. pendente appellatione peto vt beneficiũ contentioſum ſequeſtretur vnà cum fructibus percipiẽdis. quæritur vtrũ debeat fieri ſequeſtratio? Dicit Clemens q ſic: etiã ſi opponatur de nullitate ſententiæ ipſius auditoris:& dicatur q ſententia auditoris lata contra poſſeſſorem, nõ valet: tamen hoc non obſtãte iudex ordinarius poterit ſequeſtrare dictũ beneficium. Sed quæritur, per quem fiet ſequeſtratio? Dicit q per iudicẽ:& ſequeſter exercebit ea quæ pertinent ad beneficiũ. Item reditus non conuertẽtur in vtilitatẽ ipſius ſequeſtri:ſed imputabit beneficio. Et reſiduum debet reſeruare & reſtituere illi qui habebit victoriã. Sed quid iuris ſi aliquis impedit ſequeſtrari, vel fructus ſequeſtratos occupat: vtrũ iſte impediens vel occupãs incidat in aliquã pœnam? Clemẽs diſtinguit, aut ille qui impedit, eſt vn[9] de litigatoribus aut nõ, ſed alius. Si ſecundo modo, incurrit pœnã excommunicationis: quia ipſo facto q impedit vel occupat fructus, ipſe eſt excõmunicatus; nec venit abſoluendus, niſi

D

omnia

omnia reſtituerit in manibus ſequeſtri. Primo caſu etiã incurrit ſentẽtiam excõmunicationis:& vltra perdit ius quod habet vel quod ſibi cõpetebat in beneficio. Et hæc Clementina ſeu conſtitutio habet locũ in litibus pendentibus,& nõ ſolũ in futuris.h.d.H.r. Colligo aliqua notabilia.Et primò, ſi ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem qui triennio non poſſedit, in petitorio vel poſſeſſorio vna definitiua fertur in curia : etiã ſi nulla fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio per loci ordinariũ fieri debet: quã impediens, vel ſequeſtratos fructus occupãs, excõmunicatus eſt. Et ſi eſt de litigantibus, cadit à iure ſuo : & reſpicit pendentia. Et iſtud eſt ſummariũ clemẽtinæ. No. ꝙ iudex & ſuperior debent obuiare malitiis hominũ ſubditorum : quia melius eſt ante tempus occurrere , quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere. No.tex.ad cõpeſcendas.i.refrenãdas:vt in gl. Not,apud.i.circa:& debet ſcribi per d. No.promulgata:vt ꝟ.in cle.ſi ante.de do.& contu.

*† Supplet Barb.ſinito ante lit. conteſt.dicens ꝙ in præſcriptione articulandum eſt annos eſſe completos ante motionem litis.c.cõmiſſa.de elec. in vj. not.Barto. & modernus in l.Celſus.ff. de vſuc.Font.*

definimus,vt vna [a] cõtra poſſeſſorem [b] definitiua [c] ſententia ſuper beneficio [d] apud ſedem apoſtolicam duntaxat [e] in petitorio vel poſſeſſorio [f] promulgata [g], beneficium [h] ipſum , etiam ſi [i] dignitas vel perſonatus exiſtat , & curam habeat animarum , à poſſeſſore huiuſmodi ( dum tamen triennio [k] † pacificè antea [l] ab eo poſſeſſum non fuerit ) per loci ordinarium [m] apud aliquam perſonam idoneam [n] ſequeſtretur: quæ plenam de ipſo & debitam curam gerens , id quod de fructibus ipſius (debitis eiuſdem ſupportatis oneribus [o])ſupereſſe contigerit , illi reſtituat [p] qui finalem [q] in cauſa victoriam obtinebit [r]. Si quis [s] autem ſequeſtrationem huiuſmodi impedire , vel fructus ſequeſtratos quoquo modo præſumpſerit occupare [t] , excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto [u]: à qua B ( niſi impedimento prius amoto , & occupatis per eum fructibus [x] reſtitutis [y] ) nullatenus abſoluatur [z]. Et nihilo-

*a De ſequeſtratiõe vide per glo. in ca.dilectus.ꝟ.eo. doc.in l.ab executore. C.quorum appel.non recip.*

No.ſequeſtretur à ſequeſtro,ſtras.a p.i.ſeparare: & ꝓpriè certãtes pacificare. vnde, Diuido,pacifico,dic deſignare ſequeſtro.Inde ſequeſter,ſtri,quod & tertiæ declinationis inuenitur:ſed regulariter.i.communiter & ſæpius eſt ſecundæ: vt hic ſequeſter,ſtri,ſtro. Et dicitur ſequeſter reconciliator qui diſcordes pacificat,& qui certãtibus medius interuenit: qui apud Græcos meſengyos dicitur: apud quẽ pignora vel res aliæ litigioſæ deponi ſolent.i. ſolent tradi in cuſtodiam. Et dicitur ſequeſter à ſequendo, vel à ſequor: eo ꝙ eius qui electus eſt , vtraque pars certantiũ & litigantiũ ſequatur fidem.vnde Deuter.v. Ego ſequeſter & medius fui inter Deũ & vos.Inde hæc ſequeſtra,ſtræ,id eſt reconciliatrix: & propriè certantes pacificãs. Item propriè (vt ad noſtrũ propoſitum ) ſequeſter eſt is apud quem res litigioſa deponitur à pluribus,& ſequeſtratur: vt ei qui in cauſa vicerit, reddatur. Item ſequeſtrum dicitur illud ſcriptũ quod de ſequeſtratione conficitur:& ſi ſit ex cauſa volũtaria,trãsfert poſſeſsionẽ in ſequeſtrũ.*Sequeſtratio eſt rei de qua agitur,ſeparatio,vel* diſpoſitio,vel poſſeſsionis interdictio. Interim enim ꝙ res apud ſequeſtrũ eſt,nec actor nec reus poſsidet.ff. depo.l.licet. Not. quòd ſententia lata ſuper poſſeſſorio, poteſt eſſe definitiua.quod colligit gloſ.in verb.poſſeſſorio. quã nota.

No. finaliter caſum in quo titulus beneficij poteſt ſequeſtrari quod colligit gloſ.in verb.beneficium,Zabarella.

Compeſcendas, id eſt refrenandas: & componitur à con, & peſco:quod verbum non eſt in vſu,& concor.cle.de offic. ordi.c.j.

a *Vna.* fortius ergo ſi plures.

Gloſ.ſeq:ſoluit tres caſus.

b *Contra poſſeſſorem.* ſi ergo contra petitorem pro poſſeſſore fertur ſententia,non fit ſequeſtratio. Item ſi inter duos vel plures petitores beneficij fertur ſententia pro vno contra reliquũ vel reliquos,non fit ſequeſtratio hoc probat hæc litera.Item ſi fertur ſententia contra poſſeſſorẽ, non tamen pro petitore qui forſan ad priuationẽ agebat , non eſt locus ſequeſtrationi [b]. quod probat litera ſequens ibi , petitorio vel poſſeſſorio,& in fine hui⁹ partis.& facit quod no.Hoſti. in ſumma huius tituli.ad finem.

*b Tenet Bart.dicẽs idem ſi feratur ꝑ petitore prætendẽte in beneficio ius reale. Font.*

c *Definitiua.* in interlocutoria ergo nõ habet locũ hæc conſtitutio. Eſt autẽ interlocutoria quæ inter principiũ & finẽ cauſæ fertur ſuper iis quæ incidũt vel emergunt.Definitiua verò principalem quæſtionem definit: de quo ſatis in Spec. de ſenten.prola.in j.col.

*Sententia interlocutoria & definitiua differunt.*

d *Super beneficio.* eccleſiaſtico.concor.ꝟ.ea.cõpil. de iudi.c.ij.ſi ergo inter petitorẽ beneficij & poſſeſſorem eſſet quæſtio alia perſonalis vel realis , & feratur definitiua pro petitore:non erit locus conſtitutioni.

e *Duntaxat.* ſi.ꝟ.ea.compil.de reſcriptis,auditor.& fuit hoc prudenter ſic temperatum.abſurdum enim fuiſſet per ſingulas ſententias ordinariorum vel delegatorũ poſſeſſores poſſeſsione priuari.

f *Poſſeſſorio.* hic patet quòd etiam ſuper poſſeſſorio fertur ſententia definitiua [c]. concor.de iudi.c.vlt.

*c Et à tali appellatur ſi præiudicetur proprietati:aliàs ſecus. ſic intelligit de Anchar. hoc no.ij.q.vj. in ſumma. & c.cũ ad ſedem.ꝟ.de reſtit.ſpol. Font.*

g *Promulgata.* per auditores curiæ,à quarũ ſentẽtiis appel- A latur:& puto decr. procedere ſiue principalis ſentẽtia feratur in curia: ſiue ſuper ſentẽtia lata per ordinariũ, à qua fuit appellatum ad curiã, definitiua ſentẽtia feratur ibidẽ, dummodo pro petitore contra poſſeſſorem:vt dixi.

h *Beneficium.* No.ꝙ non fructus tantũ, imò etiã beneficiũ ſequeſtratur: & hæc ſunt diuerſa. & eſt ſimile quod notatur de præb.ſi tibi conceſſo. lib.vj.in gloſ.ij. Iura ergo beneficij & beneficiati exercebit ſequeſter q̃ poſsidet . ſuper quo vide q̃d no.& ſcripſi de iudi.examinata.

i *Etiam ſi.* prudenter fuit hoc additũ ad tollẽdas cauillationes dicentium ꝙ in materia ſequeſtrationis odioſa appellatio beneficij non comprehẽdit infraſcripta.de præb.cap. vlt.eo.tit. cùm in illis.lib.vj.

k *Triennio.* pacificè.ſi.C.de fideicom. l.j. Iſta duo requiruntur ne fiat ſequeſtratio,ꝙ triennio ſit poſſeſſum:& quòd pacificè. de his ergo præiudicialibus bene poterit poſſeſſor excipere & probare:nec puto ſufficere annum tertium inchoatum : vel pro maiore parte illius tertij anni illum poſſediſſe:requiritur enim triennium conſummatum.ſi.de regula.ad noſtram.

*Beneficij ſequeſtratio impeditur duobus concurrentibus.*

l *Antea.* i. ante litem motam , quæ nunc eſt finita per vnam ſententiam. poſt litem enim motam nõ poſsidetur pacificè: quod requirit hæc conſtitutio.& per hoc patet inutiliter de illo quæri, qui tempore ſententiæ non poſſederat triennio, quod tamen triẽnium eſt completum tempore quo petitur ſequeſtratio.

m *Loci ordinarium.* non diſtinguit an ad illum ſpectet inſtitutio néene.& eſt ſi.de vſu.quanquam.lib.vj.& quod ibi no. quandoque tamen per ordinarium cõprehenditur inſtituẽs C & deſtituens.de offi.ord.c.iij.in prin.lib.vj.& ꝟ.tit.prox.c.j. Et no.caſum in quo de cauſa deuoluta ad curiam ſe inferior intromittit.ad idem de app. cum teneamur. & quod ibi dixi poſt Hoſtien.

n *Idoneam.* æquum eſſet hanc ſequeſtrationẽ fieri exiſtẽti in ordine quem requirit beneficium [d]. de elec. nemo deinceps.& ca cùm ex eo.lib.vj.de regula. beneficium. eo.lib.ad hoc literam quæ ſequitur.

*d Facit c. ex ratione. de æta. & qualita.in ver.idoneis clericu.& æſtimatur idoneitas ex cõmuni æſtimatione.l.ſi bonæ fidei.ff. de rei ven. vnde ſi reperiatur cõtrarium,locus eſt excuſationi. l.argentũ. ff.commo. glo.in cap. cũ apoſtolica, de iis quæ fi. à præl.Font.*

o *Oneribus.* concor.de offi.ordi.præſenti.§.porrò.lib.vj.

p *Reſtituat.* cùm ſequeſter habeat limitatam poteſtatẽ , ſcilicet de reſtituendis fructibus qui ad onera ſuperſunt: dico ꝙ illos non poſſet in emptionem prædiorũ pro beneficio vel aliàs in vtilitatem beneficij conuertere: quod poſſet vbi non eſſet talis limitatio:vt in prædi.decr.præſenti.& de offi. ord.cum vos.in fin.

Gloſ.ſeq.dat tria exempla.

q *Finalem.* per pronuntiationẽ papalem, vel factã de ipſius ſpeciali mandato.facit de verb.ſig.conſtitutionem. ij.reſpõ. lib.vj.vel per ſecundam ſententiam à qua non eſt appellatũ, vel per tertiam licet ſit appellatum.de app.directæ. & ca.ſua nobis.quod dic vt ꝟ.de re iudi.c.j.

r *Obtinebit.* hoc propriũ eſt ſequeſtri, quòd res ſequeſtrata D reſtituatur victori.

Gloſ.ſeq.ponit dictum,cuius obiectionem ſoluit.

ſ *Si quis.* pars vel alius: & includit epiſcopos. Non obſt.de ſent.excõ.quia periculoſum. lib.vj. quia nõ loquitur hic de interdicto vel ſuſpenſione,ſed de excommunicatione.

t *Occupare.* in mala parte ponitur : quandoque in bona. de hoc de elec.in generali.j.reſponſo.lib.vj.

u *Ipſo facto.* alios caſus in quibus ipſo facto per has cle.quis excõmunicationem incurrit,no.& vide. ꝟ.de ſent.excõ.ca.j.

x *Fructibus.* vel ipſorum æſtimatione ſi fructus non extãt. facit de tranſ.veniens.in fine.

y *Reſtitutis.* non ſufficit ergo cautio de reſtituendo,& concor.quod no.de elec.quia ſæpe.de immu.eccleſia.quoniã.in fin.lib.vj.

*e Ita tenet Zen.per c. Romana. §.ſententias.de ſenten. excõ. Do.Pe.tenet ſecundam opini. Bay.Font.*

Gloſ.ſeq. dicit per quem . ſecundò arguit ad quæſtionem pro & contra.& remittit.

z *Nullatenus abſoluatur.* per ordinariũ qui aliàs his cõcurrentibus abſoluere poterit.de ſen.exc.nuper. & per iſtud negatiuũ verbũ videtur ꝙ abſolutio cõtra hæc facta nõ teneat [e]. cui concor.ꝟ.de ſepul.c.j.& de hære.ca.ij.in fi. & ca.iij.poſt prin. de pœn.c.j.In contrarium videtur:cum hæc forma ſit à iure



iure data,nõ ab homine. facit quod ſcripſi poſt Goffr.de reſtit.ſpo.c.vlt.in prin.ad idem facit de ſent.excom.venerabilibus.§.vbi autem.lib.vj.vide quod dicam ꝟ.de iure patr.c.j. poſt princ.

a *Nihilominus.* i. non eo minus ꝙ excõmunicatus eſt : & ſic imponitur duplex pœna. q̃d dic vt no. de iudi.at ſi clerici.

b *Fuerit.* ille impediens,vel fruct⁹ occupans.

c *Vel ad ipſum.* hæc enim ſunt diuerſa , habere ius in re, vel ad rem:vt ſatis patet de conceſ. præb. ca. vlt.lib.vj.

*Ius in re & ius ad rem differunt.*

Gl.ſeq.alle.cõcor. mouet dubiũ. alleg. pro & contra.

d *Cecidiſſe.* ſim. de præb.eum qui.ij. reſpon. lib. vj. Probabiliter dubitatur: an ordinari⁹ ipſe pronuntiare vel declarare poſsit ipſũ impedientem vel occupantem cecidiſſe à iure ſuo,mouet dubium : quia cauſa eſt in curia : vnde non videtur plus poſſe ordinarius quàm permittat iſta conſtitutio:& hoc nõ eſt de præmiſsis. Ad contrarium mouet,ꝙ occupatio vel impedimentum fuit intra ſuã diœceſim:& ſic poterit pœnam iuris pro delicto declarare: præcipuè cũ hic nõ ſit neceſſaria priuatio,ſed ſufficit declaratio.

minus [a] ſi de litigantibus fuerit [b]: à iure (ſi quod in huiuſmodi beneficio,vel ad ipſum [c] forſitan competebat eidem) hoc ipſo ſe nouerit cecidiſſe [d]: Præmiſsis nedum circa futura,ſed etiam circa per appellationem pendentia [e] negotia obſeruandis : Non obſtante [f] ſi contra præfatam ſententiam de nullitate forſan opponatur.

## DE PROBATIONIBUS.

### Clemens v.in concilio Viennenſi.

*Verba literarum apoſtolicarum , quibus papa proprium factum narrat , plenè probant , ſi ſuper illis gratia vel intentio papæ fundatur. Ioan.And.*

CAPIT. VNICVM.

Literis [g] noſtris [h] quibus nos dignitates quaſlibet ſeu beneficia collationi noſtræ vel ſedi apoſtolicæ [i] reſeruaſſe [k] , aut reſignationem beneficij alicuius recepiſſe,vel recipiendi poteſtatem alij commiſiſſe [l] , vel aliquẽ excõmunicaſſe,ſeu ſuſpẽ- B diſſe, ſeu aliquem capellanum noſtrũ vel familiarem fuiſſe , vel alia ſimilia [m] ſuper quibus gratia vel intentio [n] noſtra fundatur [o], feciſſe narramus [p],

e *Pendentia.* concor.cle.ꝟ.de iud.diſpendioſam.in fi.& vide quod ibi notatur.

Gloſ.ſeq.commendat finem,& dubium ſoluit.

f *Non obſtante.* multũ expediens fuit iſte finis:aliàs ad impediendam ſequeſtrationem quilibet de facto oppoſuiſſet nullitatem ſententiæ, & allegaſſet pro ſe quòd ſententia nulla non meretur habere nomen ſententiæ: de re iud.ca.ſi.lib. vj.ff.de re iudi.l.iiij.§.condemnatum. cum ſuis concor.ff.de teſta.tute.l.iij.& de bon.poſ.contra tabu. l.non putauit.§.ij. ſunt autem multi modi nullitatis quos no. de re iud.ca.j.vbi de hoc.& remiſi ad Specu.de ſenten.prola.§.iuſta.puto [a] tamen quòd licet alia nullitas non poſsit opponi , illa tamen opponi poterit per quam negetur iuriſdictio. oportet enim quòd conſtet de ſententia: vt hic dicitur, & per conſequens de iuriſdictione auditoris qui tulit illam ſententiam.bene facit.ff.de pœ.l.ij.in ſi.& quod no.de offic.deleg.cum in iure. ex quo tamen de iuriſdictione & pronuntiatione conſtat,alia nullitas allegata ſequeſtrationem non impedit . facit de teſt.veniens.ij.de ſpon.ca.vnico.lib.vj.C. de edic.di.Hadri. tol.l.ſi.

*a Not.glo. quia vt Car.dit,nõ eſt alibi.l. ij.§.ait prætor.ff.qui ſatiſd. cog. probat gl. & l.j.ff.de iis qui not. inſa. fallit tamen glo. quando talis ſentẽtia cõfirmaretur ꝑ ſuperiorẽ ex certa ſcientia. Imo.c.j. de confir. Itẽ quando iuriſdictio pendente proceſſu ſuperueniſſet gl.in l.j.C. qui pro ſua iuriſdi.iud. da.Latè ponit Bartol. quid de nõ habente iuriſdictionẽ, delegãte ei q̃ habet et no. Frã.ꝙ nullitate obiecta negatiuè habens pro ſe ſententiam probat. bone.j. de elec. ſecus ſi proponatur affirmatiuè. Font.*

### DE PROBATIONIBVS.

Viſum eſt ſuprà de iudiciis:verùm quia in iudiciis probationes ſunt neceſſariæ:ideo annectit rubri. de ꝓbationibus.

g *Literis.* ꝟ. Primò ponit dubium.Secundò illud oſtendit. Secunda ibi, Volentes. Imo. Inducebat dubium decre. ſi papa.ꝟ.de priuil.lib.vj.vt ꝟ.dicam. Pone caſum ſummarium ſic . Verba literarum apoſtolicarum quibus papa propriũ D factum narrat,plene probant, ſi ſuper illis gratia vel intẽtio papæ fundatur. CASVS. Papa mandauit archiepiſcopo Bituricen. vt mihi conferret & prouideret de beneficio vacante:puta ſic dicendo, Venerabili fratri archiepiſcopo Bituricen.in domino ſalutem & apoſtolicã benedictionem. mandamus quatenus conferas tale beneficium vacans iſti: quod beneficium reſeruauimus nobis cum decreto irritante. Accidit ꝙ archiepiſcop⁹ Bituricen.dicit ſe beneficiũ alteri cõtuliſſe:an poſsit illud dicere:& ſi contulerit alteri , an valeat eius collatio?Certè dicit ꝙ non poteſt hoc dicere:quia papa illud beneficium reſeruauerat ſibi cum decreto irritante. Et ad hoc probandũ propono meã gratiam in qua papa dicit ꝙ illud beneficium ſibi reſeruauerat cũ decreto irritante.vtrũ ſim audiẽdus , ita ꝙ illa verba narratiua in gratia mea faciãt fidem?Dicit ꝙ ſic: cũ ſuper illis verbis papa fundat intẽtionem ſuã:ideo faciunt plenã fidem, vt dicit gl.h.d.H.r. Colligo aliqua notabilia , ꝙ verbis narratiuis alicuius non creditur cõtra papam regulariter, etiã ſi narrãs ſit legatus:& de reſeruatione per eũ facta vult facere fidẽ: vt in gl. in verbo, reſeruaſſe.& dic vt no.in c.poſt ceſsionẽ.de proba.& in c.ſuꝑ his.de fide inſtr. No.verba narratiua reſcriptorũ papaliũ quando faciant fidẽ,& quando nõ :& quã fidẽ faciant,diſtin- A gue vt colligitur ex glo.ſi. quia aut ſuper illis non fundatur intentio papæ,& tunc nõ probant:& tunc habet locũ.c.ſi papa.de priuile.lib.vj.& patet exemplũ ibi in gl.ij. aut ſuper illis fundatur intentio papæ: vt puta quia confert beneficiũ quod dicit ſuæ collationi prius reſeruaſſe per mortẽ beneficiati: & tunc aut illa verba ſunt ſuper facto alieno , & tunc faciũt fidem:ſed admittitur probatio in cõtrarium , aut ſunt de facto proprio ; & tunc faciũt adeò fidem vt non admittatur probatio in cõtrarium,ſecundũ gl. & communem intellectum. Vide dominũ Panor.ſuper hoc in eo.c. Not.differẽtiã an papa dicat, reſeruam⁹ nobis: an dicat, ſedi apoſt . de hoc in glo.iij. & idẽ Panor. nã primo caſu morte papæ extinguitur. ſecundò nõ. de reſcri.ſi gratioſe. in vj.

h *Noſtris.* de literis enim inferiorũ dubitabatur an fidẽ faciant etiã quo ad aſſertiua:de quo ſatis no.& ſcripſi ꝟ.c.poſt ceſsionem.

i *Sedi apoſtolicæ.* quomodo hæc ſunt diuerſa,patet de reſcri. ſi gratioſè.lib.vj.

k *Reſeruaſſe.* narramus,quod eſt ꝟ.Has reſeruationes faciũt etiã legati, cũ moderatione tamẽ quæ habetur de offi.dele. c.iij.& iiij.lib.vj.ſed in hoc differunt:quia de legati reſeruatione non ſufficeret fieri fidẽ per ipſius verba narratiua [b].de teſti.cùm à nobis.ſalua conſuetudine curiæ,de qua ibi ſcripſi,& de fide inſtru.quod ſuper his.

*b Hic ex latè recitatis per Barb. collige ꝙ creditur Cardinali aſſerenti ſe legatũ.Archi.c.nobiliſſimus. xcvij. diſt. idem ſi aſſerat aliquid ſpeciale ſibi cõmiſſum quod ſolet cõmitti legatis, & nõ præiudicat alteri.ca. quòd tranſlationem. de offic.leg.cũ.l. j.de ſuperindi. lib. x. C.Font.*

l *Commiſiſſe.* hæc poſſunt facere inferiores,non tamen poſſent concedere facultatem recipiendi renuntiationẽ & conferendi.quod dic vt de offi.leg.c.pe.ij.reſponſo.lib.vj.

C m *Alia ſimilia.* vt quia confert beneficiũ quod narrat vacare per priuationem quam fecit de Titio, vel ſcribit ordinario, quòd nullam iuriſdictionem exerceat in perſonas , vel loca quæ narrat exemiſſe.

n *Intentio.* licet ergo litera non ſit gratioſa,ſufficit ꝙ ſuper illis narratis intentio papæ fundetur,vt quia mandat contumacẽ citari,moneri,priuari,vel capi,quẽ dicit ſæpius excõmunicaſſe, vel ſuſpendiſſe:vel mandat eũ euitari,vel cõmittit alicui prouiſionẽ beneficij expreſſa perſona vel non expreſſa, cui prouideri debeat, quod vacare narrat altero de prædictis modis.

Gloſ.ſeq.ſoluit contrarium,& de quæſtione remittit.

o *Fundatur.* in narratiuis ergo ſuper quibus non fundatur papalis intentio,haberet locũ decr.ſi papa.j.reſpõ. de priuil. lib.vj.patet exemplũ in eo quod ibi no.gl.ij. facit quod not. iij.q.vj.hæc quippe.& xciij.diſt.dominus,Nunquid autẽ inſtrumentũ ſententiæ in quo dicitur libellũ oblatum, lit.conteſt.& ſimilia,de his fidem faciat? Scripſi poſt Inn. & Hoſti. ꝟ.e.quoniam contra.ſuper verbo,quæ occurrerint.& not.in Spe.de inſtru.edi.§.reſtat.ad ſi.verſi. in ſumma.& facit quod D not.in Spec.de proba.§.ſi.ver.ſed pone iudex. & de procur. §.ij.ad ſi.ver.illud quoque.

Gloſ.ſeq.quærit,arguit,& ſoluit diſtinguendo.

p *Feciſſe narramus.* quid ſi talia narrata ſuper quibus fundatur intentio papæ,non ſunt de facto ſuo?Per hanc literam videtur quòd illa non probent,& facit ver.qui ſequitur,ſuper ſic narratis.ſecundum quod videtur quòd ſi confert beneficium quod narrat in curia vacaſſe per mortem beneficiati, cum hæc narratio non ſit de facto ſuo, non probet.quod videtur graue,tamen rationẽ habet in tãto, quia in facto proprio non ſic præſumitur error vt in alieno.de reſcrip.ab excommunicato.cum ſuis concor.bene facit ꝟ.de ſent.excom. ſi ſummus. Satis puto quòd talia verba probant ſaltem præſumptiuè , ex quo ſuper illis fundatur intentio papæ, ita ꝙ præſumptioni ſtabitur, niſi contrarium probetur.facit quod not.de reſcrip.nonnulli. in glo. pen. poterit tamen probari contrarium, puta illum mortuum eſſe extra curiã,quod fieri nõ poſſet in iis quæ papa narrat de ſuo facto,& hoc fortè vult litera,ꝟ.ibi, fidẽ plenariam,quaſi intendat vt cõtra illam rationẽ nõ admittatur probatio, [c] quòd intelligo de probatione quæ perimat narrationẽ, vel ipſam falſam oſtẽdat.Probatio verò per quã ſtãte narratione releuaretur probãs,bene admitteretur.Pone in terminis,papa narrãs renũtiationẽ beneficij

*c Idem Pa. Barb.limitantes vt non procedat in iis quæ à põtificali poteſtate nõ dependent.faciũt no.Inno.c. inquiſitioni. de ſent. excõ. & in iure quod papa ſine culpa auferre nõ debet.gl.c. omnis xxij. diſt.Font.*

beneficij factam in manibus ſuis, & per eum acceptatã con ferri illud, vel conferri mandat. bene potero probare ꝙ illud beneficium tempore conceſsionis ſpectabat ad me, non ad cedentem. vel ꝙ ipſe cedens prius ceſſerat in manibus ordi narij, vel per ipſum fuerat illo priuatus, & his ſimilia quæ narrationē papæ nõ perimunt: facit de accu. cum dilecti. Ex his diſtingue narratiua reſcriptorũ papaliũ, aut ſuper his non fundatur intentio papalis, & tunc non probant, vt in decr. ſi papa. aut fundatur & tunc ſubdiſtingue, aut ſunt de proprio facto, & faciunt pleniſsimam, quæ perimi non poteſt. aut de alieno, & tunc faciunt plenã, ſed perimi poteſt, vt prædixi.

*Verba narratiua papæ verum præbent.*

cenſemus [a] ſuper ſic narratis fidē plenariã adhibendã, Volentes ad præterita & pendentia [b] (etiam per appellationē) negotia hoc extendi.

## DE TESTIBVS.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Per teſtes Chriſtianos conuinci poſſunt Iudæi & Sarraceni, nõ obſtantibus cõtrariis priuilegiis regum & principũ: quibus ſi vtantur, ſubtrahitur illis Chriſtianorum commercium. Ioan. And.*

### CAPITVLVM I.

Vm Iudæi [c] quidã & Sarraceni [d] † ſicut accepimus ꝙ ſuper ciuilibus aut criminalibus [e] conuinci per Chriſtianos [f] nõ poſsint, ſe priuilegiis regũ & principũ [g] tueantur, quia id nedũ iuri [h] cõtrariũ, ſed & Chriſtianæ religioni [i] opprobrioſum eſt quã plurimum & aduerſum, reges eoſdē & principes † in domino exhortamur, [k] ne cõcedãt huiuſmodi decætero priuilegia, vel ſeruēt aut ſeruare permittãt [l] etiã iã conceſſa. Quòd ſi Iudęi aut Sarraceni priuilegiis
B talibus vti [m] præſumpſerint, Chriſtianorũ communio eis ſubtrahatur, [n] ſic quòd Chriſtiani ab eorũ abſtinere cõmunione, cenſura eccleſiaſtica (ſi opus fuerit [o]) compellantur.

a *Cenſemus*. quaſi iudicamus, ſententiamus, ſtatuimus, iubemus, deliberamus, exiſtimamus, hæc omnia ſonat hoc verbum, vt j. dicam de conceſ. præb. c. j.

*† Iſtius appellatione non veniũt Iudæi. c. cũ ſit nimis. j. de Iudæ. ca. cõſtitutionē. de regu. lib. 6. Bar. Font.*

b *Pendentia*. concor. clem. de iudic. diſpendioſam. in fin. ibi vide.

C *Vm Iudæi.* ] [a] Primò ponit dictũ. Secundò contrafacienti pœnã imponit ibi, Quod ſi. Supplet conciliũ Lateran. ṡ. c. Iudæi. Aliqui ponũt iſtam cle. in tit. de prob. tamē dominus Panor ponit in tit. de teſt. Iſtud capitulũ ſupplet conciliũ Later. ṡ. eo. in c. Iudæi. In princ. cap. dicitur, ꝙ Chriſtianus contra Iudæum in teſtē admittitur, vbi dicit, decernimus feriēdos quicunq; voluerint Iudæos præferre Chriſtianis, & reddit rationē, cũ eos. ſ. Iudæos vel Sarracenos oporteat ſubiacere Chriſtianis, & cũ oporteat eos foueri ab ipſis Chriſtianis ſola humilitate. Iſta clem. plus dicit, quia aliquoties principes auari vt tributũ haberent ab iſtis Iudæis, ipſos faciebant venire ad ſuas ciuitates, & fulciebant quãplurimis priuilegiis. forſan Iudæi erant priuilegiati, ꝙ in quacunq; cauſa, ſiue in criminali, ſiue in ciuili, Chriſtiani nõ poſſent eſſe teſtes cõtra ipſos Iudæos, ita ꝙ nullus contra Iudæos ferret teſtimoniũ niſi eſſet Iudæus: & ſic cõueniebat & decebat Chriſtiano, ſi volebat habere teſtē contra Iudęũ, ꝙ ipſe Chriſtianus acciperet Iudæũ ꝓ teſte. Et illud erat bene graue ipſis Chriſtianis ꝙ ipſi Iudæi infideles eſſent melioris conditionis, q̃ ipſi Chriſtiani. Ideo papa Clemens fecit hanc clementinã, in qua cauetur ꝙ non obſtante cõſuetudine quacunq; vel priuilegio ipſi Iudæi conuincãtur per teſtes Chriſtianos. His ꝓſuppoſitis figura ſic caſum. Sunt nõnulli principes & quãplurimi, qui auaritia cæci attrahũt ad ſuas ꝓuincias multos Iudęos vel Sarracenos, vt ab iſtis Iudęis vel Sarracenis quotãnis, id eſt ſingulis annis poſsint ab ipſis Iudæis vel Sarranis pecuniã quaſi infinitam extorquere, dictos Iudæos vel Sarracenos priuilegiãdo priuilegiis priuãtibus quãplurima iura cõmunia: & nõ ſolũ iura, ſed etiã Chriſtianã religionē inficiunt: & in opprobriũ quãplurimũ habent, ſiue religioni opprobrioſum eſt. Nos Clemens papa cõſtituti ad hoc vt orthodoxã. i. ſanctã fidē conſeruemus, quēadmodũ. i. ſicut fecit beatus Petrus, & melius ſi poſsibilitas nos non redarguat, in domino exhortamur & ſupplicamꝰ principes tales, ne decætero. i. deinceps & amodo cõcedant talia priuilegia ipſis Iudęis vel Sarracenis, & ne permittãt. i. patiãtur ſeruare iam conceſſa: quia ſi ipſi Iudæi vel Sarraceni præſumpſerint vti talibus priuilegiis cõceſsis à principibus, nos volumus ꝙ cõmunio. i. communicatio Chriſtianorũ, eis. i. ab eis, ſubtrahatur. i. ſecludatur & remoueatur. & ſi ipſi Chriſtiani ꝓpter hoc noluerint abſtinere à cõmunione ſeu communicatione dictorũ Iudæorũ vel Sarracenorũ, compellantur ipſi Chriſtiani abſtinere cēſura eccleſiaſtica. i. per cenſurã eccleſiaſticã, quę eſt excõmunicatio, ſi opus fuerit. h. d. H. r. No. ꝙ Chriſtiani producti in teſtes contra Iudæos poſſunt per exceptionē criminis à teſtimonio repelli, quia licet Iudæi ſint, nõ tamen debet legitima exceptio illis ſubtrahi, vt no. gl. in verbo, Chriſtianos. No. ꝙ Iudæi regulariter nõ compellũtur per eccleſiã, ſed per iudices ſeculares: in caſibus tamen de eis iudicat eccleſia, vt in gl. in verbo, principũ. No. ꝙ principes nõ poſſunt priuilegiare Iudæos vel Sarracenos in iis quę ſunt opprobrioſa fidei, vt hic tex. iuncta gl. pręall.

*a Nota hîc Barba. poſt Imo. ꝙ Iudæus iurare debet per ſuã legem, & illud obſeruare 22. quæſt. 1. ca. mouet. & Iudæus non erit tutor chriſtiani. Font.*

*Iudæi poſſunt teſtes Chriſtianos per exceptionem criminis repellere.*

A in verbo, principũ. in ſi. No. ꝙ exhortatio eſt quoddã conſilium, & eſt regulariter ad inſtar cõſilij. Conſiliũ autē reuerentiæ obligat, ſecus in cõſilio perfectionis, vt in gl. in verbo, exhortamur. vide Pan. No. de religione Chriſtiana. ſumitur autē & aliis modis religio, de quo remittit glo. in verbo, religioni. ſed Pau. ꝓſequitur. No. ꝙ ſuperior ex officio debet prohibere obſeruantiã illiciti & prohibiti, ſecundum Paul. de iis quæ ſi. à ma. par. ca. ij. de ſent. exc. nouerint. de ſup. neglig. præl. cle. vnica. Zab.

d *Sarraceni*. vnde vtrique dicãtur, ſcripſi de Iudęis & Sarracenis ſuper rubrica.

*† Qui debēt Iudæos punire. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cle. aliquando tamen punit eccleſia. gl. in c. Iudæi. 2. de Iudæ. Font.*

e *Criminalibus*. de vtriſq; fortè cõtinebat priuilegium, vel forſan de alteris tantum.

f *Chriſtianos*. licet Chriſtiani cõtra illos recipiãtur in teſtes, poſſunt tamen per exceptionem criminis per eos à teſtimonio repelli, vt ſatis ſcripſi poſt Hoſt. ṡ. eo. Iudæi.

Gloſ. ſeq. ponit regulam, remit. ad caſus exceptos: & ponit motiuum.

g *Principum*. vide quod dixi j. de bap. ca. vnico. regulariter Iudęi non cõpeſcuntur per eccleſiam, ſed per ſeculares principes ſub quibus degunt. de Iudæ. Iudæi. ij. & ca. poſtulaſti. & cap. nonnullis. in ſi. & facit j. de re iudi. paſtoralis. in prin. & ſupra de vſur. poſt miſerabilem. in caſibus tamen eos iudicat eccleſia: qui no. in præce. ca. Iudæi. ad quos addas iſtũ caſum. Conſueuerunt autem principes propter magnũ lucrum quod à Iudæis in terris ſuis degentibus conſequũtur, eis fauere, & eos priuilegiare: vt hic, & de vſu. quanto. circa
C illa tamen quæ ſunt opprobrioſa fidei, illos priuilegiare nõ debent: vt hic.

*Iudæi quare tolerantur à principibus.*

Gloſ. ſeq. obiicit, ſoluit.

h *Iuri*. ṡ. eo. Iudæi. Sed cũ in iudiciis ſit ſeruãda paritas: de mut. pe. ca. ij. C. de proxi. ſa. ſcrin. in ſacris. de excep. cũ inter. ergo videtur iuridicũ, ꝙ ſicut Chriſtiani Iudæos non recipiunt cõtra ſe: ſic nec ipſi cõtra Iudęos recipi debeant. Solu. æqualitas iſta reſpicit perſonas actoris & rei: vt regulariter nõ liceat vni quod nõ liceat alteri. de re. iur. nõ licet. li. vj. ſed nõ reſpicit perſonas teſtiũ: aliàs ſequeretur ꝙ fide dignꝰ qui non recipit cõtra ſe crimінoſum vel excõmunicatũ in teſtē: nec contra illum in teſtimonium recipi poſſet.

*Aequalitas debet eſſe in iudiciis, qualiter intelligitur.*

i *Religioni*. quatuor modos quibus ſumitur religio, not. ṡ. de regula. ſuper rubrica.

k *Exhortamur*. curialiter loquitur hic papa. & eſt ſi. de ſtat. mo. recolētes. j. de Iud. c. j. poterat enim eis cõminari, & infligere eis pœnã. de Iudæ. Iudęi. ij. de maio. & obe. omnes. & ca. ſolitæ. de iudi. nouit. Licet autem hæc exhortatio videatur conſilium: eſt tamen reuerentiæ, cui neceſſariò parendũ eſt. de hoc de æta & qualit. ad aures.

*Cõſilio reuerētiæ parendũ eſt.*

l *Permittant*. concor. de his quæ fiunt à maio. par. c. quæſiuit. de ſent. excom. nouerit. concor. concil. Viēnen. ṡ. de ſup.
D negli. præla. c. vnico.

m *Vti*. non punit impetrantem tantum, ſed vtentem. ſi. de reſcrip. ex tenore.

n *Subtrahatur*. ſic indirectè excõmunicat illos eccleſia. de Iudæis. Iudæi. & c. ſi Iudęos. & c. poſtulaſti. de deci. de terris de vſu. poſt miſerabilem. & c. quanto. de priui. quanto.

*Iudæi indirectè ab eccleſia excommunicantur.*

o *Si opus fuerit*. ſcilicet quia monitioni nõ parent: quæ ſemper præcedit cenſuram. de ſent. excom. ſacro.

T *Eſtibus.* ] Primò decidit caſum dubiũ. Secũdò illius rationē reddit: ibi, Cũ nõ minus. Imo. Iſta clem. determinat c. fraternitatis. in quo dicitur ꝙ in cauſa appellationis ſuper nouis articulis ſeu cap. teſtes noui & veteres ꝓducãtur. erat etiã dubiũ & non terminabatur per illud ca. an in cauſa principali etiam liceret ꝓducere nouos teſtes vel veteres, ſi minus fuerat probatũ, & fuerat renũtiatum & cõcluſum in cauſa. Et ibi reſpon. ꝙ nõ licet nouos teſtes ꝓducere, nec in cauſa appellationis ſuꝑ nouis articulis licet ꝓducere nouos teſtes, nec in cauſa principali ſuper eiſdē articulis ſeu directò cõtrariis. His præſuppoſitis CASVS EST. Titius habebat domũ quã dicebã meã eſſe, & ſic intētabã contra ipſum rei vendicationem, & ſic cõtrouerſia inter nos fuit nata. nos in



A In iudicio intantũ proceſsimus, quòd articulos, poſitiones, & teſtes noſtros hincinde produximus, ita ꝙ renuntiauimꝰ & concluſimus in cauſa, & teſtes publicauimus, id eſt quidquid teſtes depoſuerunt, & dicta ipſorũ legimus, & ſciuimꝰ quidquid dixerunt & depoſuerunt. Hoc facto publicatis teſtibus, video ꝙ teſtes quos produxi, non ſatis dicũt pro me, vt poſsim ꝑ eos probare me dominũ domus quam Titius poſsidet. quod facio? aduiſaui me ꝙ producerem tales & tales, & inſtruam eos taliter quòd ipſi dicãt verba per quæ domus mihi adiudicabitur. vel etiã non volo producere teſtes nouos ſuper eiſdem articulis datis,

## Idem.

*Publicatis atteſtationibꝰ teſtes produci non poſſunt (etiã in cauſa appellationis) ſuper eiſdem articulis vel directè contrariis. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

TEſtibus [a] ritè [b] † receptis, & eorum atteſtationibꝰ publicatis, [c] ſicut non licet ſuper eiſdem [d] vel directò contrariis [e] articulis alios vel eoſdem [f] teſtes in principali cauſa producere, [g] ſic non debet in appellationis cauſa [h] licere, Cum [i] nõ minus in appellationibus quàm in principali cauſa ſubornatio [k] ſit timenda.

*†Differt à rectè. Ange. in l. j. §. aiũt ædiles. ff. de ædi. edict. qui dicit (referēte Bar.) in l. apud eũ §. Imperator. ff. de manumiſſ. ti. pe. ꝙ Imperator facit ſolo verbo doctorem, & papa ſacerdotem. Font. Ordo literæ.*

ſed ſuper directò contrariis. quæritur an poſſum? Reſpon. Clemens ꝙ non propter metũ ſubornationis. Or video ꝙ in cauſa principali non poſſum producere teſtes nouos ſuper eiſdē articulis vel directè contrariis, pono ꝙ in principali cauſa fui condēnatus, à qua quidem ſententia appellaui. quæro modo an corã iudice ad quē, hoc eſt corã iudice qui cognoſcit an bene appellauerim vel non, poſsim producere teſtes nouos ad plenius probãdũ quod minus plenè probaui in cauſa principali? Et reſpon. ꝙ non, pari ratione, videlicet propter metum ſubornationis. Sed an iterum poſsim producere teſtes qui fuerũt producti in cauſa principali ſuper nouis articulis? Reſpondet ꝙ ſic. h. d. H. r. vide tex. Sicut nõ licet in cauſa principali producere alios vel eoſdem teſtes ſuper eiſdem articulis vel ſuper directò contrariis, hoc dico, teſtibus & eorum atteſtationibus ritè receptis & publicatis, ſic nõ debet licere in cauſa appellationis, cũ ſubornatio nõ ſit minus timenda, imò tam eſt timenda quã in cauſa principali. h. d. No. ꝙ publicatio atteſtationum impedit teſtes ſuper eiſdē articulis vel directè contrariis produci, quãdo receptio illorũ teſtiũ ſeu depoſitio tenuit aliàs, vt in glo. cum tex. in verbo, rite. No. ꝙ ſi publicatio atteſtationum eſt indiſcretè facta, puta inſcia vel inuita parte ex cauſa rationabili contradicēte, non impedit quo minus pars quæ teſtificata non adhuc vidit, teſtes producere poſsit, vt gl. in verb publicatis. No. ꝙ parte aduerſa conſentiente ceſſat diſpoſitio huius cle. Not. glo. in verbo, producere. quia neſcio alibi.

*Teſtes non poſſunt ꝓduci ſuper eiſdem articulis vel directè cõtrariis atteſtationibus publicatis.*

Not. ꝙ ſuper veteribus capitulis nullo modo probatis vel probabilibus aliter quã per teſtes, puta per inſtrumēta, licet producere teſtes in cauſa appellationis, in quibꝰ caſibus nõ habet locũ hæc clementina, ſed procedit lex per hanc. C. de tēporibus ap. in gl. ſi. Not. tex. {ritè}. i. rectè ſecundũ Priſcianum. & dicitur à ritu. Papias verò dicit ritè rectè. i. iuxta morem legitimę probę. No. atteſtationibus. i. dictis teſtiũ. Vnde atteſtationes ſunt dicta teſtium vel teſtimonia ordine iuris in ſcriptis redacta. No. publicatis. no. ꝙ dicta teſtium dicuntur publicata quando inter partes legitur illud quod quilibet teſtis depoſuit, & partes ſciunt quomodo teſtes depoſuerunt, vel pro eis, vel cõtra, & actor ſcit quòd talis teſtis depoſuit tale quid, & illud facit pro me: & talis teſtis depoſuit tale q d, & illud facit cõtra me, & ſeruit reo. Ecõtra autē reus ſcit ꝙ talis teſtis depoſuit tale quid, quod facit pro eo. alius teſtis depoſuit aliud quod facit contra eum. & iſto modo dicta teſtium dicuntur publicata, quia publicè fuerũt lecta. i. corã partibus. Not. nõ minus, imò tantũ, quia tantum eſt timenda ſubornatio teſtiũ in cauſa appellationis ſicut in cauſa principali. Not. de verbo ritè, quod exponit Zen. id eſt ſolenniter. quia hoc verbũ iuris ſolennitatē denotat. ff. de bo. poſ. contra tab. l. non putauit. §. nõ quæuis. de inoffi. teſt. l. ij. pro hoc de ſum. tri. ca. j. ver. vnam. vbi diſtinguitur inter ritè & rectè. No. de articulis exhibendis in litibus. de hoc j. de verb. ſig. ſæpe. Zaba.

*Teſtiũ dicta quãdo dicuntur publicari.*

Gloſ. ſeq. ponit quid determinat, & breuium gloſſarum cauſam.

a *Teſtibus*. determinat no. ṡ. e. fraternitatis. & iiij. q. iij. ſi quis teſtibus. Et quia decret. illam ſolenniter commentaui, & ipſius commenti habetur copia, facilius hanc tranſibo.

b *Ritè*. hoc dicit pro tanto, quia ſi receptio teſtiũ non teneret, puta facta per eum qui non erat iudex cauſæ, [a] vel facta ſuper principali lite nõ conteſtata eo caſu quo fieri non potuit, vt lit. nõ conteſt. accedens. ij. publicatio [b] iſtarũ atteſtationum non impediret productionem ritè fiendam. facit quod no. ṡ. e. cũ cauſam. in ſi. vlt. gl. Item ſi aliqui teſtes depoſuiſſent ſuper articulo nõ incluſo. ſuper quo vide quod ſcripſi poſt Inn. in decre. fraternitatis. in v. quæſt.

*a Fallit ſi teſtes erãt perituri. Ange. in l. cum hi. §. tranſactione. ff. de tranſact. Font.*

*b Idem ait Cardi. ſi teſtes non iurauerunt. An partes poſſunt iuramentum remittere, vide hic Barb. Fon.*

A c *Publicatis*. repete ritè. hoc dico pro tanto, quia ſi indiſcretè, inſcia vel inuita parte iudex publicaret: pars quæ teſtificata nondum didicit, adhuc & teſtes producere poſſet, [c] & hoc caſu verificari poſſet quod no. Ber. ṡ. eo. conſtitutus. ij. in vlt. gloſ. vt ibi ſcripſi.

*c Idem dicit Zen. ſi iudex ritè publicaſſet. addit Bar. & probet ſe non didiciſſe teſtificata. et procedit etiam tex. ſi pars didicerit nulla publicatione facta.*

d *Eiſdem*. ſuper nouis enim hoc licet etiã in cauſa principali. & quę ſint noua, plenè ſcripſi in decr. fraternitatis in quæſt. ij.

Gloſ. ſeq. primò dicit quid de indirecta. Secundò de directa. dat caſum exceptũ, & ponit exēpla.

## DE IVREIVRANDO.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Iuramenta quæ Romanæ eccleſiæ præſtant Romani principes, fidelitatis exiſtũt. Ioan. And.*

e *Directò cõtrariis.* [d] indirectã verò contrarietatem bene licet probare per te-
B ſtes poſt atteſtationes publicatas, puta abſentia partis vel teſtis, à loco, eo tempore de quo deponit, per modum decr. ex tenore, ṡ. eo. quod intellige vt ibi dixi. ad idem C. de contrahen. ſtip. optimam. ſuper directa verò contrarietate non licet, niſi opponeretur falſitas directa ipſius teſtis cum corruptione. de quo ſcripſi de proba. c. licet. ſuper gloſ. ij. Eſſent autem directè contraria capitula de maioritate & minoritate, de legitimitate, & illegitimate, de pręſentia & abſentia, de furore & ſana mente, de actu ſpontaneo & coacto, de virginitate & corruptione, quando talia & ſimilia de eiſdem perſonis & actibus, de eodem inſtanti tēporis ſic contrariè formarentur.

*d Teſtis ſi primò dicit vnũ, deinde aliud, cui dicto ſtabitur, vide hic p Pet. & per Barto. in l. eos. ff. de fal.*

f *Alios vel eoſdem*. reprobat opi. Hoſt. qui dicit in appellationis cauſa articulum antiquum poſſe reprobari per teſtes nouos, ſed non per antiquos.

g *Producere*. hoc regulare fallit in multis caſibus quos ſcripſi in decre. fraternitatis. in ix. q. & nota. Spe. in titu. de teſti. §. ſatis vtiliter. & quod dicit producere, intellige cõtra partem inuitã. ſuper quo vide quod ſcripſi in vl. q. ADDITIO. Petrus de Ancha. ponit hic xij. vel xiij. caſus, in quibus licet ſuper eiſdem articulis teſtes recipere atteſtationibus pub-
C licatis.

Gloſſa ſequens oſtendit quid reprobat, & quid approbat, & remittit.

h *In appellationis cauſa*. reprobat communem opinionē legiſtarum dicentiũ, quòd publicatis atteſtationibus in principali, licebat producere in cauſa appellationis teſtes ſuper eiſdem capitulis. In hoc concor. Hug. Ioan. And. Tan. Azo & Accur. per l. eos. C. de appel. & C. de temp. app. per hanc. dicentes quòd §. qui verò. in authen. de teſti. col. vij. loquitur de teſtibus producendis in cauſa principali, ſed Canoniſtæ contra, ſcilicet gloſ. Lau. Vin. Tan. Phi. Gof. & Inn. in prædi. decret. quibus videtur conſentire Guli. in Spec. de teſti. §. ſatis vtiliter. ver. & breuiter. & mouebantur per rationē hic inſertã. & vide quod not. in c. fraternitatis. in iij. gl. & quod ibi ſcripſi.

*Atteſtationibus publicatis in principali, non licet in cauſa appellationis teſtes producere ſuper iiſdem capitulis.*

i *Cum*. pro quia, redditur cauſæ. concor. de conſue. ca. ij. & certè huic rationi legiſtæ reſpondere non poſſunt, quæ ſumitur etiam ex præcedenti §. quia verò. vbi de hoc. Ad leges Codicis quas pro ſe inducunt, facilè reſpondetur, vt intelligantur de veteribus capitulis nullo modo probatis, vel probatis aliter quàm per teſtes, ſuper quibus in appellatio-
D nis cauſa bene licet producere teſtes. Ioan. And.

k *Subornatio*. ad huiuſmodi intellectum vide quod ſcripſi in decre. fraternitatis. in viij. q.

R *Omani.* ] Declarat illa fore fidelitatis iuramēta, quæ præſtat Imperator eccleſiæ Ro. approbationis ſuæ tempore, ſecundum formam capituli, tibi domino, & tempore coronationis, ſecundum formam in pontificali deſcriptam. Et primò ponit exordium, in quo dicit Romanos principes pro tempore Romanis pontificibus ſua capita ſubmiſiſſe, & ſe illis adſtrinxiſſe vinculo iuramēti. Secũdò ibi, Dudum. narrat aſſertionē imperatoris Henrici ſe negãtis Rom. pontifici per fidelitatis iuramentum adſtrictũ, exprimens quod dedit cauſam denegationi prædictę. Tertiò ibi, Nos itaque. prouidens contra futura pericula, ponit duo iuramenta quę præſtiterat ipſe Henricus eccleſiæ Romanæ. Primũ approbationis ſuæ tēpore per procuratores ad id mandatũ habentes, ſecundum formam. c. tibi domino. Secundum, tempore coronationis & conſecrationis ſuæ, quod in vrbe præſtitit per ſeipſum, ſecundũ formam in pontificali deſcriptã. Quartò ibi, Cæterum. narrans talia etiam ſacramenta præſtita per Albertũ immediatũ prædeceſſorē ipſius Rodulphi & alios reges

*Summariũ & diuiſio Ioan. And. gloſſatoris ordinarij.*

ꝛeges Romanos, declarat illa fore fidelitatis iuramēta. Quin tò ibi, Porrò. ponit formam iuramenti quam ipſe Henricus præſtiterat in ingreſſu Italiæ: & quā innouauerat coronationis tēpore: quæ dicit patere per literas ipſius Henrici in archiuis curiæ Romanæ reſeruatas. Ioan. And.

A [illegible]

a *Romani*. iſtam clementinam lego vſq; ad §. dudum. quę ponit vnum exordiū, in quo dicit ꝙ Romani principes, id eſt imperatores ſubmiſerunt & adſtrinxerūt ſe vinculo iuramenti: puta iurando, ſua capita Romanis pontificibus ſubmittendo. Sed figura ſic caſum. Certum eſt quòd Deus nobis dedit vicariū in terris cui dixit, quæcunque ligaueris, ligata erunt: & quæcūque ſolueris, ſoluta erunt. hoc dicebat Ieſus beato Petro vicario ſuo: Petre quoſcunque excommunicaueris in terris, excommunicati & maledicti erunt in cælis. Et quoſcunque ſolueris, id eſt diſſolueris abſoluendo in terris, erunt abſoluti in cælis. Et iſti Petro dare voluit iuriſdictionem ſpiritalem exercitatiuè, vel vtranque iuriſdictionem, ſecundum alios voluit dare, ſcilicet ſpiritalem & temporalem. Spiritalem exercitatiuè, temporalem in habitu, non dando ſibi exercitium ipſius iuriſdictionis temporalis, ſed dando exercitiū principibus, ſcilicet, regibus, ducibus, comitib⁹, baronibus. Modo quæro, nōnne Ieſus voluit iſtos principes quibus dedit iuriſdictionem temporalem: hoc eſt, dedit eis poteſtatē ſuper rebus temporalibus exercendis, eſſe aliquo modo ſubiectos ſuo vicario, id eſt Romano pontifici: & nōnne voluit vt iſti principes pręſtent ipſi Romano pontifici aliqua iuramenta: & nonne voluit vt ipſi ſubmittant ſua capita ipſi Romano pontifici? Ad quod reſpondet in textu Clemens quòd ſic, dicendo vt ſequitur, Principes Romani profeſſores fidei orthodoxæ, id eſt ſanctæ, venerantes feruore fidei, id eſt cum magno affectu & promptitudine claræ deuotionis ſacroſanctam Romanam eccleſiam, cuius Romanæ eccleſiæ noſter redemptor Chriſtus eſt caput: ac, id eſt etiam principes Romani venerantes Romanum pontificem vicarium eiuſdem Chriſti noſtri redemptoris: non reputauerunt indignū ſubmittere, id eſt ſubiicere: ſua capita, id eſt ſeipſos eidem Romano pontifici, à quo ipſi principes aſſumunt approbationem ſuæ perſonæ ad apicē imperialis celſitudinis aſſumendæ. Nam Romanus pontifex approbat eos, ſcilicet inſpiciendo an ſint tales quòd poſsint tempore neceſsitatis fidē Chriſtianam, id eſt fidem Chriſti defendere. Et à quo Rom. ponti. ipſi principes aſſumunt. i. habent vel capiunt coronā imperij: necnon. i. etiam ipſi principes accipiūt vnctionem, id eſt vnguentum quo vnguntur, & conſecrationem: quia papa eos conſecrat: quæ pro &. & ipſi principes non reputauē runt indignum: imò crediderunt bene dignum ſe adſtringere illi Roma. pont. & eidem eccleſiæ vinculo iuramenti: quæ eccleſia tranſtulit imperium à Græcis in Germanos. i. Alemanos. Nam Græci ſolebāt habere imperium. Et à qua eccleſia ius & poteſtas eligendi regem aliquē, ſuppleo poſtmodum promouēdum in imperatorem, peruenit ad certos principes eorum: quia ſunt certi principes in Germania qui habent poteſtatem & ius eligendi aliquē regem in imperatorem: quod ius eccleſia eis conceſsit. Textus de ſe ſatis patet. Not. ꝙ papa eſt Chriſti vicarius: & ſi alicubi inuenitur ꝙ eſt Petri vicari⁹, illa eſt impropria locutio: vel exponitur, id eſt gerit vicariam quā geſsit Petrus. Vicarius enim nō dat vicariū. de offi. vica. c. clericos. hoc vult glo. in verbo, Chriſtus. [illegible]

*Caſus literalis domini Heliæ valde familiaris.*

*† Hic vicariat⁹ probatur per illud: Tu es Petrus, & ſuper &c. Ioan. Volkirch factionis Luthera. ait nullo min⁹ loco probari, item de ſimāt alij. nobis ſat eſt ſapere vſq; ad ſobrietatem. Font.*

*† Hic vide Oldo. cōſilio 180. & Iaco. Almain doct. Pariſien. in tra. de poteſtate eccleſiaſtica. qui inter ſe non conſonantia docent. Font.*

## CAPIT. VNICVM.

Romani[a] principes orthodoxæ[b] fidei profeſſores[c], ſacroſanctam Romanam eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus[d] redemptor noſter, ac Romanum pontificem eiuſdem redemptoris vicarium[e] † feruore fidei & claræ deuotionis promptitudine[f] venerantes[g], eidem Romano pontifici à quo appro- B bationem perſonæ ad imperialis celſitudinis apicem[h] aſſumendæ †, necnon vnctionem, conſecrationem, & imperij coronam accipiunt, ſua ſubmittere[i] capita non reputarunt indignum, ſeque[k] illi & eidem eccleſiæ, quæ à Græcis imperium tranſtulit[l] in Germanos †, & à qua ad certos[m] eorum principes ius & poteſtas eligendi regem in imperatorem poſtmodum promouendū peruenit[n], adſtringere vinculo iuramenti, prout tam mos obſeruationis antiquæ[o] temporibus nouiſsimis renouatæ, quàm forma iuramenti huiuſmodi ſacris inſer-

*Videbis dominum Brunellum doct. Aurel. in trac. de poteſtate legati. Font.*

[illegible] No. in verſi. prout tam mos &c. ꝙ papa probat iuramentū imperatoris eſſe præſtandū propter morem obſeruantiæ antiquæ. Antiqua ergo diutina præſtatio inducit obligationē in futurū. Quod quādo ſit verū, dic per doct. in l. ſi certis annis. C. de pac. & l. cū de in rē verſo. ff. de vſur. per Bar. In caſu verò huius clementinæ non erat nuda præſtatio: ſed titulus, ex quo & aliis veriſimilibus coniecturis papa hic ipſum exigit tanquam debitum. facit quod legitur & notatur in c. peruenit. de cenſi. Pet. de Anch.

C

b *Orthodoxæ*. ſi. ar. de ſum. trinit. damnamus. verſi. licet ergo. & ibi exponitur.

c *Profeſſores*. venerantes, quod eſt. j. & redeas retrograde vſque ibi, fauore.

d *Chriſtus*. ad col. j. de ſac. vnc. c. vnico. ver. ſed vbi.

e *Vicarium*. de homi. pro humani. lib. ſexto. de tranſlat. c. ij. & iij. Et cum dicitur quòd eſt vicarius Petri: vt lxiij. diſtinc. ego Ludouicus. j. q. j. non æquales. & quæſti. vij. quoties. eſt impropria locutio. Vel exponitur, id eſt gerit vicariam quā geſsit Petrus. vicarius enim non dat vicarium. de offic. vi. clericos.

f *Promptitudine*. quaſi parata & expedita affectione, & ſine difficultate.

g *Venerantes*. xvij. diſt. §. huic. & xix. diſt. in memoria. xxj. diſt. nunc autem. & c. intantum. cum ſi. & hic tolle literā, nō reputarunt indignum ſua ſubmittere capita.

D h *Apicem*. apes, apis, volatilis quædam eſt: de qua de cōſec. diſt. v. nunquam. de deci. nuntios. & vij. q. j. in apibus. ſed apex, apicis, ponitur pro ſummitate, honore, vel diſtinctiōis nota. quod enim in ſummo eſt, à pedibus vel infimis diſtat: & hæc ſummitas temporalia reſpicit. de maioritate & obed. ſolitæ.

i *Submittere*. Facit lxiij. diſti. Valentinianus. de iudi. nouit. ver. nos igitur.

k *Seq;*. adſtringere vinculo iuramenti. quod eſt j.

l *Tranſtulit*, de iſta tranſlatione imperij de Græcis in Alemanos, habetur in cap. venerabilem. ſupra de electi. Et fuit facta in pſona Caroli, anno domini cccl. vt dicit Lau. quod non eſt verum ſecundum Cardinalem hic. fuit enim anno ſeptingenteſimo quinquageſimotertio: vt in Specu. hiſtoriali, lib. xxiiij. cap. lvi. & ſic nota ſecundū Matthæum, quòd [illegible] de conſec. diſtin. v. in die. Ita dicit hic Cardinalis de Zaba.

m *Ad certos*. qui ſunt illi, no. de re iu. ad apoſtolicę. in fi. li. vj.

n *Peruenit*. de elect. venerabilem.

o *Antiqua*. concor. §. de tranſla. quanto. & mos fideliſsimæ vetuſtatis



vetuſtatis ſeruandus eſt. Cod. de teſta. teſtamenta.

a *C[illegible]onibus*. lxiij. diſtin. tibi domino.

Dvdvm. Poſtquam diximus in. §. præcedenti, qualiter principes n[illegible] reputauerunt indignū ſubijcei ſua capita Rom. pont. vinculo iuramēti: iſte §. dudū. narrat qualiter Hēricus Imperator aſſerebat & affirmabat ſe non eſſe adſtrictum Rō. pont. vinculo iuramenti ab ipſo Henrico præſtiti. Et dat ſeu exprimit cauſam [illegible]are dicit ſe non eſſe adſtrictum, vſque ad §. nos itaque. Casvs. Diabolo patre litis inſtigante bellum inter Henricum regem Romanorum imp[illegible]m, & chariſsim[illegible] Robertum am[illegible] noſtrū filiū no[illegible] in Chriſto regē S[illegible]liæ fuit ſuſcitatū, ita quòd grande da[illegible]num eccleſiæ imminēbat, niſi pax in proximo tempore fuiſſet tractata: Et nos papa vidētes grādia pericula, quæ timebantur ex hoc bello prouentura: intendentes celeri. i. veloci & opportuno. i. cōuenienti obuiare remedio, miſimus literas quibuſdā cardinalibus exiſtētibus tūc in ciuitate Romana: quæ literæ tractabāt de pace reformanda & fienda inter ipſos reges. Et inter alia inſerentes & affirmātes, ꝙ cùm ipſi reges eſſent ſpecialiſsimi filij eccleſiæ, & cùm ipſi debeant eſſe promptiſsimi defenſores, & ꝙ aliàs fuiſſent adſtricti multipliciter iuramēto fidelitatis ipſi eccleſiæ, Nos papa ſupplicabamus eis ꝙ inirēt pacem adinuicē: & ꝙ eſſent muniti decætero pro omni genere armorū ſcuto pacis. His auditis & viſis cardinales quibus literæ fuerant miſſæ, iſtas literas præſentauerūt Hērico regi Romanorū & imperatori, & illi ſupplicauerūt vt ſuum propoſitū & voluntatē pro reſponſo haberent. Qui quidem Henricus audiens iſtas literas facientes mētionem ꝙ multipliciter erat adſtrictus iuramēto fidelitatis, & hoc moleſtè ferens, tanquā iratus reſpōdit ſe non fore cuiquā ad fidelitatis iuramentū adſtrictum: & de ſua reſpōſione publicè tabelliones requiſiuit, quid ſecretè facere debebat: & voluit acta habere, qualiter ipſe dicebat ſe non eſſe ſubditum, nec cōfitebatur ſe alicui ſubditum. Et iſta dicebat in præſentia pluriū hoc audire volentiū. Item vltra dicebat, ꝙ ipſe neſciebat ꝙ anteceſſores ſui Romani imperatores vnquam iuramentum huiuſmodi præſtitiſſent: & dicebat ꝙ nō erat memor quòd vnquam talia iuramenta præſtitiſſet. Hoc dicit. vide tex. Sanè, pro ſed. Dudū. i. olim. graui diſcordia ſuſcitata. i. orta inter Henricū quondam imperatorem, tunc regem Romanorū, & Robertū chariſsimum filiū noſtrū in Chriſto regē Siciliæ, Nos Rom. pont. intendentes obuiare. i. contraire, ne bellum fortius inſurgat: celeri. i. veloci remedio: & opportuno. i. cōuenienti: multis grandibus periculis quę pericula timebantur veriſimiliter prouētura exinde. i. mediante illo bello: duximus literas deſtinādas. i. mittēdas ſub certa forma: hoc eſt: deliberauimus mittere literas quibuſdā ex fratribus noſtris cardinalibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ tunc in vrbe Romana exiſtentibus: quæ ſcilicet literæ erant pro pace reformanda, & pro cōcordia ſolidāda. i. firmāda inter eoſdē reges iam nominatos. Et nos ſcilicet inſerētes in eis literis, ꝙ cùm ipſi reges ſint ſpecialiſsimi filij ipſius eccleſiæ, & ꝙ cùm ipſi ſint adſtricti ipſi eccleſiæ multipliciter, & ipſi debeant eſſe prōptiſsimi defenſores eiuſdē eccleſiæ, vult concludere Rom. pont. ꝙ amplius bellū contra ſe inuicem non ducant, ſed pacificè viuant: quia ſcribitur: Regna in ſe diuiſa deſolabūtur. Dictis autem literis deductis. i. lectis & declaratis in notitiam dicti Henrici iā promoti ad imperium, idem Henricus

*† Liquet enim ex epiſtola Leonis 30. die Aprilis anno pontificatus ſui vj. ſcripta Heluetijs tredecim cātonum confœderatis viris quòd reges Siciliæ iurant pontifici. Font.*

ra canonibus[a] manifeſtant. Dudum ſanè inter quondam Henricum imperatorem tunc Romanorum regem[b], & chariſsimum in Chriſto filiū noſtrum Robertum Siciliæ[c] regem graui diſcordia[d] ſuſcitata, Nos multis grandibuſque periculis quę exinde prouentura veriſimiliter timebantur, intendentes celeri[e] & opportuno remedio obuiare[f], quibuſdam ex fratribus B noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalibus exiſtentibus tunc in vrbe[g] pro reformanda pace[h] & ſolidanda concordia inter reges eoſdem, literas noſtras ſub certa forma duximus deſtinandas, inter alia inſerētes in eis[i], quòd cùm ipſi reges eiuſdem eccleſiæ ſpecialiſsimi filij ſibi iuramento fidelitatis †, & aliàs multipliciter eſſent adſtricti: ipſius eccleſiæ debeant eſſe promptiſsimi defenſores. Dictis autem literis in notitiam dicti Henrici ad imperium iam promoti ſic deductis, idem Henricus ab eiſdem cardinalibus requiſitus

A requiſitus ab eiſdē cardinalibus vt ipſe reſpōderet, id e[illegible] declararet voluntatē & propoſitū ſuū ſuper contentis in literis illis. Et cùm ipſe Hēricus ſuppleo, tuliſſet. i. portaſſet in animo ſuo moleſtè. i. malè cōtentus, ex eo ſcilicet quòd habebatur mētio in dictis literis de iuramento fidelitatis per eum præſtito: ipſe nō reſpondit cardinalibus familiariter nec ſecretè: vt. i. ſicut qualitas pacis tractandæ exigebat. i. requirebat &c. textus de ſe ſatis patet. No. de dictione quondā, quæ remouet de præſenti, & ponit de præterito: vt hic, & ff. de poſtu. l. cui. §. affinitates. tamen de ſui natura denotat tria tempora: præteritū, præſens, & futurum: ſicut olim & dudū. de quo dixi de offic. dele. cùm olim. Not. quod ad papam ſpectat reformare pacē inter Chriſtianos, & ſedare diſcordias & ſcandala. Item & ad alios prælatos ſimiliter hoc pertinet: & maximè ad bonos iudices: vt l. ęquiſsimū. ff. de vſufru. & cap. in præſentia. de proba. in nouel. poſt Innoc. facit de treu. & pa. ca. j. & de iudi. ca. nouit. & xxiij. quæſt. j. per totum. Petrus.

vt ſuper cōtentis in illis ſuum propoſitum reſponderet: quaſi moleſtè tuliſſet ꝙ de iuramento fidelitatis huiuſmodi per eum præſtito in dictis literis mentio haberetur, non familiariter[k] nec ſecretè[l], vt tractandæ pacis qualitas exigebat, ſed multis tabellionibus accerſitis[m] & requiſitis[n] † ab eo quod de reſponſionibus ſuis conficerent publica B inſtrumenta[o], inter cætera publicè (præſente multitudine hominum copioſà) reſpōdit[p] †, ſe non fore cuiquam[q] ad iuramentum fidelitatis adſtrictum, & quod nunquam fecerit iuramentum propter quod foret ad iuramentū fidelitatis alicui obligatus, & ꝙ ipſe neſciebat quod anteceſſores ſui Romani imperatores vnquā iuramentū huiuſmodi præſtitiſſent: ſimulās ſe immemorem iuramentorum quæ nobis ante coronationē ſuam præſtiterat[r], & poſt coronationem etiā innouarat[s].

C Nos itaque attendentes ꝙ huiuſmodi reſponſio ſi ſub diſsimulatione pertranſeat,

b *Regem*. qui nondū coronatus erat. † Ioan. And.

c *Siciliæ*. quæ eſt ſpeciale patrimonium eccleſiæ, de re iudic. ad apoſtolicæ, ver. præter hæc, cum ſuis concor. lib. vj.

d *Diſcordia*. diuerſitatem cordium deſignat.

e *Celeri*. de celeritate vide pro & contra de elec. c. ſi. lib. vj.

f *Obuiare*. vide quod not. de reſcrip. ad hoc. in vlt. gloſſ. & quod ibi dixi.

g *In vrbe*. antonomatice. de pœ. & re. ſignificauit. ibi, de hoc. de verb. ſigni. forus. ver. teſtes.

h *Pace*. quod ad eum ſpectabat. de iudi. nouit. & ad alios prælatos. xc. diſt. per totum. de treug. & pa. ca. j. & vide quod no. de re iudi. ad apoſtolicæ. ver. deierauit. lib. vj. per Archid. xxiij. quæſt. j. noli.

i *In eis*. literis ad cardinales directis.

k *Non familiariter*. quaſi non manſuetè, domeſticè, & amicabiliter.

l *Secretè*. v. q. iij. in loco. Additio. Tangit hic Paul. remiſsiuè, quis grauius peccet, vel ille qui delinquit occultè, vel ille qui publicè. not. de cele. miſ. de homine. lxxxj. diſtin. clericus. xxxij. q. iiij. nemo, Pet.

D m *Accerſitis*. quaſi collectis, vel circa ſe ſitis.

n *Requiſitis*. Not. tabellionem debere eſſe rogatum. de hoc in Specul. de inſtr. edi. §. ij. ver. ſed pone. &. §. iij. in j. col. per Inno. §. de fide inſtru. ca. j.

o *Inſtrumenta*. ad perpetuam rei memoriam. j. q. vij. maximum. xxvij. q. j. omnes fœminæ.

p *Reſpondit*. tria capitula continet hæc reſponſio.

q *Cuiquam*. Romanum pontificem includebat. de maior. & obe. ſolitæ. ad fin.

r *Præſtiterat*. per nuntios: vt ſequitur.

ſ *Innouarat*. per ſeipſum. Ioan. And.

Nos itaqve. Iſte. §. legitur vſque ad. §. cæterū. & dicit quid fecit papa quādo audiuit cardinales referētes ea quę dixit Henricus, & quod reſpōſum ipſe Hēricus dedit literis ſuis, & quomodo Henricus nō habuit literas papæ gratas, & quomodo ipſe Hēricus dixit ſe nō iuraſſe in coronatiōe ſua quādo fuit promotus in Romanū imperium, nec poſt coronationem. Et etiā cardinales retulerunt ipſi papæ qualiter ipſe Hēricus quādo recepit literas papæ, quę tractabant de pace: cùm ſecretæ eſſe deberēt, ꝙ ipſe eas publicauit, accerſitis id eſt conuocatis tabellionibus & in copia multorū hominum.

*† Not. hoc: quia niſi ſic feciſſet, viſus fuiſſet, ait Barba. cōfiteri cōtenta in literis Car. eſto quòd illa erāt incidenter ꝑlata. vide not. in l. ſi filiꝰ. ff. mā. Fontanus.*

*† In dubio notarius præſumitur rogatus. gl. in auth. de tabel. §. nos autem. Bar. in l. ſciendum, ff. de verbo. oblig. tenet contrarium et adhuc hodie eſt quæſtio inter viſcecomites et Borrhomeos Mediolanēſes. Font.*

*† Ex hac gl. habes ꝙ imperator ante coronationem dicitur rex: et expone literam ibi {imperatorem.} tempore mortis. & ibi {regem.} tempore diſcordiæ. Lau. Zabarel.*

*Tabellio rogari debet.*

vel ſilentio pallietur[a], poſſet in magnum & euidens præiudicium Rom.eccl. redūdare[b], dignum admodum[c] & opportunum fore proſpeximus, vt de iuramentis huiuſmodi conſtitutioni præſenti aliqua breuiter annectam⁹.

Dictus namque H. quamprimum fuit in regem Romanorum electus: ſolennes † ad nos nuntios deſtinauit, dans eis per ſuas patētes literas plenum & ſpeciale mandatū exponendi[d] nobis pro eo deuotionē ipſius & reuerentiam filialem †, quā ad nos & Roma. eccle. ſyncero gerere ſe dicebat[e] affectu: nec non petendi & impetrandi à nobis fauorē & gratiam conſuetos: offerendi quoq; nobis & præſtandi pro eo & in ipſius animā[f] debitæ nobis & eidem eccleſiæ fidelitatis & cuiuſlibet alterius generis iuramentum, ac nihilo minus petendi à nobis per noſtras ſibi manus impendi vnctionem, conſecrationem, & Romani imperij diadema[g]. Præfatis itaque nuntiis in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, ac ſecundum dicti tenorem mandati Auenione, vbi tunc eramus cum noſtra curia reſidentes, in publico conſiſtorio, in quo erat prælatorum & aliorum tam clericorum quàm laicorum non modica multitudo, præmiſſis per eos coram nobis expoſitis ſupplicando petitis humiliter & oblatis[h]: Nos eodem mandato & decreto[i] electionis eiuſdem H. ex parte principum tam eccleſiaſticorū quàm † ſeculariū qui eundem elegerant nobis per dictos nuntios præſentatos, plena cum eiſdē fratribus deliberatione diſcuſsis, factaq; nobis de electiōe huiuſmodi cōcordi & legitima plena fide, examinata quoq; perſona ipſi⁹ H. prout abſentia patieba-

minū, & quomodo ipſe neſciebat ꝙ anteceſſores ſui iuraſſent: & ꝙ ipſe erat immemor ꝙ vnquam iuraſſet. Et per hoc habes totū. §. præcedentē repetitū. His ſic recitatis à cardinalibus Rom. pōt. ipſe. Rom. pont. attendens ꝙ ſi ipſe dimitteret ipſum regē qui de reſpōſione ſua habuerat tabelliones vt cōficerent inſtrumenta, vt poſſet in futurū pręiudicare Roma. eccleſi. & talia ſic recitata in principio iſtius §. in graue pręiudiciū redundarent ipſi eccleſiæ: quare ipſe papa ſiue Rom. pon. proſpexit annectere & in ius cōmune ſiue in corpore iuris redigere. & ſcribere de huiuſmodi iuramentis in huiuſmodi conſtitutione ſeu clementina, recitās quomodo dictus Hēricus quā primū. i. quā cito & illico, ſiue ſtatim ꝙ fuit electus in Romanū regē, ipſe miſit nūtios & procuratores ad nos: hoc eſt, ad Romanā curiam vt ipſe confirmaretur in imperatorē: qui nuntij procuratoriū habebāt ad iurandū in animā ipſius ꝙ omnia quæ iurāda erāt iuraret: quæ quidē iuramenta recepimus. Auenione, vbi tunc eramus, in præſentia plurium cardinaliū, archiepiſcoporū, epiſcoporū, & abbatū hic exiſtentiū: quare illū regem nominauimus: & eius perſonā approbauimus: & declarauimus eum eſſe habilem & idoneū ad apicem & imperialis celſitudinis dignitatem: & decreuimus illum inungi & cōſecrari, & à prædictis nuntijs accepimus iuramentum. Item ſimiliter miſimus cardinales ad eum vt ipſi ſibi impenderent & darēt inſignia cōſecrationis: qui cardinales nomine noſtro receperunt ab eo iuramentū corporale, ſicut continetur & forma illius iuramēti deſcribitur in libro pontificali Rom. Et forma qualiter ipſe iurauit, ponitur ibi, Ego A. rex Rom. h. d. vide tex. Nos itaq; attendentes ꝙ ſi huiuſmodi reſpōſio facta per regē Henricum pertrāſeat ſub diſsimulatione, vel quòd pallietur ſilētio, ipſa poſſet redūdare in magnum & euidēs præiudiciū Romanæ eccleſiæ: ideo proſpeximus admodū dignum. i. valde dignū, fore. i. eſſe. opportunum. i. cōueniens vt annectamus aliqua breuiter huiuſmodi cōſtitutioni pręſenti in huiuſmodi clemētina. Et ſum in tex. ibi. Dictus namque. Et recitat qualiter Henricus rex quando fuit electus, quomodò ipſe iurauit & fecit illa quæ tenentur facere imperatores quando eliguntur: ideo dicit, Dictus nāque Henricus quamprimum. i. ita citò ꝙ fuit electus in regem Ro. ipſe deſtinauit. i. miſit ad nos nuntios ſolennes: hoc eſt, vnā ambaſiatam quā gallicè ambaſſade appellamus: dans eis nuntijs mandatum ſpeciale & plenum per ſuas literas patentes. i. apparētes, & manifeſtas, & bene cognitas, nobis exponendi pro eo. i. nomine eius deuotionem ipſius: quia pręceperat nūtijs ſuis dicēdo, Dicatis Rō. pon. qualiter ego ſum deuotus & obediens. Et dans eis nuntijs mandatum ſpeciale exponēdi reuerentiā filialem, quā ipſe dicebat gerere ad nos ſyncero. i. integro affectu. i. deſiderio. & etiā ad Romanā eccle. dicendo quòd erat filius ipſius eccleſiæ: quare ſupplicabat vt electionem de ſe factā papa cōfirmaret: & eum decerneret inungendum & conſecrandum. necnon. i. etiam habebant dicti nuntij ſpeciale mandatū petendi & impetrādi gratiam à nobis & fauorem. Et ipſi nuntij habebāt mandatū ſpeciale offerēdi & præſtandi pro eo. i. nomine eius iuramētum fidelitatis debitæ nobis, & debitæ ei Romanæ eccleſiæ in ipſius animam: quia per ſuam animā iurabat ꝙ teneret & faceret omnia quæ ſui prædeceſſores fecerant. Ideoq; ipſi nuntij habebāt mandatū iurādi in ipſius animam per iuramentum fidelitatis: & per iuramentum cuiuſlibet alterius generis. ac nihilo minus. i. nō minus habebāt tales nuntij mandatū ſpeciale petendi à nobis vnctionē: & habebant ſpeciale mandatum petendi conſecrationem impendi ipſi Henrico regi per manus noſtras. Et etiam petebat diadema imperij impendi. i. tradi per manus noſtras. h. d. Not. decreto, id eſt ſtatuto. & habemus decretus, ta, tū. & hoc decretum, ti, ſtatutū patrum, definitū iudiciū. Inde hic & hæc decretalis, & hoc le. vt iſta dicta ſunt decretalia, id eſt quę in decretis cōtinentur. Et pluraliter hæc decreta, torū, pro lib. in quo continentur decre. Inuenitur etiam decretalis ſubſtantiuè: vt in tali decretali dicitur. Item decretus, ta, tum, inuenitur à decreſco, ſcis, & pōt de, ibi eſſe augmentatiuum vel priuatiuum. Et decretū eſt ſupinum duorū verborum, ſcilicet decreſco & decerno. & decreui eſt eorum præteritum. Decretum ſecundum Spec. dicitur multis modis. quandoque dicitur ſententia definitiua: vt ff. de re iudic. l. decreta. vel interlocutoria, ff. de aſſeſſo. l. j. in fi. Quandoque dicitur id quod papa conſtituit ſeu ſtatuit de conſilio cardinalium nulla facta conſultatione, & tunc in ſcriptis redigitur: vt de reſcri. c. præſenti. Et accipitur hic ſic in propoſito. Quandoque dicitur conſenſus eligentium in ſcriptis redactus: vt ij. quæſtione. j. legum. de electione, innotuit. Quandoque eſt illud quod capitulū vel ordo, ſiue vniuerſitas vel maior pars ordinauit: vt ff. quod cuiuſque vniuer. nomine. l. planè. Quandoque eſt iudicis authoritas in alienationibus rerum præcipuè minorum interpoſita: vt C. de prædijs mi. l. interpoſita. Quandoque dicitur auctoritas principis in reſcriptis beneficialibus interpoſita, vt de reſcri. ca. gratiā. lib. vj. Et ſecundum Azo. illud decretum eſt confirmatorium gratiæ, quia ex hoc princeps inſinuat ſuam voluntatem quæ ſeruāda eſt: etiam ſecundum eum ligat ignorantes. Eſt etiam quoddam decretum decurionum, quod in inuitos ſuper munerib⁹ rerum tribui poteſt, exceptis qui liberalium ſtudiorum laboribus inſeruiunt, & qui medendi cura funguntur, vt medici. C. de decre. decuri. l. exceptis. lib. x. Et dicuntur decuriones, id eſt exiſtentes de curia. Quandoque decretum eſt iuſſus iudicis quo mandat bona alicuius propter eius cōtumaciam poſsideri. Et eſt duplex, quoddam eſt primum, quoddam ſecundum, vt. ff. de dam. infe. l. ſi pupillus. §. Iulianus. Nota quòd contra ea quæ publicè delinquuntur, publicè prouideri debet. ſic enim prouidit papa per hanc publicam conſtitutionem contra publica delicta Henrici. Nota quòd dicitur breuiter fieri, quamuis multa dicantur, dummodo breuiter, vt hic in verſi. breuiter. Zabarel.

a Pallietur. i. quaſi pallio cooperiatur. conc. de vſ. pal. ca. niſi. in fi.

b Redundare. ꝓuidet circa futura. de hoc de ſer. nō ordi. c. j.

c Admodum. ponitur pro valde. concor. de cen. grauis. & de cor. vi. cap. j. de magiſtris, quanto. j. de re iudi. paſtoralis. ver. nunquid etiam. &. j. de magiſtris. c. j. poſt princ.

d Exponendi. Not. formā ſecundum quam cōſtituendi ſunt nuntij Romanorum regis petētis approbationem eccleſiæ.

e Dicebat. Seneca. lxxxj. epiſtola, Nil carius exiſtimamus quā beneficium quādiu petimus, nil vilius cum accepimus.

f Animam. concor. de iuram. cal. c. fin. lib. vj. & de teſti. præſentium. lib. vj.

g Diadema. propriè dicitur corona imperialis vel regia. & differt à ſerto, ꝙ fit de floribus inſertis, & à corona quę dicitur circul⁹ capitis de quolibet metallo, diadema verò ſolū de auro & lapidibus pretioſis, & cōponitur à dia ꝙ eſt duo, & demo, is. ex ſui enim rotunditate principiū demit & finē.

h Oblatis. reſpicit tria ad quæ mandatum habebant, ſcilicet exponendi deuotionem, petendi fauorem, vnctionem &c. offerendi iuramentum.

i Decreto. de quo. lxj. diſt. epiſcopus. & de elec. innotuit.

Requirenda.

† Adde textum c. 1. ad apoſtolicæ. de re iu. lib. vj. j. q. j. c. eſtote. & iſtorum virorū præſentia & grauitas ſupplet defectum ſolemnitatis ad honorē mittentis. xlvj. diſtin. nobiliſſim⁹. Fontanus.

† Hanc filialem reuerentiā not. hic Barba. impedire cō tractū filij cum patre, per l. ſi quis cum ſciret. coniuncta gl. ff. de fur. neque ſinit patrem à filio in ius vocari ſecūdum ll. ſec⁹ ſecundū canones. xxij. q. iiij. cap. ſi eccleſia. ij. queſt. vij. c. quæritur. Tu vide docto. ca. non eſt. de ſpon. Fontanus.

Decretum multis modis dicitur.

† No. hic archiepiſcopos dici principes, et hoc propter eorum temporalia. de electio. cùm inter vniuerſos.

Seneca dictum.

Diadema, ſertū, et corona differunt.



tur eiuſdem, & de ipſius fide, probitate, & alijs quæ in perſona imperatoris ſunt meritò requirenda[a], cum pluribus prælatis & alijs magnæ authoritatis viris qui eiuſdē H. mores, cōditionem, & ſtatum plenius nouerant[b], inquiſito, eiuſque perſona cuius etiam nos & fratres noſtri aliqualem[c] prius notitiam[d] habebamus, propter quod facilius tranſiuimus in examinatione huiuſmodi idonea reputata, ipſum nominauimus, denuntiauimus †, & declarauimus regem Romanorum, ipſius approbātes perſonam, cumque ſufficientem & habilem declarantes ad ſuſcipiendam imperialis celſitudinis dignitatem, ac decernentes vnctionem, conſecrationem, imperijque Romani coronam ſibi per manus noſtras debere cōcedi: Et ſubſequenter à pręfatis nuntijs ſufficiens ad hoc ab eo (vt præmittitur) mandatum habentibus ſecundum formam in decretis quę incipit, Tibi domino[e], comprehenſam, fidelitatis recepimus iuramentum. Poſtquam idem H. conſecrationis & coronationis ſuæ tempore aliud eiſdē cardinalibus quos ad impendendū ſibi huiuſmodi cōſecrationis & coronationis inſignia miſeramus ad vrbē, illud noſtro nomine recipientibus iuramentū præſtitit corporale, quod in libro pontificali[f] Rom. præſtandum pontifici per imperatorem coronationis ſuæ tempore cōtinetur, cuius tenor dinoſcitur eſſe talis: Ego H. Romanorū rex annuente domino futurus[g] Imperator, promitto, ſpondeo & polliceor[h], atque iuro coram Deo & beato Petro, me decætero protectorē, procuratorē & defenſorē fore ſummi pontificis, & huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ in omnibus neceſsitatibus & vtilitatibus ſuis, cuſtodiendo & conſeruādo poſſeſsiones, honores, & iura eius quantū diuino ſuffultus adiutorio fuero, ſecundū ſcire & poſſe meū recta & pura fide. ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei euangelia. Cæterùm quin iuramenta huiuſmodi fidelitatis exiſtant, à retro Romanis principibus nō fuit hactenus hæſitatum: imò tam quondā Albertus rex Romanorū immediatus[i] prædeceſſor memorati Henrici Bonifacio[k] papæ viij. pręd eceſſori noſtro tēpore approbationis eiuſdē Alberti, quā Rodolphus pater ipſius & alij prædeceſſores eiuſdem, Romanorū reges diuerſis noſtris prædeceſſoribus iuramentū fidelitatis & obediētiæ præſtiterunt. Idemq; Bonifa. memoratum A. iuramēto huiuſmodi ab eo recepto de fratrū ſuorū conſilio (præſente pręlatorum & aliorum multitudine copioſa) authoritate apoſtolica recepit in ſpecialē † ſuū filium[l] & eccleſię memoratę, ipſumq; in regē Romanorū aſſumpſit, in imperatorē poſtmodum ꝓmouendū. Verū quia ſæpefatus H. qui in proximis diebus fuit de hac luce ſubtractus, non virtutē & mentē, ſed nedum verborū inſectās corticem[m], ſenſumq. cōfundens iuramenta reſtringēdo prędicta, curioſè videbatur aſſerere (vt præfertur) illa ad debitū fidelitatis huiuſmodi non extēdi †: nouo morbo curioſitatis[n] huius luculētæ veritatis antidotū[o] ipſius declarationis oraculo prouidimus apponendum. Quia ergo capitulis iuramēto fidelitatis[p] cōtentis ſolicita meditatione penſatis, ipſa capitula[q] in præfatis imperatoris iuramētis quantum ad effectū, mentē, & virtutē[r] ipſorū nō eſt dubiū cōtineri: Nos præmiſsis & alijs rationibus, ne quis in Romanū aſſumpt⁹ principē, vel in poſterū aſſumēdus, an iuramēta huiuſmodi per dictū H. imperatorē præſtita, & per ſucceſſores ipſius in futurū præſtāda, fidelitatis exiſtant, in dubitationē deducere audeat, vel ſuper his cōtrariū aſtruere veritati: auctoritate apoſtolica de fratrū noſtrorū cōſilio declaramus illa iuramenta prędicta fidelitatis exiſtere[s] & cenſeri debere. Porrò præter iuramēta prędicta idē Hēricus ſuorū inhærēs prædeceſſorum veſtigijs[t] † priuſquā ingrederetur

a Requirenda. facit de ſup. negli. præla. grandi.

b Nouerant. ab his inquirēda ſunt talia. de purga. ca. cum P. de elect. poſtquam. & ca. ſcriptum.

c Aliqualem. quaſi nō plenam, quia tunc nō videtur examinatio perſonæ neceſſaria. de hoc. xxxiij. diſt. qui epiſcopus. in gloſ. ij. xlvij. diſt. de Petro. & facit de app. conſtitutus. ij.

d Notitiam. fuerat enim pro promotione fratris ſui Treuerenſis archiepiſcopi aliquo tempore in curia.

e Tibi domino. lxiij. diſt. & fuit iuramentum Ottonis: vt ibi patet. & dicebat Gul. in Spec. e. tit. §. j. ver. illud autē. poſt principium, quod electus præſtabat primò illud iuramentum legato apoſtolicæ ſedis: poſtea quando coronabatur, iterum pręſtabat illud papæ.

f Pontificali. quod aliàs vocatur ordinarium epiſcopale. & not. Hoſt. de ſer. non or. conſuluit. quod ille liber authenticus ſit: quia illius libri verba ibi ponuntur. ſimile quid de arbore dicitur per c. xxxv quæſt. v. ad ſedē. inducit etiam xv. diſt. canones. & c. ſancta. xxxviij. diſtin. quæ ipſis. facit de offic. archid. cap. j. & ca. ad hæc. hoc apertius probat hæc litera.

g Futurus. illud eſt contra Ioan. qui not. xciij diſtin. legimus. quod ſola principum electio facit verum Imperatorem. vides enim quòd etiam approbatus ab eccleſia Imperator non eſt, donec coronationē & conſecrationē recipit ab eccleſia. & facit quod dicam in §. porrò. ſuper verbo, reges. in glo.

h Polliceor. dicitur. l. iij. ff. de polli. quod pactum eſt duorum conſenſus atque conuentio: pollicitatio verò ſolius offerentis promiſſum.

CAETERVM.

Casvs. Hic papa ſiue Romanus pōtifex ꝓbat contra ipſum regem qui dicebat ſe neſciſſe ſeu ignoraſſe ꝙ anteceſſores ſui imperatores vnquā præſtitiſſent iuramentū. Et probat papa dicendo quòd nunquā fuit hæſitatum, id eſt dubitatū, quin huiuſmodi iuramēta exiſtant data à retro principib⁹, id eſt ab anteceſſoribus ſuis: imò ꝓbat ꝙ Albertus quondā Imperator prædeceſſor ipſius Henrici, ſimiliter Rodolphus tempore Bonifacij. viij. præſtiterunt iuramentum fidelitatis ipſi Bonifa. Domini mei aperui vobis portam iſtius capituli, ideo vos ſupplico vt reſiduum videatis per vos. Not. tex. cæterum. ve\'s. in cle. ne Romani. de elect.

i Immediatus. ſignanter hoc dicit, cùm in poſſeſsione, vltima tempora ſpectanda ſint. de cauſa poſ. cū eccleſia. poſt princ. cum concor.

k Bonifacio. familiaris eſt hæc probatio, cùm papa aliū papam inducit in teſtem: vt no. Ioā. ix q. iij. patet.

l Filiū. de priui. ſi papa. ver. ſimiliter. li. vj.

m Corticem. quod facere nō debuit. j. q. j. Marcion. de ver. ſignific. præterea. & ca. intelligentia. ff. de legi. l. ſcire. Ioan.

n Curioſitatis, ſumitur hic pro ſubtilitate exquiſita nimia cura. ſic de renun. cap. j. in prin. lib. vj.

o Antidotum. ponitur pro contradonū. dic vt not. ff. de peti. hære. ſed & ſi. §. conſuluit, vel pro cōtra datum: vnde dici ſolet id ꝙ datur contra venenum: vnde pro medicina ponitur. de iura. calum. cęterum. inde dicitur quidam liber Antidotarius: quia cōtra vitia compoſitus eſt.

p Fidelitatis. quod habetur xxij. q. v. de forma. & facit. ſ. eo. ego N. & videre potes quod no. Hoſtien. in ſum. de feu. §. quid ſi fidelitas. vbi etiam ponit plenam & pleniorē fidelitatis formam. In quo & quid differat ab homagio, dicam j. de re iudi. paſtoralis. §. rurſus. de hoc per Innoc. de reg. iur. ca. vlt.

q Ipſa capitula. contenta in fidelitatis iuramento.

r Virtutem. ad maiorem expreſsionē inculcat hæc verba.

ſ Exiſtere. non per hoc ſequitur ꝙ ſubiecti imperatori ſint de tēporali dominio eccleſiæ. facit quod not. lxxxj. diſtin. legitur. & in Spe. de feu. §. ij. ver. xiiij.

Glo. ſeq. tractat de tribus coronis imperij, & vbi & per quos dentur, & quomodo de triplici ſunt metallo, & quare, & dat ſimile.

t Veſtigijs. qui ſcilicet in ingreſſu Italiæ iuramentū tale pręſtiterat. Scire debes (ꝓut habetur etiam in pōtificali, aliàs prouinciali)

† Notat Imo. hunc tex. pro executorib⁹ apoſtolicis: vt pri⁹ perſonam declarent idoneam, et tū prouideant. Fontanus.

Imperator non fit per ſolā electionem.

Pactū quid ſignificat. Pollicitatio quid.

† Not. primò ꝙ papa recipit imperatorem in ſpecialē filium. de hoc de verb. ſig. c. j. in prin. lib. vj.

Not. ſecūdò ꝙ mens iuris, & non nudus cortex debet attendi. de hoc in gloſ. in ver. verū quia, verbo corticem. et dicit canon quòd euangelium eſt in ſenſu & medulla, nō in ſuperficie. Zab.

† Moueri potuit, ait Petr. quia iſtud iuramentū fuit præſtitū ad faciendum quod debebat ex iure naturali & ꝓpter Deū: in quo non videbatur latere aliqua iuridica ſubiectio. Fonta.

† No. primò quòd ſucceſſor debet inhærere veſtigijs prædeceſſoris. de iura. calū. cap. j. Not. ſecūdò ibi, iuramēto cōfirmauit. quòd iuramentum nihil aliud eſt quàm cōfirmatio rei promiſſæ.

Italiā, vel ibidē iura aliqua exerceret ſub teſtimonio ſuarum patentium literarum in manibus dilecti filij Ioannis de Mollianis ſcholaſtici eccleſiæ Tullenſis capellani noſtri ad hoc ſpecialiter per nos miſſi, noſtro & præfatæ eccleſiæ nomine recipientis promiſit, & tactis [a] ſacroſanctis euangelijs iuramento firmauit, ꝙ eandem eccleſiam & fidē catholicam puta fide totiſque viribus conſeruaret reuerenter, & etiam defenſaret: omnemq́ue hæreſim, ſchiſma, & hæreticos quoſlibet, fautores, receptatores, & defenſores ipſorū exterminaret [b] pro poſſe: ac nunquā cum Sarraceno, pagano, ſchiſmatico, ſeu alio quolibet cōmunionem † catholicæ fidei nō habente, aut cū aliquo alio pręfatæ eccleſiæ inimico, vel rebelli, ſeu eidē manifeſtè ſuſpecto, vnionē quamlibet ſeu parentelā [c] aut confœderationē iniret: ſed tā noſtrā quàm ſucceſſorū [d] noſtrorū perſonas, honorē & ſtatum manuteneret, defenderet, & cōſeruaret cōtra omnes homines cuiuſcunque exiſterent præeminētię, dignitatis, vel ſtatus. Eidē etiam adiiciens iuramento, ꝙ manuteneret ſemper atq; ſeruaret priuilegia omnia per prędeceſſores ſuos reges [e] ac imperatores Romanos pręfatæ Romanę & aliis quibuſlibet eccleſiis quocunque conceſſa tempore, & continentię cuiuſcunque: Ipſaq́ue omnia, & ſpecialiter ac pręcipuè per clarę memorię Cōſtantinū [f], Carolum [g], Henricū, Ottonē quartū, Friderichum ſecundum, atque Rodolphū prædeceſſores ipſius ſuper cōceſſione, recognitione, aduocatione, annotatione, quitatione, & libera dimiſsione terrarum & prouinciarū Romanę eccleſiæ vbilibet poſitarum, quarū etiam multas nominatim expreſsit, ſedi apoſtolicæ Romaniſq́ue pontificibus ſuper quocunq; tenore conceſſa recognouit, confirmauit, & ex certa ſcientia innouauit, ac etiam de nouo conceſsit: & terras ipſas atque prouincias recognouit ad ius & proprietatē ipſius eccleſiæ pleniſsimè pertinere: easq́ue nihilo minus ex abundanti de nouo eccleſiæ ſæpefatæ donauit, ſub prædicto ſe obligans iuramento, quòd ipſas aliquámve ipſarum partem nullo vnquam tempore occuparet, ſeu (quantum in eo eſſet) ab alio permitteret occupari. Nec in eis aut aliqua parte ipſarū iura aliqua, poſſeſsiones, aut tenutas haberet, ſeu quomodolibet poſsideret, nec in eis etiam poteſtariæ ſeu cuiuſuis capitanię, aut iuriſdictionem quamcunque per ſe vel per aliū exerceret, quodq́ue (vt princeps catholicus & ſępedictæ eccleſię aduocatus [h] atque defenſor) ipſam iuuaret, & cōſiliis & auxiliis illi aſsiſteret opportunis contra quoſcunque inobedientes & rebelles eidē: & præcipuè contra occupantes ſeu turbantes terras prędictas ſeu prouincias, vel partem quālibet earundē. Sub eodem etiā iuramento promiſit, quòd tā ipſam Romanam eccleſiam quàm alias eccleſias, libertatem eccleſiaſticam, bona, iura, prælatos & miniſtros eccleſiarum ipſarum manuteneret, conſeruaret, atque defenderet ſuo poſſe. Et quòd eccleſię Romanę vaſallos cōtra iuſtitiā nullatenus offenſurus, deuotos ac fideles eccleſię etiam in imperio conſtitutos benignè tractaret, nec eos opprimeret contra iuſtitiam, aut (quantum in eo eſſet [i]) per alium opprimi ſuſtineret: ſed in ſuis potius iuribus & iuſtitijs cōſeruaret. Hoc quoque iuramentum, & etiā priſtinū ꝓ eo nobis per ſuos nuntios, vt pręmittitur, pręſtitum, receptis ſuę coronationis inſigniis innouauit, prout in patētibus ante coronationem ipſam eius regio magno ſigillo,

*Corona triplici coronatur rex Romanorum.*

ciali) quòd rex Romanorū coronatur triplici corona. Prima eſt ferrea, quā recipit ab archiepiſcopo Colonien. in Aquiſgrano eiuſdē diœc. ferrum autem fortitudinem deſignat: qua vincere debet rebelles, & infideles cōculcare. Secūda eſt argentea, quā ingreſſus Italiā recipit à Mediolanenſi archiepiſcopo in villa Modicen. eiuſdem diœc. tamen ipſe H. recepit illam Mediolani in eccleſia ſancti Ambroſij. Argentū autē deſignans munditiā & claritatem, ſignificat ipſum principem talē eſſe debere. Tertia eſt de puro auro, qua coronatur per papam in eccleſia ſancti Petri ad altare ſancti Mauricij: & deſignat aurū, quod omnib⁹ metallis eſt excellentius, ipſum imperatorē alijs regib⁹ & principibus in potentatu & iuſtitia excellētiorem eſſe debere. Sic olim in his tribus metallis dabatur tributum Romanis: vt ſcripſi de fide inſtru. inter dilectos. ſuper gloſ. indictio. ADDITIO. Hanc triplicem coronam triplici carmine annotatam videas:

Ferrea Romani geſtāt diademata reges:<br>
Eſt argētea poſt hæc his oblata corona:<br>
Hinc aurū capiti fulgēs datur imperiali.

a *Tactis.* epiſcopi etiā cùm fidelitatem iurant tangunt ſacra: vt probatur. ſ. e. ego N. in fi. Non ſic quādo teſtimonium dicunt, vel de calūnia iurāt. quod dic vt de iura. calum. c. ſi.

*† Fallit, ſi hoc fiat ad neceſſariā defenſionē. tenet de Anch. in §. præſidentes. de hære. li. vj. per §. ſex. in fi. xxiij. q. iij. Oldr. conſi. lxxj. et cum infidelibus licet percutere fœdus. argu. l. nō dubito. ff. de captiuis. vide Innoc. c. j. de ſchiſma. doct. in c. quod ſuper his. de vo. Fon.*

b *Exterminaret.* idem verbū de hæret. excommunicamus. §. moneantur. & §. ſequēti. Et dicitur quaſi extra terminos vitæ vel iuriſdictionis ſuæ eos ponere. vnde ponitur etiā pro diſſipatione, deſolatione, & exilio.

c *Parentelam.* alludit vulgari Italicorū, & ponitur pro affinitate. Cōſanguinitatem enim inire nō poſſet. facit inſtit. de legitima agnat. tu. in fine.

d *Succeſſorum.* vide quod no. & dixi eod. titu. veritatis.

Gloſ. ſeq. arguit nō coronatum priuilegiare poſſe. remittit: & tria diuerſorū dicta ponit ſubdēs textum antiquum.

e *Reges.* Romanos, vt ſequitur. Et per hanc literam videtur quod rex Romanorum qui nōdum eſt Imperator vel coronatus, priuilegia dare poſsit. de quo ſatis not. in Specu. de reſcript. præſentata. §. fin. ver. item quod eſt obtentum. & hoc diſputauit & tenuit Iac. de Are. cuius quæſtionem ad literā poſuit Cyn. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. Innoc. in decr. venerabilem. dicit ꝙ ſi Imperator non poſsit recipere coronā in loco debito, nihilo minus authoritatem adminiſtrandi recipere poteſt à Colonienſi archiepiſcopo, ad quem ſpectat: vel ex ipſa electione habet illam ſecundum eum. refert Hoſtien. de verb. ſign. ſuper quibuſdam. ꝙ vidit in Alemania per principes iudicari & teneri ꝙ rex Romanorum poſt electionem cōcordem habeat omnem poteſtatē quam Imperator: [illegible] & facit quod no. Io. xciij. diſt. legimus. vt ſcripſi ſuper ver. poſtquā. & ſuper ver. futurus. in glo. Sed quod plus eſt, vidi & habeo formas quarundam literarū quæ de regiſtris Innocē. iij. dicuntur extractæ: quæ manarunt ſuper negotio diſcordiæ electionis de qua loquitur decret. venerabilē. quarum altera dirigebatur archiepiſcopis, epiſcopis, & prælatis & principibus Alemaniæ & Sclauiæ vel Sclauoniæ: altera ſpecialiter Maguntino; inter alia referentes ꝙ incōcuſſa cōſuetudo imperij facta, certa, rationi cōſona, iuri ſubnixa, per patiētiam ſedis apoſtolicę tolerata, & per tolerātiā approbata: hoc habet, ꝙ duobus electis in diſcordia, vterq; adminiſtrat vt rex: & omnē imperij iuriſdictionē exercet. ꝙ declarat ibi papa locū habere, donec per papā alterius electio fuerit approbata aut reprobata.

*Imperator ſeu rex Romanorū vtrum poſsit ante coronationem priuilegia dare.*

*Imperatores duo poſſunt eſſe, ſed nō duo papæ.*

Gl. ſeq. de donatione Cōſtantini ponit duas opin. ſecundam approbans.

f *Conſtātinū.* diſputāt aliqui [a] an donatio per Cōſtantinū facta eccleſiæ Romanæ in perſona beati Silueſtri, de qua xcvj. diſt. Cōſtantinus. (palea eſt) valuerit: & an ſucceſſor illā reuocare potuerit? Accurſius tenet ꝙ donatio non valuit, in auth. quomodo oportet epiſc. poſt princ. col. ij. Sed Io. cōtra qui hoc no. lxiij. di. ego Ludouic⁹. ꝙ valuerit: & ꝙ ſit irreuocabilis, probat hæc litera: & ſ. de elec. fundamēta. §. ne aūt. lib. vj. & facit qđ not. Hoſti. in ſum. de immunit. eccle. §. penulti. ad finem.

*Donatio Conſtātini facta eccleſiæ Romanæ an potuiſſet per ſucceſſorem reuocari.*

*a Et fruſtra: quia hodie palā negatur iſtam donationem fuiſſe: etiam à doctis. Lau. Vall. Car. di. de cu. lib. iij. de cōcordantia catholica. Fō.*

g *Carolum.* de quo. xj. quæſt. j. volumus. de iudicijs. nouit.

h *Aduocatus.* vide quod no. & ſcripſi de ele. venerabilē. ver. quod autem.

i *In eo eſſet.* facit xliij. diſtin. Epheſijs. xlvij. diſtin. quod ad nos. de teſti. conſtitutus.

Aurea



& alijs poſt coronationē eandem eius imperiali aurea bulla [a] munitis inde cōfectis literis, quas in archiuis [b] Romanæ eccleſiæ reponi & diligenter conſeruari fecimus, plenius continetur.

DE EXCEPTIONIBUS.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Exceptio excommunicationis opponitur dilatoriæ quandocunque, peremptorie non obſtante. Ioan. Andr.*

CAPITVLVM VNICVM.

Excommunicationis [c] exceptio di-

a *Aurea bulla.* patet ergo ꝙ ante coronationē nō vtitur bulla, ſed ſigillo. Sic & papa aliter vtitur bulla ante coronationē quàm poſt: vt no. in ſi. lib. vj. ſuper data. Priuilegia imperialia cum aurea bulla vidiſſe nō memini niſi vnum: nec etiā multum videtur expediens priuilegijs bullam auream appendi. propter pretioſitatē enim metalli eſt de ſubtractione bullæ periculum: ob quam etiā cauſam prudentes prælati & principes temporis noſtri ſigillis argenteis vel aureis non vtuntur.

*Bulla aurea vti, periculoſum eſt.*

b *Archiuis.* habetur idem verbum. C. de fide inſtru. authen. ad hæc. xxx. q. j. peruenit. vt ibi no. Dicuntur archiua armaria librorum: & deriuatur ab arca. Hieron. in prologo Heſter, dicit ſeipſum librum reuelaſſe de archiuis Hebræorum. vide not. de ꝓbatio. cùm cauſam. de præſcrip. ad audientiam.

*Archiua ſunt armaria librorū.*

DE EXCEPTIONIBVS.

*Continuatio.*

Viſum eſt. ſ. de armis actorum: nunc videndum eſt de armis reorum, quæ appellantur exceptiones ſiue defenſiones.

*Diuiſio.*

Excommunicationis.) Primò decidit dubium. Secundò illud determinat & declarat: ibi, Seruata tamen. Imol. Præſupponendum eſt quod habetur in. §. qui autem ſe vult excuſare. inſti. de excu. tu. vel cura. videlicet ſi alicui competant plures excuſationes: ſi velit tantùm vnam proponere, poteſt. Et ſi ſuccumbat in illa, quia non poteſt eam probare: tunc poteſt proponere aliam: & ſic de alijs. Ergo idem eſt dicendum partibus vocatis ad iudicium: vt ſi competunt eis plures exceptiones dilatoriæ, poſſunt vnam opponere poſt aliam. Et ſi primò propoſui iudicem excommunicatum, poſſum poſtea proponere quòd eſt infamis. Secundò præſupponendum eſt illud quod dicitur in cap. paſtoralis. eod. titu. in anti. quòd iudex poteſt præfigere terminum peremptorium partibus ad proponendum omnes ſuas exceptiones dilatorias: vt ipſe obuiet malitijs hominum, vt lites abbreuientur. Tertiò præſupponendum, quòd exceptio excommunicationis eſt dilatoria. Quartò præſupponendum eſt quod habetur in ca. pia. eo. titu. li. vj. videlicet quod exceptio communicationis poteſt opponi in quacunque parte litis, etiam poſt ſententiam definitiuam. CASVS. Feci te citari coram iudice competenti. die adueniente comparuimus coram iudice. dedi libellum meum. captaſti terminum ad reſpondendum eidem: vel propoſuiſti exceptionem dilatoriam. iudex timens ne velles proponere alias exceptiones vt differres & prolongares litis conteſtationem, præfixit tibi terminum ad reſpondendum & proponendum omnes tuas exceptiones dilatorias. die præfixa adueniente nullam exceptionem dilatoriam propoſuiſti, ſed litem es conteſtatus. poſtea circa medium proceſſus propoſuiſti exceptionem excommunicationis contra me: & petebas cauſam differri & protendi ſiue prolongari vſque poſt abſolutionem. Ex parte mea fuit propoſitum quod non poteras opponere illam exceptionem: quia tu fueras litem conteſtatus, & illa eſt dilatoria: & ante litem conteſtatam debet opponi. Item quia iudex tibi aſsignauit terminum peremptorium ad proponendum omnes dilationes, & in die præfixa nullas propoſuiſti: quæritur vtrum bene dicam? Dicit Romanus pon. quòd non. Nam exceptio excommunicationis eſt exceptio anomala: nec eſt de natura aliarum exceptionum dilatoriarum: quia ibi eſt periculum excommunicationis quod imminet in quacunque parte litis: & incurrit ſententiam excommunicationis minoris, & aliquando maioris qui participat cum excommunicatis in crimine prohibito: vt ſi quis habuit coitum cum vxore excommunicata alicuius. h. d. H. r. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd exceptio excommunicationis poteſt opponi in quacunque parte litis, etiam poſt renuntiationem & concluſionem in cauſa ad impediendam prolationem ſententiæ definitiuæ: imò etiam poteſt opponi poſt ſententiam ad impediendam executionem ſententiæ. Nota cum glo. quod exceptio excommunicationis aliquando eſt dilatoria: vt ſi opponatur contra actorem: aliquando eſt peremptoria: vt ſi opponatur contra electum vel contra eligentes. Et dicitur peremptoria, quia perimit & deſtruit electionem eligentium, & conſecrationem ſeu confirmationem electi: ita quod reddit electum inhabilem ad electionem.

*Excommunicatio poteſt opponi in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ.*

Nota quod iudex poteſt præfigere & ſtatuere terminum ad proponendum omnes exceptiones dilatorias: & poſt illum terminum non auditur reus: quia ille terminus peremptorius habetur loco litis conteſt. quia ſicut poſt litis cōteſt. quis non auditur ad proponendum exceptiones dilatorias, ſed omnes debet proponere ante litis conteſt. ita ꝙ poſt terminum peremptorium quis nō auditur. ca. paſtoralis. allegato: ſic & ille terminus peremptorius habetur pro litis conteſtatione quo ad exceptiones dilatorias proponendas. No. textum excōmunicationis. Excōmunicatio, ſ. r. eſt extra cōmunionem eccleſiæ ſeparatio: vel cenſura eccleſiaſtica excludens à communione fidelium. xj. q. iij. ca. nihil. & §. euidenter. Vel eſt æternæ mortis damnatio. xj. q. iij. nemo epiſcoporum. & c. nullā. Et excommunicationis duæ ſunt ſpecies quę frequenter vſitantur, de quibus. iij. q. iiij. Engeltrudam. Vna quæ maior eſt: & dicitur anathema: & excludit ab ingreſſu eccleſiæ, & à communione fidelium, & à ſacramentis. Alia eſt minor, quę ſolū ſeparat à ſacramentorum perceptione. i. receptione: de qua in c. ſi celebrat. de cle. excom. mini. Nota, exceptio eſt rei defenſio, per quam ipſe reus ſe defendit & tuetur ab actore. Et ſecundum Azo. in ſumma. Cod. eod. titu. quandoque ponitur largè & impropriè pro omni defenſione prout reo competit: etiam ſi nulla actori competit actio. Et tunc quidam vocant eam exceptionem facti, vt quando ſine actione quis calumnioſè ponit. Et plures ſunt exceptiones: quædam ſunt dilatoriæ, quædam peremptoriæ, quædam perpetuæ, quædam temporales, quædam ſunt anomalæ: & eſt exceptio rei iudicatæ. Exceptio dilatoria eſt quæ cauſam differt & prolongat. inſtit. eod. §. appellantur. Exceptio peremptoria ſecundum Specu. vocatur ſic, quia actionem vel intentionem agentis perimit: vt cùm quis petit decem ex cauſa mutui: alius excipit de pacto facto inter ipſos de non petendo, dicendo: Domine actor tu petis à me decem ex cauſa mutui: reminiſcere quòd tali die feciſti pactum mecum quòd nunquam petes à me illa decem: quare excipio de pacto de non petendo. & iſta exceptio perimit actionem. Exceptio perpetua eſt, quæ perpetuum habet effectum: vt cùm petis à me decem ex cauſa debiti, excipio quòd tu remiſiſti mihi. hæc exceptio perpetua dici poteſt: & perpetuo competit, quandocunque actor agit: quia exceptio non competit, niſi quis agat. ff. de except. l. exceptio. Exceptio temporalis eſt, quæ ad tempus vtilis eſt: vt cùm petis debitum, excipio contra te de pacto facto de non petēdo niſi vſque ad quinquennium: ideo ſi petis à me ante quinquennium, excipiam. poſt quinquennium non poſſum excipere: quia mea exceptio eſt temporalis: & ſolum durat vſque ad quinquennium. de qua de reſcrip. cap. plerunque. Exceptio anomala eſt, quæ non ſequitur normam, id eſt regulam aliarum: quia poteſt opponi ante litem conteſtatam & poſt: & intra litis conteſtationem, vt exceptiones & aliæ de quibus ſcilicet dubitatur an ſint perpetuæ an temporales: vt exceptio matrimonij: & exceptio non numeratæ pecuniæ: & non numeratæ dotis: vt no. inſtit. de excep. §. appellantur. Exceptio rei iudicatæ non poteſt opponi niſi quando ſit ſuper eadem re, & quando eſt ex eadem cauſa & eadem perſona. Not. termino peremptorio. Peremptoriū dicitur à perimēdo, eò quòd omnino perimat: vt terminus peremptorius vltra quem non dantur vlteriores dilationes. Similiter exceptio dicitur peremptoria quæ perimit actionē. Etiam citatio dicitur peremptoria: quia omnes alias citationes abbreuiat & accelerat: vt quando quis citatur vno edicto peremptorio pro tribus, vel tribus citationibus præmiſsis & quarto peremptorio: vt l. ad peremptorium. ff. de iud. No. ſeruata conſtitutione, ſcilicet c. pia. e. tit. lib. vj. vbi dicitur, ſi quis reus actori opponat excommunicationē, exprimat ſpeciem excōmunicationis maioris vel minoris, & nomen excōmunicatoris: quā niſi intra octo dies probauerit, die qua proponitur non cōputata, condēnatur in expenſis. Sed ſi tunc deficiat, & iterū eandem opponat & probet, repelletur excōmunicatus: & valebit proceſſus interim ſubſecutus. Itē non niſi bis pōt opponi excommunicationis exceptio: niſi emergat noua vel euidēs probatio de antiqua. Et ſi opponatur poſt ſententiā, impediet ſententiæ executionē: ſed ſententia valebit. Item ex officio ſuo poteſt excōmunicatum publicè repellere quandocūq. Hoc dicit illa conſtitutio, pia. quæ eſt conſtitutio Fel. re. Innoc.

*Excommunicationis definitio & diuiſio.*

*Exceptio quid eſt.*

*Exceptionum variæ ſpecies.*

Nota quod generalis renuntiatio tacita, vt hic, vel expreſſa, ſicut illa quæ fit in fine litis, de qua de cauſa poſ. paſtoralis. in fi. ſpeciales prouiſiones non tollit. pro hoc quod no. de tranſact. ca. j. Zabarel.

c *Excommunicationis.* ſe ſummat reprobans quod no. Hoſti. eo. tit. paſtoralis. qui dixit obſtare lapſum termini huic exceptioni proponēdę: licet vbi terminus ſtatutus nō eſt, opponi



poſſet

poſſet vſque ad ſententiam. & approbat quod ibi no. Ber. & Hoſtien. & Guliel. in Spec. eod. titu. §. ij. verſic. ſed nunquid poſt. & intelligitur hoc de maiori excommunicatione quæ repellit ab agendo. š. eod. à nobis. facit de ſentent. excom. ſi quem. Ioan. Andr.

Gloſſa ſeq. diſtinguit, & de quæſtione remittit.

latoriæ [a] in qualibet parte litis [b] opponi [c] poteſt, termino peremptorio [d] per iudicē aſſignato [e] ad proponendū exceptiones declinatorias † & dilatorias [f], nō obſtante [g]: Seruata tamen cōſtitutione [h] felicis recordationis Innocentij Papæ quarti edita circa hoc in concilio Lugdunenſi.

a *Dilatoriæ.* ſcilicet ad differendam litem actoris excommunicati. de iudi. intelleximus. opponitur enim interdū in vim peremptoriæ: puta ad perimēdam electionem propter excommunicationem eligentium vel electi: quo caſu locum non habet decre. pia. eod. tit. lib. vj. & ibi no. dicit Guli. in Spec. quòd etiam quando opponitur contra iudicem vel contra procuratorem, non obſtat lapſus termini. hoc no. in prædicto. §. ver. quid ſi termino. & ver. ſeq. de ſecundo dixi de procura. in noſtra.

*Excōmunicatio dupliciter opponitur.*

*† Aliquo non iudice præfigente terminū ad declinatorias & dilatorias proponēdas, nō poterit poſt ea oppons declinatoria iudicij: quia ſi proponeretur, nil operare turpeſixio termini reſpectu declinatoriæ. Barba per tex. hic ponderando eū in verbo, iudice. alleg. Anc. ca. exceptionē. ſ. eo. Font.*

b *Litis.* principalis. de cauſa verò appellationis plenè ſcripſi eod. tit. ſignificauerunt. in textu. & ſuper glo. penult.

c *Opponi.* quadruplex huius iuris ratio habetur in decre. pia. in princ. gloſ.

Gloſſa ſeq. ponit opi. quam contra hunc textum tuetur.

d *Peremptorio.* tenet Hoſtien. in decre. paſtoralis. & Guli. in Spec. de dila. §. j. verſic. exceptoriæ. quòd talis terminus, etiā ſi hic nō exprimatur, intelligitur peremptorius. alleg. decre. conſuluit. de offi. deleg. hoc probat litera illius decre. paſtoralis. & Guli. ibi, ex tunc, vt ibi ſcripſi. Sed dato quòd iudex peremptoriè expreſsit, non obeſt. hoc vult hæc litera.

e *Aſſignato.* Iſte terminus aſsignari debet ad petitionem actoris, non rei: vt ſatis dixi. š. eo. paſtoralis.

f *Dilatorias.* nunquid ad peremptorias proponendas poſsit iudex ſtatuere terminum peremptorium? Fuit opi. quòd nō, de qua. š. eod. paſtoralis. ſuper j. gloſ.

Gloſſa ſequens iuſtificat textum, & ampliat.

g *Non obſtante.* hanc opi. in decre. paſtoralis. approbare ſolebam hac ratione: quia quadruplex ratio illius decre. pia ita vrget poſt terminum, ſicut prius. Item quia lis conteſtata eſt quaſi quidam peremptorius terminus dilatoriarum. de re iudi. inter monaſterium. & tamen poſt illam proponitur hæc exceptio. Item terminus datus ad exceptionem illam probandam qui lapſus eſt, nō impedit illam proponi de nouo: ergo nec terminus datus ad proponendum. Item ſententia non præcludit viam huic exceptioni, multo minus termini lapſus. hæc omnia probantur in prædicta decre. pia. Et his rationibus puto decre. hanc locum habere etiam ſi nominatim de exceptione excommunicationis terminus datus eſſet. Nec enim poteſt iudex beneficium iuris auferre reo, per quod eſt ſibi permiſſum quòd in qualibet parte litis illam opponat. de reg. iur. indultum. cum concor. lib. vj.

*Excommunicatio in qualibet parte litis opponi poteſt.*

h *Conſtitutione.* eod. titu. pia. lib. vj. quæ ſtatuit ſub qua forma proponatur, & quoties, terminum probandi, & pœnam non probantis.

## DE SENTENTIA ET re iudicata.

Viſum eſt ſuprà de partibus iudicis, & de iuribus actoris & rei. verum quia examinato negotio, & iurib[9] partium auditis, iudex debet ferre ſententiam ſecūdum allegata & probata: ideo annectitur ſequens rubrica.

V T *calumnijs.* }. Primò præmiſſa ratione decidit vnum caſum. Secundò ſimili ratione decidit alium: ibi, Similiter. Tertiò declarat & oſtendit conſtitutionem locum habere etiam ad pendentia per appellationem: ibi, Quæ ad cauſas. Imola. Præſupponendum eſt primò, quòd ab vna & eadem ſententia non eſt licitum ter appellare. Secundò præſupponendum eſt, quod licet ab vna & eadem ſententia non poſsim ter appellare: tamen poſſum illam dicere nullam, & agere de nullitate: puta quia lata eſt die feriato, vel me non citato, vel quòd lata eſt iudice deambulante, & non ſedente pro tribunali, vel ſi allegem aliquam aliam cauſam. C A S V S. Tu & ego habuimus litem coram auditore Caluiginaci: vel coram alio iudice inferiore. ipſe tulit contra me ſententiam. appellaui ab illa ſententia coram officiali Pictauen. qui officialis ſententiam ipſius auditoris confirmauit. ab illa confirmatoria iterum appellaui, & ſic bis appellaui: & appellaui ad auditorem archiepiſcopi Burdegalen. qui etiam confirmauit duas primas ſententias. Certum eſt quod non poſſum appellare ab illa tertia ſententia. Sed ponamus quod antequam faceres exequi tuam ſententiam, feci te citari coram iudice ordinario: & propoſui quod prima ſententia lata per auditorem Caluiginaci erat nulla. Modo quæritur, vtrum pendente cauſa nullitatis ſententia debeat exequi, vel vtrum ſit differenda & prolonganda in euentum nullitatis, id eſt quouſque fuerit iudicatum an ſententia prima auditoris Caluiginaci valeat, an non? Reſpondet Rom. pont. quod vt obuietur malitijs hominum, quod pendente cauſa nullitatis, ſententia debet exequi: ſed ſi poſtea pronuntietur ſententiam fuiſſe nullam, tunc executio reuocabitur. Sed quid ſanctiſsime pater: ſi non appellaui à tertia ſententia, ſed appellaui à quadam interlocutoria: quia fortè auditor Burdegalen. me grauauit in aliqua interlocutoria à qua appellaui: & dedit mihi apoſtolos refutatorios: & pendente appellatione proceſsit ad definitiuam, & voluit exequi ſuam ſententiam? Ego dico quod non poteſt pro eo quod pendet lis ſuper appellatione interiecta ſuper interlocutoria. Quæritur, vtrum iſta litis pendentia debeat impedire ſententiā? Dicit quod non: ſed ſi indicetur bene appellatum, quia ſententia erat nulla: tunc executio ſententiæ reuocabitur. h. d. H. r. Colligo aliqua notabilia. Et primò, quòd habens tres ſententias contra ſe ſuper eodem articulo, non poteſt appellare à tertia: ſiue ſit definitiua, ſiue interlocutoria: ſed bene poteſt agere de nullitate. Not. iuncta glo. quod habens tres ſententias conformes cōtra ſe, ſi agat de nullitate antequam admittatur ad agendum: prius debet parere ſententiæ & executioni cum effectu. Not. quod per appellationem ab interlocutoria non ſuſpenditur officiū iudicis: niſi iudex detulerit ſuæ appellationi. c. j. š. de dolo & cōtuma, argumento ſumpto à contrario ſenſu. Nota quod ſi appellatur ab interlocutoria: & pendente appellatione feratur ſententia, & executioni demandetur: ſi dicatur bene appellatum & male pronuntiatum: tunc ſententia eſt nulla, & executio reuocabitur, nec nocebit appellanti. Not. tex. vt calumnijs. & dic illas præſumi in quotidiano litigatore, qui nec accuſator nec teſtis eſſe poteſt. Roma. ſingu. cccxiiij. per ca. ſuſpectos. iij. q. v. Idem Cor. in ſing. ſuis, verſic. an redemptor. ſub litera t, per c. nullus. ea. cauſa & q. facit. §. j. xlvj. diſtinct. & habēs iuſtam cauſam decipiat illos calumniatores. ca. dominus. xxiij. q. ij. addo quæ ego dixi in ca. cupientes. de elect. Font.

DE SENTENTIA & re iudicata.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Appellare ter nō licet.*

Not. quid ſit cauſa poſſeſsionis: & quid cauſa proprietatis š. de cau. poſſ. & propri. ca. cauſa. & in ca. eccleſia Sutrina. illo eodem titu. & notatur in cano. redintegranda. iij. quæſt. j. Et dicitur petitorium quando quis petit rem purè & ſimpliciter. Sed poſſeſſorium dicitur quando duo ſunt in controuerſia de aliqua re vel beneficio: & alter petit ſibi poſſeſsionem illius rei adiudicari: & poſtea cognoſcitur ſuper proprietate: & ſi fuerit victus in proprietate ſeu in petitorio, ipſe reſtituet poſſeſsionem quam habuit.

*Petitorium quid. Poſſeſſoriū quid.*

Not. executioni. tamen tex. fallit ſi executio ſit irreuocabilis. ar. ca. baptizari. v. diſtinct. exemplum, vt cognitio virginis in cauſa matrimoniali. xxxij. quæſt. vj. ſi Paulus. eſt deciſum per ccccxxx. quæſt. Toloſanæ capellæ. Item fallit ſi nullitas ſit euidentiſsima. Bal. per illum tex. ibi. Cod. ne liceat in vna eademque cauſa ter. pro. leg. j. Oldra. conſi. cvj. idem tenet declarans hanc cle. Item non fiet executio ſi adſit prompta probatio nullitatis. arg. leg. is à quo. ff. vt in poſſ. lega. & hic vi. ſing. Corſ. verſic. ſententia. poſitum ſub literas. s. Font. Et not. quòd ſi iudex tulit ſententiam in qua condemnat Titium in centum: ipſe illico non mandat ſuam ſententiam executioni: imò Titius habet tempus quod datur iudicatis ad ſoluendum, ſcilicet quatuor menſes. Quatuor menſibus elapſis ſi Titius non ſoluerit, iudex mittit apparitorem id eſt clientem ad domum Titij: & facit executionem de bonis ſuis vſque ad ſummam illorum centum in quibus fuit condemnatus: & bonis acceptis vſque ad dictam quantitatem, ſententia iudicis dicitur executioni mandata.

*Sententia non ſtatim eſt executioni mandanda.*

Nota ſententiæ definitiuæ. quid ſit ſententia definitiua, & ſententia interlocutoria: vide ſupra in clem. ſi ante. de do. & contu. Et no. hic plures definitiuas ferri ſuper eodem facto, & illæ ſimul plus poſſunt vna ſola. leg. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. per quam dixit Ang. referente hic Barba. quòd optimum eſt petere confirmationem ſententiæ, quamuis ab ea appellatum non ſit. facit text. in leg. ſi quos. & ibi Bar. ſuadet. Cod. de decur. quòd confirmentur contractus iuriſgentium. Font.

Nota tali prætextu, id eſt tali colore: quòd dicit ſe appellaſſe ab interlocutoria vel grauamine: non debet pendere executio prædictarum trium ſententiarum, vt apparet in textu ibi, Similiter.

Gloſſa ſequens commendat, & dat ſimile.

Vt calum-



a *Vt calumnijs.* nouum & æquum quod hic dicitur: cui eſt ſi. š. ea. compil. de ſequeſtra. poſſ. c. ſi. & huic prin. concor. de pœ. calumniam.

*Calumnijs litigantium eſt obuiandum.*

b *Quauis.* includit ſpiritales, qua ſi ſpiritales, criminales, ciuiles, & miſtas.

c *Tres.* ſucceſsiue, & ſuper eodem articulo. non enim locum habet hæc pars quando ſuper diuerſis tribus articulis licet eiuſdem cauſæ tres interlocutoriæ ſunt latæ contra partem.

d *Contra ſe.* de tertio qui vult propter ſuū intereſſe executionem ſentētiæ impedire, habetur e. tit. cum ſuper. & ibi ſatis no. Inno. & Hoſtien.

e *Poſſeſſorio.* cōcor. prædic. decre. j. de ſequeſtra.

f *Sententias.* non dicit definitiuas: ſicut j. parte proxi. per quod patet etiam in interlocutorijs quarum facienda ſit executio, locum habere quod hic dicitur: & quo iure petatur illarum executio, vide in Spe. de ſenten. excommu. §. pe. circa ſi.

*† Cauſa dicitur beneficialis, quādo agitur de titulo beneficij ſimplicis aut maioris, ſcilicet dignitatis. ſecus ſi agatur de eccleſia vt de proprietate. glo. in cle. 1. š. de cauſa poſſeſſio. Barba. Font.*

*Qui tres ſententias contrarias in quauis cauſa reportauit, de illarum nullitate non agit, nec excipit ipſarum executione non facta: & reſpicit etiam pendentia. Ioan. Andr.*

### CAPITVLVM I.

V T calumnijs [a] litigantium occurratur, is qui in beneficiali † vel alia quauis [b] cauſa tres [c] contra [d] in petitorio vel poſſeſſorio [e] ſententias [f] reportauit, ad agendum [g] de nullitate ipſarum, vel alicuius [h] ex eis nullatenus admittatur, [i] donec [k] huiuſmodi ſententiæ plenariæ [l] fuerint executioni mandatæ. Similiter ſi ille contra quem tres ſententiæ definitiuæ [m] latæ fuerint, [n] ab interlocutoria vel grauamine ante prolationem ipſarum vel earum alicuius [o] ſe appellaſſe, [p] & cauſam appellationis huiuſmodi [q] adhuc pendere [r] proponat: ſententiarum prædictarum executionem tali prætextu noluimus impediri. [s] Quæ ad cauſas qualitercunque etiam per appellationem pendentes [t] † duximus extendenda.

Gloſſa ſeq. quatuor remiſsiones facit.

g *Agendum de nullitate.* modos nullitatis, & coram quo iudice agatur de nullitate, & an coram iudice appellationis de hoc agi poſsit: ſcripſi poſt Innoc. & Hoſtien. eod. titu. c. j. de appel. dilecto. & Spe. eo. titu. §. iuxta per totum. & ad ſi. & ibi in ver. ſed ſi cauſa. tractatur an ſententia pronuntiata nulla, ex prioribus actis cauſa iudicetur.

h *Alicuius ex eis.* hoc intelligo quando ſimpliciter in ſecundo & tertio iudicio confirmata eſt prima ſententia: & ſi diuerſa continebat capitula, vel vnum ſeparabiliter: licet in parte fuerit infirmata, tamen quo ad illa capitula, vel partem in qua vel in quibus confirmata fuit, primo & ſecundo dicam hoc locum habere, & in alijs non. exemplum patet de teſta. Rainutius. & c. Raynaldus.

Gloſſa ſeq. dubium ſoluit.

i *Nullatenus admittatur.* per hanc literā videtur quòd etiam ſi non petat victor executionem: per modum tamen exceptionis repellere poterit de nullitate agentem. & eſt ſimile quod plene ſcripſi de ord. cog. ca. ſi. vltro ergo ſe offerat executioni, & ſententijs pareat, ſi de nullitate vult agere. concor. de ordi. cog. cum dilectus.

*Agere volens de nullitate ſentētiæ, quid facere debet.*

k *Donec.* facta ergo executione poterit agere: & ſi obtinebit in cauſa nullitatis, obtinebit etiam reuocationem executionis. facit de reſti. in integ. ſuſcitata. C. de preci. impe. offe. authent. quæ ſupplicatio.

l *Plenariæ.* concor. de reſti. ſpo. cap. ſi. & patet per hoc verbum, quòd non facta executione etiam minimæ partis eius quod pronuntiatum fuit, impedietur agens. ſi. iij. quæſt. j. redintegranda.

m *Definitiuæ.* hoc non expreſsit. š. proxi. reſpon.

n *Fuerint.* ſucceſsiuè: vt š. dixi: quia victus à prima & à ſecunda ſententia appellauit: à tertia verò non potuit appellare. de appell. ſua nobis.

Gloſſa ſeq. practicat quomodo id eſſe poſsit.

o *Alicuius.* maxime in vltima hoc procedit, cum ſcilicet dico me appellaſſe à grauamine illato per iudicem ſecundæ appellationis, qua appellatione pendente confirmauit ipſe iudex primam & ſecundam ſententiam. hoc dico: quia ſi à grauamine illato per iudicem primæ appellationis appello: & iſte poſtea fert definitiuam: ſi ab illa non appello, non erit dare tertiam definitiuam: multo minus ſi appellarem à grauamine iudicis cauſæ principalis. ſi verò appellauero ab illa ſententia, & vtranque appellationem proſequor: tunc procedere poſſet caſus iſte. facit cle. š. de do. & cont. ſi ante.

p *Appellaſſe.* proponat, quod eſt infrà.

q *Huiuſmodi.* emiſſæ ante ſententiam ab interlocutoria vel grauamine: cuius proſecutio forte ſtudioſe differtur, vt videatur finis cauſæ principalis.

Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.

r *Pendere.* aliàs appellaſſe non iuuaret illum: ſi deſerta vel contra eum finita eſſet illius appellationis cauſa. Sed quid ſi dicat ſe ſic appellaſſe, & cauſam appellationis finitam pro ſe, ſcilicet quia pronuntiatum fuit bene appellatum? Dico etiam quòd tunc non impeditur executio per reſpon. ſupra proxi. allegat enim nullitatem: quia per id conſtat iudicem à quo fuit appellatum, definitiuam ferre non potuiſſe. Sed ſi aduerſarius ab illa pronuntiatione qua pronuntiatum fuit bene appellatum, intra tempus debitum appellaſſet: tunc adaptaretur hæc litera: quia adhuc illi[9] appellationis cauſa penderet.

s *Impediri.* licet ergo ex pendentia illius appellationis dubitetur, an ſaltem vltima ſententia tenuerit: vult tamen quòd fiat executio ſaluo iure retractationis tam ſententiæ quàm executionis, ſi iudicetur bene appellatum: vt dixi. ſupra proxi. reſpond. non enim impedit hæc litera appellationis illius proſecutionem: dummodo ipſius fatalia non ſint lapſa.

t *Pendentes.* vide ſupra ead. compil. de iudi. diſpendioſam. in fin.

*† Niſi hoc fuiſſet expreſſum, nō comprehendiſſet iſta cle. cauſas per appellationem pendentes. cle. diſpendioſam. de iudi. cle. 1. de ſequeſtra. Barb. Font.*

P *Aſtoralis.* }. Tres partes principales habet hæc conſtitutio, ſcilicet exordium, narrationem, & concluſionem. Prima ponit exordium breue. Secunda ibi, Sane. narrans cauſas & effectum cuiuſdam ſententiæ latæ per quondam Imperatorem Henricum in regem Robertum cum ſuppletione defectuum, oſtendit nullitatem illius cauſæ tam ex ipſius cauſis alijs inſertis in illa, quàm ex perſonis à quo & in quem ſententia lata fuit. Tertia ibi, Vt igitur. concludendo declarat illam ſententiam irritam: & illam etiam irritat, quatenus de facto proceſsit. Secundo ſubdiuiditur: quia primo narrat ſententiæ cauſas, defectum, & ſuppletionem: vt dixi. ſecunda ibi, Verum. ſubiicit illam examini: & dicit quare. tertia ibi, Notorium. improbat citationem, & proceſſum ex metu citati ratione aſtantium Imperatori, & ratione loci. quarta ibi, Vt illud. illam improbat ratione loci in quo & de quo citatio facta fuit. quinta ibi, Denique. concludendo contra ſententiam, prius ſoluit duplex obſtaculum quo dici poſſet regem vaſallum imperij, in imperium deliquiſſe. ſexta ibi, Rurſus. oſtendit diuerſis modis in illa ſententia Imperatorem ſuæ poteſtatis terminos exceſsiſſe. ſeptima ibi, Cæterum. ſoluit ſuppletionem defectuum quam in ſententia fecit Imperator. Præſupponendum eſt ſecundum opinionem legiſtarum in l. omnes §. executoribus. C. de epiſc. & cle. videlicet quòd licet iudex non poſsit facere citari aliquem realiter extra territorium: tamen poteſt facere citari verbaliter. puta ſi quis de prouincia Lemouicenſi deliquerit in prouincia Pictauen. præſes Pictauen. non poteſt illum facere citari realiter, id eſt non poteſt facere illum capi in prouincia Lemouicenſi: ſed ipſe præſes Pictauen. debet rogare præſidem Lemouicenſem vt illum qui deliquit in Pictauen. quæ eſt in prouincia ſua, capiat, & ſibi remittat. Sed ſi aliquis habeat principale domicilium in prouincia Lemouicenſi, & in hac ciuitate Pictauenſi habeat operatorium, & contrahat in hac ciuitate: tunc ratione contractus poterit hìc conueniri. vel ſi poſsidet aliquas res in hac ciuitate: tamen principale domicilium habet in ciuitate Lemouicenſi, tunc poterit citari verbaliter in ciuitate Lemouicēſi. tenent legiſtæ quòd decretum de citando debet fieri in territorio Pictauenſi, & non Lemouicenſi: quia decretum de citando eſt iuriſdictionis. Sed denuntiatio per clientem ſeu apparitorem poteſt fieri extra territorium: quia denuntiatio per clientem facta non eſt iuriſdictionis, ſed nudi miniſterij: & hoc præſuppoſitum eſt pro ratione dubitandi. Sed pro ratione decidendi præſupponendum eſt quòd ſententia lata contra non citatum, eſt nulla ipſo iure: nec opus eſt quod declaretur nulla per iudicem. Item præſupponendum eſt quòd rex Siciliæ eſt vaſallus eccleſiæ Romanæ: & in aliquo non ſubeſt Romano imperatori, quia regnum Siciliæ eſt in partibus imperij quas donauit Imperator Conſtantinus Silueſtro papæ quando illum ſanauit ſeu curauit à lepra. C A S V S. Olim fuit controuerſia ſeu lis inter Henricum Imperatorem & Robertum regem Siciliæ, occaſione cuius inter ipſos fuit conceptum odium capitale ſeu inimicitia mortalis: quia rex Siciliæ procurauit mortem Imperatoris: & quaſdam ciuitates Imperatoris fecit ſibi rebelles. Imperator indignatus fecit citari regem Siciliæ voce præconis, id

*Ratio dubitandi.*

*Ratio decidendi.*

Clementinæ.

 eſt voce

eſt voce clientis, & cum tuba : vel forte fecit citari perſonaliter vt ipſe rex compareret coram ipſo Imperatore in ciuitate Piſana : quæ ciuitas inimicabatur capitaliter ipſi regi Siciliæ. Quare hoc videns & ſciens ipſe rex Siciliæ, non comparuit : & ſic fuit reputatus contumax, & propter eius contumaciã Imperator declarauit crimina contra ipſum obiecta eſſe vera & notoria: & tulit ſententiam contra ipſum

### Idem.

*Sententia lata cõtra citatum extra citantis territorium exiſtentẽ, nulla eſt ipſo*

regem, dicendo ipſum regem Siciliæ eſſe proditorem & hoſtem Romani imperij. Item declarabat illum eſſe reum criminis læſæ maieſtatis, & bona ſua confiſcauit : non ſolum bona quæ tenebat ab Imperatore : ſed etiam regnum Siciliæ quod pertinebat ad papam : & indixit ſeu præcepit debitoribus ipſius regis, vt nihil ipſi regi, vel eius fiſco ſeu receptori vel procuratori ſoluerent ſub certis pœnis ſibi Imperatori applicandis. Lapſu temporis Henricus Imperator mortuus eſt. rex Siciliæ conqueſtus eſt Romano pontifici de iſta ſententia contra ipſum ab imperatore lata. Et ad tollendum murmur populi, licet ſententia eſſet nulla, tamen Romanus pontifex declarauit illam eſſe nullam propter multas cauſas quæ clare patent. hoc dicit H.r. Colligo aliqua notabilia. Et primò, quòd citatus ad locum non tutum & non ſecurum, non tenetur comparere : ſed tenetur mittere exoniatorem: immo etiam ſi notorium ſit quòd ille locus non ſit tutus, ipſe non tenetur mittere exoniatorem, nec appellare: & proceſſus factus eſt nullus. Nota quòd iudex non debet ſententiam præcipitare, & maxime in crimine graui : ſed plene debet omnia rimari & inquirere. leg. omnes Cod. de epiſcop. & cleri, & in hoc cap. ibi, non maturo fuit iudicio, ſed præcipite, & de tanto crimine promulgata.

Nota quòd iudex non poteſt aliquem citare extra territorium etiam verbaliter. Et ſi arguatur de leg. omnes. §. executoribus. Cod. de epiſcop. & cler. dicit Bart. quòd quando iſta duo territoria ſunt ſub dominio alicuius principis: tunc præſes vnius territorij poteſt citare in territorio alterius : vt præſes Pictauen. in territorio Lemouicenſi. & ſic intelligitur illa leg. omnes. Cod. de epiſcop. & cleri. §. executoribus. Si verò illa duo territoria non ſunt ſub dominio alicuius principis : tunc præſes vnius territorij non poteſt citare nec realiter nec verbaliter aliquem in territorio alterius : vt hic in propoſito noſtro: quia regnum Siciliæ dicitur ſubiectum Roma. ponti. & non Imperatori. Sed hoc non placet domino Saliceto in dicta leg. omnes. nec voluit dicere illa lex, omnes, quòd quis poſſet citare extra territorium, vel non citare : quia illa lex ſolùm dicit quòd cliens vel apparitor citans in territorio, habebit certas ſportulas, id eſt certum ſalarium. Si extra prouinciam citet, habebit duos ſolidos: non autem dicit quòd iudex poſsit facere citari extra territorium. Vel illa lex intelligitur, quòd iudex territorij poteſt rogare alium iudicem vt faciat citari aliquem de ſuo territorio : & tunc cliens habebit duos ſolidos: vt dicit illa lex, omnes. alleg. Et hoc concludunt hic doctores iuris canonici : & Salicetus in prædic. leg. omnes. quod iudex extra territorium non poteſt citare nec realiter nec verbaliter: ſed debet requirere iudicem illius territorij vt faciat illum citari quem vult : & quòd ſibi illum remittat. Notemus textum. Et primò primam orationem cap. videlicet, Paſtoralis cura ſolicitudinis nobis diuinitus ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes iniuncta, nos inuigilare remedijs ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, & ſcandala remouere compellit &c. Et dic, cura ſolicitudinis paſtoralis compellit. Crimen læſæ maieſtatis eſt vbicunque quis contra vrbem aliquid molitur, id eſt machinatur: aut vbicunque quis profugit ad hoſtes : vel hoſtes iuuat qualicunque cauſa, vel armis, vel conſilio, vel pecunia : vel qui ſubiectas prouincias nititur facere rebelles : vel ſeditiones aut bella mouet in ciuitate : vel qui prælatum, magiſtrum, vel principem occidit : vel qui contra latus eius militat, vel arma fert, & occupat contra rempublicam. Et idem dicitur crimen perduellionis, id eſt hoſtile : nam perduelliones dicuntur hoſtes. Secus ſi committur hoc crimen non contra rempublicam : quia tunc non dicitur perduellionis, ſed ſimpliciter læſæ maieſtatis. Et not. quòd non ſubditus crimen læſæ maieſtatis non committit : vt hic in clementina noſtra: maximè in. §. rurſus. Nam Robertus rex Siciliæ non eo modo ſubfuit, id eſt eo modo non fuit ſubditus imperatori Henrico, quòd crimen læſæ maieſtatis in eum commiſerit. Et dicit Buinardus in repe. leg. quiſquis. Cod. ad leg. Iul. ma. quòd extraneus etiam in imperio contra Imperatorem conſpirans, non committit iſtud crimen læſæ maieſtatis. Sed Bart. in extrauagan. qui ſint rebel. in glo. verbi rebellando. ſentit contrarium, dicens præſentem textum ſolùm loqui in hominibus eccleſiæ. Adde etiam contra Guilielm. de

*Crimen læſæ maieſtatis quid ſit.*

*Crimen perduellionis quid eſt.*

A monte Lau. quòd prælati eccleſiaſtici habentes temporalia, committunt iſtud crimen. Ar. in cap. cauſam. qui fil. ſint legi. & facit ſing. Lo. Roman. decj. Iacobus Fontanus Brugen.

Nota iuriſdictionum, vt ſupra in clem. quamuis. de fo. compe. Nota, ſi quando veniret in ſuam & imperij fortiam : quia ſupra dixit quòd Imperator protulit contra eum ſententiam declarando eum conuictum de criminibus impoſitis contra eum. Item priuauit eum terris ſuis, & etiam regno Siciliæ. Item promulgauit ſententiam capitalem : puta, & condemnamus eum ad ſuſtinendum mortem quotieſcunque inciderit in manus noſtras : & quotieſcunque inciderit in poteſtatem ipſius Henrici. Et hoc eſt quod vult dicere, quando dicit : etiam promulgauit ſententiam mutilationis & capitis: ſi quando, id eſt ſi contigerit, quòd aliquando ipſe Robertus veniret in ſuam fortiam, id eſt in ſuam poteſtatem, & in poteſtatem ſui imperij. Notat de Ancha. ibi, quia verum. quòd papa hic ex officio reuocauit ſententiam Imperatoris. conſtita enim iniquitate iudicis inferioris, B nullo petente ſuperior reuocat acta, cap. ex tenore. in fi. ibi. no. de reſcrip. Fontanus.

*iure. h. d. Ioan. Andr.*

## CAPITVLVM II.

# PASTORALIS

Nota notorium, id eſt manifeſtum : bene cognitum omnibus. Inde notorius notoria, rium, id eſt manifeſtus. Et ſecundum iuriſtas notorium multipliciter dicitur, vel diſtinguitur. Nam aliud eſt notorium iuris, aliud facti. Notorium iuris eſt, de quo quis canonice eſt condemnatus, vel in iure confeſſus, vel per legitimas probationes conuictus. Notorium verò facti eſt, cuius teſtis eſt populus : & diſsimulationi ſiue inficiationi non eſt locus. Et intelligitur populus eſſe teſtis, ſiue ſit crimen omnibus notum qui ſunt in loco illo, ſiue maiori parti. Item in notorio iuris exigitur quandoque probatio contra negantem. In notorio verò facti non requiritur ordo iuris, qui eſt aliàs regulariter obſeruandus. Euidentia enim patrati ſceleris, clamore non indiget accuſationis. Et ſi forte iudex velit taliter delinquentem, ſecundum quòd ius poſtulat & requirit, corrigere vel punire, & ille appellat, non eſt appellationi huiuſmodi deferendum : immo ſemper debet procedere iudex corrigendo vel puniendo. Item notorium facti ſubdiuiditur: quia aliud eſt notorium facti permanentis actu: vt cum quis publicè tenet adulteram vel con- C cubinam in domo. Aliud eſt notorium facti tranſeuntis actu : vt ſi quis in publicò interfecit hominem : vel fecit ſacrilegium, vel aliquid ſimile. Aliud eſt notorium facti præſumpti : ſi aliquis publice habitus eſt pro filio, conſanguineo, vel affine alicuius. Et hoc à quibuſdam dicitur notorium præſumptum. Dicunt autem quòd eſt notorium iuris, notorium facti, & notorium præſumptum. Et eſt notorium præſumptum : vt ſi aliquis publice habitus eſt pro filio alicuius, vbi non ſequitur alia probatio, nec requiritur. quod enim aliquis ſit filius iſtius, non poteſt vere probari. Idem dicunt in fornicatione. Si enim clericus iuuenis & cupidus ſecum habeat euidenter in domo iuuenculam ſuſpectam : non eſt notoria fornicatio, ſed præſumpta. Nam (vt dicit Ouidius in epi.) A iuuene & cupido credatur reddita virgo? Notant Imo. de Ancha. in verſic. eſto igitur quòd rex. quòd non obſtan. leg. j. Cod. de ijs qui per me. iud. & leg. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa. Robertus non tenebatur comparere : quia factum fuit contrarium præſumptioni. ll. allegatarum. Et terror armorum, per leg. iij. ff. de vi & vi arma. efficit ne propter fidei promiſsionem teneat credere capitalibus inimicis. ca. accedens. vt lit. non conteſta. neque offerre me iniurioſæ morti. Vnde relaxatus D à carcere, non debet ad mortem vel iuſtam vel iniuſtam redire, ſecundum de Ancha. & Anto. quem refert & ſequitur Imol. addens etiam ſi iurauerit: cui puncto ait de Ancha. obſtat. l. nam & Seruius ff. de neg. geſt. & l. iiij. ff. de cap. & poſtl. re. ibi eſt pulcher tex. de Mar. Attilio Regulo, qui è Roma redijt ad Carthaginenſes. allego glo. bene facientem in leg. ſuccurritur. ff. ex qui. cau. ma. Cardi. in cle. j. §. ſi. de ſpõ. dicetem periurium eſſe maius homicidio. Sed Cardi. non vidit glo. in ca. j. xiij. diſt. & glo. ca. ille qui. xxij. quæſt. v. Fontanus.

*Notorium multipliciter dicitur.*

Nota, de more, id eſt de conſuetudine: immo etiam de iure naturali quis repellit inimicum : & non male diceres de more, id eſt de iure naturali : ſed proprie de more, id eſt de conſuetudine. Et declinatur hic mos, ris, maſc. gen. id eſt conſuetudo : vt talis mos eſt in partibus noſtris, id eſt talis conſuetudo: & iſte ſequitur morem patriæ ſuæ, id eſt conſuetudinem. Sed differunt : quia mos eſt quod facit moram: & ſic definitur, Mos eſt quædam conſuetudo de moribus tracta tantummodo. Vel ſic, Mos eſt quædam lex viuendi nullo vinculo adſtricta: ſiue lex non ſcripta, ſed tantum vſu æui retenta. Vel mos eſt vetuſta & probata conſuetudo, ſiue lex non ſcripta. Sed conſuetudo eſt quoddam ius moribus inſtitutum,

*Mos quid eſt. Cõſuetudo quid eſt.*



ſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cùm lex deficit. Item A mos, id eſt virtus hominis. ſed proprie in plurali habet hanc ſignificationem : vt iſte habet bonos mores : & proprie dicitur de bono, ſicut vitium de malo. Inde moroſus, ſa, ſum: & producit primam mos, ris. Nota in verſi. abſoluendo. quòd Imperator ꝓpter delictum meũ commiſſum non poteſt abſoluere qui cõdemnato tenentur, à fidelitate & alijs hic expreſsis: ſi non ſibi ſed papæ ſubſunt. e conuerſo papa abſoluit fideles imperij ab imperatoris obedientia, cum ipſum depoſuit : ſimiliter abſoluit alios laicos ab obedientia & fidelitate dominorum temporalium. ca. apoſtolicæ. circa fi. ſupra eodem. xv. quæſt. vj. alius. & c. nos ſanctorum. de hære. cap. ſi. de pœ. cap. ſi. Quærit Pau. ſi ſententia hic tenuiſſet : nunquid debitores debuiſſent

cura [a] ſolicitudinis nobis diuinitus [b] * ſuper cunctas Chriſtiani [c] populi nationes iniuncta, nos [d] inuigilare [e] remedijs ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, & ſcandala remouere compellit. Sanè [f] cum iamdudum inter quondam Henricum imperatorẽ [g] Romanum, & chariſsimũ in Chriſto filium noſtrum Robertum Siciliæ regem, grauis fuiſſet materia turbationis exorta, aſſerente [h] deinde imperatore prædicto quòd cum quibuſdã † ipſius [i] ſubditis [k] rex confœderationes & conſpirationes [l] fecerat in ipſius

*a Ex textu ibi, diuinitus, nota quòd poteſtas papæ immediate dependet à Deo. ad hoc de tranſl. cap. I. & in hoc no. glo. in verbo diuinitus.*

*† Qui tamẽ hic nõ nominatur.*

ſoluere? Hoſtien. cap. ſignificauit. de cenſi. quòd non, nam ex quo ſuper crimine lata eſt ſententia, & bona confiſcata, debet fiſco tanquam hæredi ſolui. Cod. de bo. dam. leg. ſi. ineſt enim tali iuramento conditio, niſi creditor mutauerit ſtatum. ad hoc. ſupra de iureiuran. quemadmodum. ita quòd à fidelitate ſequuta depoſitione non intelligatur liberatus: ſed à principio rebellionis. videtur enim ſub ipſa conditione, niſi ſit rebellis &c. ita intelligatur quod no. in l. qui ergo. §. ſi hæres. ff. de leg. j. Petrus de Ancha allegat etiam notata in cap. j. titu. Hic fini. lex Con. in vſibus Feud. col. x. adde quæ pulchre notantur per docto. in leg. ſi cum Cornelius fundum. ff. de ſolu. & libe. Fontanus. Nota, in feudum. Feudum, di, eſt beneficium & beneuola actio tribuens gaudium capienti, capienſque tribuendo in id quod facit, & ſua ſponte parata. Vel feudum eſt illud beneficium quod ex beneuolentia alicuius ita traditur alicui vt proprietate rei quæ in feudum datur, penes dantem remanente, vſumfructum eiuſdem rei ita ad accipientem transferat, vt ad eum heredeſque ſuos maſculos & fœminas, ſi de eis nominatim dictum fuerit, & in perpetuum pertineat, ad hoc vt ipſe & eius hæredes fideliter ſeruiant domino : ſiue illud ſeruitium nominatim dictum fuerit à domino quale eſſe debeat : ſiue indeterminate promiſſum ſit. Dicitur autem feudum à fidelitate vel à fide quam vaſallus domino præſtare tenetur. Nec enim debet aliqua inueſtitura fieri ei qui fidelitatem facere recuſat, id eſt non vult: niſi feudum eo pacto ſit acquiſitum, vt de eo fidelitas non præſtetur: vt in conſtitucionibus feudorum, per quos fiat inueſtitura : & per quos recipitur, ibidem. in quibus cauſis feudum amittatur. cap. ij. §. j. in vſibus feudorum no. Habemus etiam feudum legium ſecundum Spec. Et eſt quando cauſa & occaſio homagij cœpit à domino : vt quia Baro dicit alicui pauperi militi quòd aliquam rem immobilem ſibi daret ſi ei faceret homagium, & illam dedit. talis res vocatur feudum legium : & talis vaſallus vocatur homo legius. Et feudatarius eſt ille qui feudum recipit ab aliquo domino : qui etiam vaſallus dicitur à vulgariter loquentibus : latino vocabulo beneficiarius appellatur.

*vnde notat de Anch. ꝙ in huiuſmodi proceſsibus ſufficit principalẽ nominare ſpecialiter. acceſſorios generaliter. notat idem Anch. ca. I. de libel. ob. attamen dicit Imo. ca. Lateranen ſi. de præben. quòd excõmunicato Titio cũ ſuis fautoribus, ſolus Titius nõ ſui fautores excõmunicati ſunt. Font.*

*Feudũ quid eſt.*

*Feudatori⁹ quis dicitur.*

Nota in hoc textu, quòd quædam ſententiæ quæ ſunt inualidæ in ſubſtantia, ſunt validæ quo ad opinionem vulgi: & quandoque exigitur caſſatio ſententiæ nullæ propter opinionem vulgi, & ſaluantur tex. dicentes caſſari ſententiam quæ eſt nulla : electionem quæ eſt nulla : quia caſſantur quo ad opinionem in labijs vulgi. ad hoc glo. cap. auditis. de elect. cap. inter dilectos. de exceſsibus prælatorum. Imola. Fontanus. Nota, iuris naturalis. quòd ius naturale commune eſt omni nationi, eo quòd vbique inſtinctu naturæ habetur, non aliqua conſtitutione facta ab homine, ſed ab ipſo naturæ conditore, ſcilicet à Deo : vt maris & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſsio, & puerorum educatio, id eſt nutritio. Item ius naturale dicitur æquiſsimum: veluti, Quod tibi non vis fieri, alijs non feceris. id eſt, tu non facias alijs illud quod tibi non vis fieri. Inde dicuntur etiam præcepta naturalia quæ in lege & euangelio continentur: vt non mœchaberis. Nos enim habemus etiam ius ciuile : & accipitur diuerſimode : vt diſtin. j. cap. ius naturale. Vno modo ius ciuile eſt id quod quiſque populus, vel etiam quæque

*Ius ciuile ſeptem modis dicitur.*

A ciuitas ſibi proprium diuina humanáque cauſa conſtituit, ſecundum Iſidorum lib. v. Secundò dicitur ius ciuile, lex duodecim tabularum: quæ fuit origo totius iuris ciuilis ſecundum glo. inſtit. de iure naturali, gentium, & ciuili. §. ex non ſcripto. in verbo, origo. ff. de origine iuris. leg. ij. §. j. Et dicitur lex duodecim tabularum, lex ſcripta in duodecim tabulis, quarum decem à ciuitatibus Athenienſium & Lacedæmoniorũ à decem viris fuerunt allatæ, id eſt apportatæ : & duæ ad declarationem illarum per eoſdem decem viros poſtea additæ : vt dicit glo. in verbo, decem viros. §. deinde. cap. Moyſes. diſtin. vij. Tertio dicitur ius ciuile, quod ex legibus, plebiſcitis, conſtitutionibus, ſenatuſconſultis, principum decretis, vel auctoritate prudẽtium inuenitur. Quartò dicitur ius ciuile, illud quod non eſt prætorium. Quinto dicitur diſputatio prudentium, quæ fuit facta ſub lege duodecim tabularum. Sexto dicitur ius ciuile, quicquid habemus ſcriptum de iure. Septimo, quicquid iuri naturali vel gentium ſubtrahitur : vel quod non eſt ius naturale, nec gentium. Et ſic accipiendo, ius canonicum dicitur ius ciuile: & ita ſumitur. j. diſtinct. ius autem. Nos habemus etiam ius gentium, quod eſt ſedium ſcilicet hoſtilium occupatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorum non vetandorum vel non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Et dicitur ius gẽtium: quia eo omnes fere gentes vtuntur. ca. ius gentium. j. diſtin.

maieſtatis offenſam: Quodque tractauerat & ordinauerat [m] vt ciuitates quędam ſub imperij & imperatoris eiuſdem obedientia conſiſtentes, contra eum & imperium rebellarent, genteſque ſuiipſius fultæ [n] ſubſidio, nonnullas alias imperij ciuitates & caſtra (inde violenter eiectis ipſius imperatoris officialibus) occuparunt, & pro ipſo rege B occupata tenebant : Ac aliàs etiam in vrbe [o] & alibi in imperij & imperatoris eiuſdem contemptum, & ſuæ maieſtatis iniuriam, & reipublicæ detrimentum, multa grauia

Multa ſunt alia iura, ſcilicet ius aureorum annulorum, ius militare, ius patronatus, ius publicum, ius priuatum, C ius quaſi naturale, ius Quiritum, ius Prætorium, ius canonicum. Et ſi vis, vide de omnibus iſtis iuribus breuiloquum qui intitulatur, Guarinus Veronenſis Floro ſalutem plurimam &c. Et dicitur ius iuris, à iubeo, bes, quia iubet. Et eſt ius, lex diuina. Fas, lex humana. Tranſire autem per agrum alienum fas eſt : ius verò non eſt. Item ius dicitur eſſe lex ſcripta. Item leges, humanæ ſunt : iura, diuina ſunt. Item ius, generale eſt : lex eſt eius ſpecies.

*Iuris multæ ſunt ſpecies.*

Nota vulgi. vulgus, vulgi, id eſt plebs, populus, multitudo gentium. dicitur à volo vis, eo quòd vnuſquiſque facit quod vult : inde hic & hæc vulgaris, & hoc, re. Inde vulgariter aduerbium : vt iſte loquitur vulgariter, id eſt ſicut vulgus : & non literaliter.

a *Cura.* hic incipe conſtructum. Et tale vel ſimile puto, quod erat exordium deciſum de decreta. paſtoralis. in compil. Gregor. ſub diuerſis titulis collocata : vt dixi. ſupra de reſcrip. paſtoralis. in princip.

b *Diuinitus.* per verbum illud, Paſce oues meas. Ioan. vlti. de elect. ſignificaſti. de maio. & obe. ſolitæ.

*Petrus per quæ verba fuit creatus papa.*

c *Chriſtiani.* de homici. pro humani. lib. vj. & facit extraua. Bonifac. vnam ſanctam. Et facit hæc litera ad id quod dixi D ſupra ead. compil. de teſti. cap. j. ſcilicet quòd regulariter Iudæos non compeſcit eccleſia.

d *Nos.* compellit, quod eſt infrà.

e *Inuigilare.* ponitur hic in pro valde : ſicut de fideiuſſo. capitul. primo. de quo vide in Specul. de diſputatione & allegatione. §. poſt hæc. verſic. illis. ibi, in ponitur. Et huic exordio concordat prœmium Sexti. & de officio delegati. ca. officij. eodem libro.

*Inuigilare eſt valde vigilare.*

f *Sane.* narratio.

g *Imperatorem.* inchoauerat enim diſcordia eo nondum coronato. ſupra. ea. compil. de iureiur. ca. j. poſt prin.

h *Aſſerente.* forte veraciter, quod tamen ſententiam non iuſtificat: vt ſequitur in. §. rurſus.

i *Ipſius.* imperatoris, vel regis. primum placet.

k *Subditis.* idem ſi cum non ſubditis vel hoſtibus. Cod. ad legem. Iuliam. maieſta. ſi quis. canonizata. vj. quæſtion. prima.

l *Conſpirationes.* vide quod ſcripſi de iudi. exhibita.

m *Et ordinauerat.* rex Romanorum Robertus.

n *Fultæ.* id eſt munitæ, firmatæ, vel adiutæ.

o *Etiam in vrbe.* Romana ſcilicet.

Abſentem.

fuerunt per regem eundem ac malitiam & inſtigationem ipſius tam à ſuis ſtipendiarijs quàm à ſubditis imperatoris commiſſa. Præhabitis per imperatorem eundem quibuſdam proceſsibus contra eum, abſentem [a] tamen, quāuis legitimè (iuxta imperatoris aſſertionem) citatum, ac ꝙ ſupradicta erant notoria, per imperialem interlocutoriam declarata,[b] imperator ipſe regem affirmans propter præmiſſa læſæ maieſtatis criminis reum eſſe, in eum peremptoriè (vt dixit) & ſufficienter citatum, ſed comparere contumaciter recuſantem, tanquā rebellem, proditorem & hoſtem imperij, ac reū criminis ſupradicti, priuationis omniū dignitatum quocunque comprehēſarum titulo, & quibus ſe intitulabat rex ipſe, auctoritatum quoque, honorum, prouinciarum, terrarum, bonorum, iurium & iuriſdictionum, tā perpetuorum quàm temporalium, & ſi quando veniret in ſuam & imperij fortiam, mutilationis † etiam capitis ſentētiam promulgauit, omnem ſupplendo [c] defectū ſi quis [d] forſitan fuerat ex ſolennitate iuris omiſſus in proceſsibus memoratis, præmiſſa (vt aſſeruit) faciens exigente iuſtitia, & de imperiali etiā poteſtate. Verùm quia huiuſmodi ſententia quæ non à diſcretione matre [e] virtutum, ſed à nouerca [f] iuſtitiæ, voluntaria ſcilicet iudicantis præcipitatione [g] ꝓceſsit, partus forſan ſe deteriores haberet, ſi ipſius ſententiæ inefficacia in publicum pręcone iuſtitia nō prodiret: Nos circa eam tali vti prouiſione volentes quæ (detectis ipſius defectibus) ſeminata per eā extinguat pericula, & in ratione reddenda ſit poſteris profutura,[h] ipſam ſubiiciēdam eſſe prouidimus limæ [i] iuſtitiæ, ac rectæ libramini [k] rationis. Eiuſdē igitur cauſis [l] & continentia necnon cōditione illorum à quo [m] & in quem [n] lata fuit, diligēti & debita cōſideratione penſatis patenter ex eis illius [o] aſtruitur euidentia nullitatis, & manifeſtè arguitur temeritas ꝓmulgantis. Notorium quippe ac indubitatum exiſtit, quòd grandis exercitus [p] tempore dictorum proceſſuum & ſententiæ, continuè imperatori aſsiſtens, regem ipſum & ſuos [q] perſequebatur odio capitali, Piſanaque ciuitas in qua lata fuit memorata ſententia, regem capitali habebat odio notorio [r] & antiquo. Eſto igitur quòd rex ipſe aliàs ad præmiſſa fuiſſet legitimè per imperatorem citatus, nunquid venire debuit ad iudicem exercitu feroci ac grandi, ipſique citato (vt præmittitur) odioſo ſtipatum? [s] Nunquid etiam debuit comparere in loco admodū [t] populoſo, multum potenti, ac præfato [u] in eum odio prouocato? Quis enim auderet, vel qua ratione audere aliquis teneretur conſiſtorij [x] talis ſubire iudicium, & ſe in hoſtium ſinu [y] reponere, ac ad mortem per violentā [z] iniuriam nō per iuſtitiā inferendā vltroneū ſe offerre [a]? Hęc quidem iure timētur, hęc de more vitantur,[b] hęc humana fugit ratio, hæc abhorret natura.[c] Deſiperet [d] igitur qui citationē huiuſmodi ſaperet arctaſſe citatum. Vt illud tanquā notiſsimum nullatenus omittamus, quòd regē extra dictrictū imperij,[e] in regno ſcilicet Siciliæ notoriè ac cōtinuè tēpore ſupradicto morantē citare nō potuit imperator: nec citatio ſi quā forſan de ipſo intra imperij fines fecit, citatum extra imperium cōſtitutū arctauit.[f] Nos quoque regis ordinarius iudex, ꝙ ad imperatoris iudicium citaremus, vel citari aut remitti faceremus eundē, nequaquā [g] fuimus requiſiti:[h] imò licet ad nos & curiam noſtrā temporibus illis rumores frequēter de curia imperatoris venirent, & iuxta eum etiā quidā ex fratribus noſtris eſſent,[i] prius tamen dictæ ſententiæ promulgatio quàm aliquid

a *Abſentem.* an ſuper crimine contra abſentem ſententia ferri poſsit, not. de dolo & contu. veritatis.
b *Declarata.* vtile conſiliū eſt in notorijs ſic interloqui. & facit ad not. de iureiur. ad noſtram. iij. §. de offi. deleg. c. j. lib. vj.
c *Supplendo.* de effectu huius clauſulæ videas in Spec. titu. ij. §. nunc oſtendendum. ver. xviij.
d *Si quis.* ſ. defectus.
e *Matre.* j. q. v. pręſentiū. de offi. cuſto. ca. j.
*Nouerca ſæuit in priuignos.*
f *Nouerca.* ſicut ſe habet nouerca ad priuignos quę ſæuire ſolet in illos, ſic ſe habet ad iuſtitiam volūtas præcipitantis iudicis. hoc intendit. Inde dixit quidam,
*Verſus.* Gaudet in afflictos ſæuire nouerca poteſtas. ſic etiam dicit canon, quòd negligentia eſt nouerca eruditionis. lxxxiij. diſ. nihil.
g *Præcipitatione.* de iniquitate dicitur ꝙ omnia præcipitat de pœni. di. iij. inter hęc hircū. j. Et eſt præcipitium quod ſit ſine modo & cum periculo. de ſepul. ex parte.
h *Profutura.* vt eccle. bene. c. vnico.
*Lima quid ſit.*
i *Limæ.* vij. q. j. §. cū verò. verſic. ferrum. Et eſt inſtrumentum fabrile & ferreum, quo metalla roduntur, poliuntur, minuuntur, & purgantur.
*† No. dixit pœnæ capitalis, cū illa ſit varia, ſecundū de Ancha. per. l. rei capitalis. ff. de pœ. ego addo gio. et modernos in. l. transſigere. C. de tranſ. intelligeretur in dubio de minori. allegat Io. An. in ca. quāto. de iureiur. glo. in l. criminali. C. de iuriſ. di. om. iudi. ego addo gl. in. l. 1. C. ne chriſt. man. vide Feli c. ex literis. II. col. de conſtitu. Fonta.*
k *Libramini.* habetur hoc verbum. xlv. diſt. omnis. de re iudi. cum æterni. lib. vj. & eſt librare per libram quæ certum habet pondus, aliquid ponderare vel æquare. inde dicitur quod in menſe Septembri ſol ingreditur ſignū libræ, quia tunc dies & noctes æquantur.
l *Cauſis.* ex cauſa facile deprehenditur iniquitas ſententię. de reſti. in integ. tum ex literis. & ideo datur conſilium ne cauſa exprimatur. de re iudi. ſicut.
m *A quo.* ſ. imperator.
n *Et in quem.* ſ. regem.
o *Illius.* ſententiæ.
p *Exercitus.* collectio hominū in expeditione.
q *Suos.* ꝓpinquos, familiares, & ſubditos.
Gloſſa ſeq. arguit pro opi. & remittit.
r *Notorio.* facit hæc litera ad ea quæ ſcripſi de appel. ex parte. j. Nam videtur hic colligi, quòd non ſolùm aſsignato loco notoriè non tuto poſſit appellari, etiam exceptione non oppoſita, ſed etiam quòd ſine appellatione citatio non arctet. & facit quod not. Specu. de cita. §. j. ver. item quòd citatio ſit ad locum. j. & ij. verſi. ſed quid ſi citatus. & quod not. Innoc. & Hoſtien. de dila. ca. ij.
*Citatio nō arctat aſsignato loco notoriè nō tuto.*
s *Stipatum.* quaſi vallatum, circundatum, vel fulcitum.
t *Admodum.* pro valde. ſic in decre. Romani. ver. nos itaque. §. ea. compil. de iureiur.
u *Ac præfato.* capitali.
x *Conſiſtorij.* idē verbum ij. q. vj. anteriorum. §. ad hoc. & authē. ſed lis. de app. ex inſinuatione. & dicitur à cōſiſto, tis. Heſter. v. in princ. Sedebat ſuper ſolū ſuum in cōſiſtorio palatij.
*Cōſiſtoriū vnde dicitur.*
y *Sinu.* idē verbum xiij. q. j. §. ij. circa fi. de Iudæ. & ſi Iudęos. & huic concor. vt lit. non conteſt. accedēs. ij. vbi patet quòd nō ſufficerent literæ de conductu.
z *Per violentam.* per hanc literam videtur quod ſi captiuus ad pœnam vel periculū mortis relaxatur iuramento ſuo de redeundo ad carcerē certa die, ſi mors erat iniurioſa, redire nō teneatur: aliàs tenetur.
*Captiuus ad iuramētū de redeūdo relaxatꝰ an redire teneatur?*
a *Offerre.* q. d. nullꝰ, niſi ex multæ patientiæ merito, ſicut Ambro. xxiij. q. viij. conuenior.
b *Vitantur.* etiā per volucres. Ouidius. ij. de remedio amoris.
*Verſus.* Quæ nimis apparent retia vitat auis.
c *Natura.* qua quis non ſolū ſeipſum, ſed nec aliū vult offendi. vnde Tul. li. iij. de offic. Homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt. *Tullius.*
d *Deſiperet.* concor. de renū. niſi cum pridem. verſi. ſed dices.
Gloſſa ſequens no. & remittit.
e *Diſtrictum imperij.* per hanc literam & ſequētes patet quod Imperator nō diſtringit totum orbē, licet dicatur dominus mūdi. ff. ad leg. Rhod. de ia. l. deprecatio. vij. q. j. in apibus. facit tamen pro ipſo ius cōmune, quo fundat intentionem ſuam in orbe, ſicut epiſcopi in diœceſi. de quo ſcripſi poſt Hoſti. de offic. archi. cap. ſi. ſuper. j. gloſſ.
*Imperator eſt dominus mundi.*
f *Arctauit.* de cōſtitu. ca. ij lib. vj.
g *Nequaquā.* aſſerit puram negatiuā quā percipere poterat.
h *Requiſiti.* hic & in inferioribꝰ declarat no. de fo. compe. cap. vlti. in princ. iij. q. vj. c. j. de rapto. cap. j. De hac requiſitione vide quod not. in Specu. de compe. iu. ad. §. j. ver. ſed quomodo. & de accu. §. j. ver. ſed nunquid. &. §. fin. ver. vt autem.
i *Eſſent.* pro ipſius coronatione, vt in. c. Romani. §. de iureiu.

De



de proceſsibus [a] antecedentibus ad audientiam noſtram peruenit. Denique licet rex ipſe terras † aliquas ab imperatore tenere dicatur in feudum: non tamen in eis, ſed in regno præfato domicilium ſuum fouebat: vnde imperator in ipſius perſonam nullam ratione terrarum huiuſmodi (niſi ex natura feudorum) debitam ſuperioritatem habebat. Quòd ſi punitio criminis intra diſtrictū imperialem commiſsi, ad imperatorem forſan [b] pertinuiſſe aſſeratur: Verum eſt quidem ſi in eodem diſtrictu fuiſſet inuentus delinquens, vel ad illum de more [c] remiſſus. Dici ne ergo ſententia meruit quæ à iudice qui per regem tutè adiri non potuit, & in loco notoriè (vt præfertur) non tuto, in abſentem nec citatū [d] legitimè ac inauditum per conſequens & indefenſum nō maturo fuit iudicio, ſed præcipitio, & de tanto præſertim crimine promulgata? Rurſus non eſt ſilentio relinquēdum quòd ipſe rex noſter & eccleſiæ Romanæ ratione regni prædicti notoriè ſubditus, homoque [e] ligius & vaſallus, ac in eodem regno non vt præmittitur, in imperio certum cōtinuum & notorium ſuum habens domicilium, ac originem [f] inde trahens, imperatori eo modo nō ſubfuit [g] ꝙ in eum crimen † læſæ maieſtatis cōmiſerit, quātumlibet omnia in ſentētia ſupradicta contenta veritatē indubiā continerent, ſicque nedū non iure, imò nec cū iuris colore tulit Imperator ſententiā ſupradictā in regē, ex cauſa quæ veritatis ſubſiſtentiam non habebat,[h] propter quā [i] etiā quatenus in eo fuit, regē eundem priuando regno & regia dignitate ac cęteris etiā alijs, & iuriſdictionibus perpetuis & tēporalibus, quæ ſub eo nullatenus vel ab eo, ſed à nobis & ſub nobis tenebat: necnō procedendo contra regem eundem ex illis quæ per ipſius ſtipendiarios ac nonnullos imperatoris eiuſdem ſubiectos per malitiam & inſtigationē regis ipſius contra eum fuiſſe commiſſa in vrbe dicebat: Cum etſi illa fuiſſent ibidem reuera commiſſa, punitio tamen eorū in regem veluti extra diſtrictum [k] imperij commiſſorū ad imperatorem nullatenus pertineret: inhibendo etiam in eadem ſententia ſub magnarū appoſitione pœnarum, quarū aliquas ſibi applicari mādauit, ne quis dicto regi præſumeret in ſuis reſpondere debitis,[l] in ipſiúſve familiaritate vel ſeruitio remanere, aut eidem contra ipſum imperatorem quouis modo impendere conſilium, auxilium, vel fauorem, cū debitores, ſeruitores, & auxiliatores huiuſmodi extra imperium & in regno conſtituti prædicto nullatenus imperatori ſubeſſent, nec ex committendis in regno eodem dictis poſſent pœnis adſtringi vel aliqualiter condemnari per ipſum: abſoluendo quoque ab omni fidelitate [m], obligatione, ſeruitio, promiſsione, ac pacto ꝓuincias omnes, ciuitates, & caſtra, & loca, ipſiuſq; vaſallos, & feudatarios, & alios quoſlibet eidem regi quomodolibet obligatos, cū includerētur in abſolutione huiuſmodi terrę & perſonæ nobis & eccleſiæ Romanę ſubiectæ,[n] proprię terminos poteſtatis exceſsit, in meſſem noſtrā mittens perperā ſuam falcem.[o] Cæterum defectus ſuppletio circa proceſſus adhibita ſupradictos, non tantum valet ad iuſtificationem

a *De proceſsibus.* de diſcordia bene ſciuerat prius. de iureiur. Romani.
b *Forſan.* non eſt nota dubitationis, de hoc de teſta. c. ij.
Gloſſa ſeq. quærit, ponit duas opin. & duas incidētes queſtiones, in quarū qualibet ponit duas opiniones contrarias.
c *De more.* ſed nunquid de iure voluit hoc decidere? Accur. in. l. ſi cui. §. ſi. ff. de accu. dicit quòd remiſsio iſta ſit ex vrbanitate vel ex voluntate, vel locum habet ſecundum eum cum reus latitat, ꝙ etiam videtur placere Innoc. de rap. cap. j. Sed glo. ibi & Hoſtien. dicunt, in omni graui delicto remiſsionem fieri ad iudicem delicti, per §. ſi verò quis comprehenſorū. in auth. vt nulli iu. col. ix. Imò dicunt quidam quòd iudex delicti ad hoc poteſt cogere iudicem ſub quo degit per verbū, iubemus, ibi poſitum, quod eſt neceſsitatis. xiiij. q. j. quod præcipitur. ff. quod iuſſu. l. j. & ij. & ſic non obſtat quod dicitur, ꝙ par in parem non habet imperium. de elect. innotuit. cum in hoc iudex delicti ſit maior, & hoc placuit Ia. de Ra. & Pet. in auth. qua in prouin. C. vbi de cri. agi oportet. pro his facit quod not. Hug. lxv. di. ca. fin. Contra eos facit quod ibi no. Io. quod credo verius ſcilicet quòd malè faciat iudex requiſitus nō remittendo. is tamen qui requirit, ſi aliàs nō eſt illius iudex, illum cogere vel puniri non poterit, ſed agetur coram ſuperiore illius, ad ꝙ facit de fo. compe. Romana. §. contrahentes. lib. vj. ibi, ad denuntiationem, nō dicit ad mandatum vel præceptum. facit etiam de offic. ordi. paſtoralis. in princ. & quod not. de offic. deleg. prudentiam. §. adiicimus. in vlt. glo. Nec ob. illud verbum, iubemus. in. §. ſi verò. quia licet Imperator ibi iubeat, non dat per illud iudici requirenti poteſtatem iubendi vel puniendi, non conceſſum igitur non attentet. xxv. q. ij. amputato. Dicunt etiam prædicti domini legum, quod iudex requiſitus remittet ſine aliqua cognitione, tum quia præſumptio eſt pro iudice requirente. de renun. in præſentia. tum quia requiſitus eſt meras executor. de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea. C. de exce. rei iu. ſi vt proponis. & pro eis facit prædi. l. ſi cui. §. ſi ff. de accu. Quidam contra quòd præcedet aliqualis cognitio, aliàs ſine cauſa infamaretur, qui ſic ſtatim ligatus remitteretur. ad hoc. ff. de cuſto. & exhi. re. l. diuus. C. de exhi. re. l. ſi. C. vbi de crimine agi oportet. leg. j. Et hoc in ſua diſputatione tenuit Bar. de Praris, per prædictam. l. diuus. inducēs etiam. l. ne in arbitris. C. de arbi.
*Delinquens an ſit de neceſsitate ad delicti locū remittēdus.*
*† Imo. notat hic ꝙ citatio iure naturali requiritur, vnde princeps eā nequit tollere. idem voluit Vldaricus Zaſius. l. ij. §. eodē tempore. ff. de ori. iur, allegat Bal. in l. ſi. C. de leg. niſi forte, inquit, talis eſſet negotij natura, vt inuita parte, quia res exigit, princeps finiret. & de hoc cōſtaret. citat Sozi. cō ſil. clxiij. & dicit Imola hic quòd princeps poteſt tollere ſolēnitatē citationis. cle. fin. de ver. ſig. Fonta.*
*Iudex delicti nō poteſt cogere iudicem in cuius territorio eſt delinquēs, vt ipſum remittat.*
*† Multa ſpecialia huiꝰ criminis ponit Igneus in diſputatione ſua, an Rex Franciæ ſubſit imperio. cui addo quod in hoc crimine licet appellare. eſt. l. Pantomimus. ff. de acqui. hære. quā Bal. in marg. in ver. ſententia. dicit nō eſſe alibi. Fonta.*
d *Citatum.* vide quod no. & dixi eo. tit. tenor. in gl. pe.
Gloſſa ſequens alle. iiij. concord. dupliciter exponit & remittit: & differentiam ſubdit.
e *Homo quis ligius.* de homagio habetur de accu. veniens. de ſimo. ex diligenti. de exceſ. præla. grauem. de re iu. c. ſi. quòd alius dicitur hominis ligium. Dicitur autē ligius. quaſi ligatus: vt ligius quaſi legalitatem ſeruans. de hoc Marti. de Fano compoſuit quendam tractatum quem ponit Spe. & latius ꝓſequitur de feu. §. ij. Et vt ibi not. hominis † ligium ſit imperatori vel regi nullius alterius fidelitate ſalua: ſed in vaſallitico vel fidelitate reſeruatur, ſaltem imperatoris fidelitas vel authoritas. in li. feu. de prohi. feu. alie. l. imperialē. Nec videtur quis eſſe poſſe ligiꝰ duorū: ſed bene poteſt eſſe ligius vnius, & vaſallus alterius: vt hic, vel vaſallus pluriū: & ibi de hoc ver. x. & ver. ſequentibus.
*Legiꝰ quid ſignificat. Homo ligiꝰ & vaſallus differunt.*
*† Sing. gl. ſecundum Alex. in conſil. ij. in princ. in. v. volu. et ordinaria ſecundū Curtiū in trac. feudo. in. j. parte. quę. vij. colum. vij. in effectu ſuo. vide quæ dixi in arbore feudorū in x. diuiſione. P. rebuffi.*
f *Originem.* Not. pro foro originis [a]: de quo de paro. c. ſi. in. j. gl. de temp. ord. cum nullus. li. vj. & in Spe. de compe. iudi. ad. §. j. ver. xlij. & xliij.
*a Vult hæc gloſ. iuncta tex. ꝙ ratione originis ſortitur quis forum quod intelligetam de origine propria quàm paterna vel auita. vide per Bar. in l. aſſumptio ff. ad munic. Abbas Siculus.*
g *Non ſubfuit.* innuit per nō ſubditum crimen leſæ maieſtatis non committi.
h *Non habebat.* No. non valere ſententiā ex cuius tenore deprehenditur euidens iniquitas. de hoc dixi poſt Inno. eo. tit. cum bertholdꝰ. ſuper ver. conceſsimus. ADDITIO. De hoc videre poteris Pan. in ca. quoniam. de proba.
i *Propter quā etiam.* tolle hic literam quæ eſt in fi. huius. §. propriæ terminos poteſtatis exceſsit in meſſem noſtram, &c.
k *Diſtrictum.* cū Roma ſit de tēporali dominio eccleſiæ. lxiij. diſtin. ego Ludouicus. xxiij. q. vlti. igitur. de ele. fundamēta. lib. vj.
Gloſſa ſeq. quærit, & remittit.
l *Debitis.* quid de debitoribus per iuramentum obligatis, hoc poſito quod hæc ſententia fuiſſet iuſta: ſcripſi poſt Hoſtien. de cen. ſignificauit. ſuper gloſ. ij.
m *Fidelitate.* hoc bene facit Papa de ſubditis imperio. xv. quæſt. vj. alius. & c. nos ſanctorum. & eo. tit. c. ij. lib. vj. & hoc ratione criminis. de hære. c. ſi. de pœ. c. ſi. procedit autem hoc ex ſuperioritate, de qua. j. §. ſi.
n *Subiectæ.* arg. ad no. xvj. q. vij. filijs. in. j. gloſ. ſcilicet quòd per damnationem vel confiſcationem iudicis ſecularis non perdit quis ius patronatus.
*Ius patronatus nō poteſt tolli à iudice ſeculari.*
o *Falcem.* quod facere non licuit. de elec. venerabilem. in princ.

princ.

princ.cum ſuis concor.

a *Sic graui.* læſæ maieſtatis.

b *Licuerit.* facit ad not.ff.de conſti.princ.l.j. &. C. ſi contra ius vel vti.pu.l.vlti.per Inno.de conſtit. quæ in eccleſiarum. per Hoſtien.in ſum.de reſcri.§.quas vires.ver.poteſt autem. facit etiam ad quæſtionem de iudice habente arbitrium,quā no.j.de ver. ſignific. ſæpe ſuper verb. defenſiones.

c *Nomine.* ſic eo.tit. c.ſi li.vj ij.q.j. in primis.in ſi.

d *Vulgi.* cuius opinio quādoque inſpicitur .ff. de flu. l.j. & ff.de fun. inſtru.l. cū de lanionis. § aſinā. de pur. vulg. per totū. & no. de reſcrip. nōnulli.in iiij. gloſſ. Ouidius de Ponto. Vulgus amicitias vtilitate probat.

e *Superioritate.* vt in cōſtitutione,Romani.§. de iureiuran.

f *Succedimus.* de ſo. compe. licet ex ſuſcepto. & huiuſmodi poteſtati non participant legati de latere.de hoc in Spec.titu.ij. ϕ. nunc oſtendendum.ver.xix.

g *Dominantium.* Apoca.xix.c.vltra mediū.j. ad Timoth. vj. & facit.viij. diſt.quæ cōtra mores. in ſi. de deci. tua. ij.

h *Conceſsit.* Matthę. xvj.

i *Ex eis.* concor. de elect.qualiter. in fin. j. de immu. eccleſi. quoniam.

k *Cōcilio.* vide quod not.eo.titu.ca. ij.lib. vj.in.j.gloſſ.

l *Reuocamus.* Concor. de re.eccle.non alie.ſi quis.eo.titu.ad audientiā.& quod not.ibi de offi.ordi.ca.pe.& ij.q.j.primates.

m *Si à iudicibus.* Et ſunt duæ partes. ſecunda ibi, Eſt tamen. Et quod dicit iudicibus, intelligo ordinarijs vel delegatis, ſiue ſint ad cauſas, ſiue ſint executores ad gratias.& idem etiam puto de arbitris iuris à quibus appellari poteſt. de offic.deleg.ab arbitris.lib.vj.cum eadē ſit ratio. CASVS. Tu & ego litigabamus ſuper aliqua re coram pluribus iudicibus delegatis nobis datis vel ordinarijs. tulerunt ſententiam contra te abſentem legitimè citatum,vel contra te pręſentem,& non appellaſti, ſed voluiſti peritos conſulere, id eſt voluiſti petere conſilium à peritis & ſapientibus an deberes appellare vel non. cōſilio habito vis appellare. quæritur, vtrum ad hoc quòd valeat appellatio, requiratur quòd omnes iudices ſimul cōueniantur,vel an ſufficiat quòd adeantur ſeparatim vnus in domo,alius in eccleſia,& an etiam poſſis petere apoſtolos ſeparatim ab eis? Dicit Roma.pontific. quòd ſufficit interponere appellationem coram omnibus, vel coram maiori parte etiam ſeparatim: & valet ac ſi ſimul conuenirentur. Sed quid?appellaſti ab omnibus ſimul,& interpoſuiſti appellationē tuam in abſentia mea. nunquid debes mihi appellationem intimare, & etiam delationem vbi delatum eſt negotium principale,& etiam termini pręfixionem,vt in termino poſsim me præſentare coram iudice ad quem appellatur? Dicit quòd ſic, quia intimatio legitimè eſt fienda mihi appellato,ſecundum tenorem c.cauſam.ſupra de elec.h.d.H.t.Colligo aliqua notabilia. Primò iūcta gl. quòd quis poteſt appellare à pluribus iudicibus ſeparatim, vel à maiori parte,licet olim ſecus. Nota ſecundò differentiam inter appellantē ab electione, prouiſione, vel poſtulatione, & appellantem à definitiua vel ab interlocutoria: quia appellans ab electione,poſtulatione,vel prouiſione,debet intimare.i.notificare appellationem ſuam parti appellatæ, hoc eſt

*Appellans ab electione et appellans à ſententia defi-*

A contra quem appellatur,& ſic debet intimare appellationem tantum. Sed quando appellatur à definitiua ſententia vel ab interlocutoria, requiritur intimatio recuſationis, quia non detulit appellationi tuæ, vel admiſsioni appellationis ſiue delationis, vel quia detulit iudex appellationi tuæ: & debet intimare terminum ſibi præfixū intra quem debet arripere iter ſuum ad proſequendam appellationem, vt ipſe appellatus etiam ſuum iter arripiat ad ſe præſentandum & defendendum. Et ratio diuerſitatis eſt, quia quando appellatur ab electione, poſtulatione,vel prouiſione, ſolùm intimatur appellatio, non autem delatio vel termini præfixio,quando autem appellatur à ſententia definitiua, requiritur quòd intimetur appellato appellatio. Item delatio vel recuſatio & termini præfixio eſt, quia in primo caſu terminus ſtatuitur à iure intra quem quis debet arripere ſuum iter ſi appellatio fuerit admiſſa:puta quia appellans intra menſem. In ſecundo caſu, quando appellatur à definitiua, non ſtatuitur à iure terminus vt quis proſequatur vel defendat appellationē,quare ſtatuitur ab homine.

*nitiua diuerſimodè onerantur.*

Nota iuncta gloſſ. Paria ſunt intimationem nullam facere, & facere ſed non legitimè. Et dicitur fieri non legitimè,quādo fit ad domiciliū, cum poſsit apprehendi perſonaliter. Nota quod licet quis poſsit appellare à pluribus ſeparatim iuxta formam hic cōtentam,tamen cum quis appellat,non debet ab vno ſolo,ſed ab omnibus vel à maiori parte appellare, ex quo omnes pariter procedunt, quia non poteſt vnus ſolus iudex grauare, vt gloſſ.in verbo, ſimul. prope finem. Si autem vnus ſolus ex pluribus grauet, tunc ab illo ſolo poteſt appellari. Nota quòd tam appellatio, quàm apoſtolorum petitio poteſt ſeparatim coram iudicibus fieri, vt gloſſ.hic in verbo, appellare. Ex quo nota quòd qualitas in fine poſita concernit omnia præcedentia.de quo per Bar.in. l.præter. ff.vi bonorum rapto. Nota quòd appellatio non eſt neceſſariò interponenda in præſentia appellati: ſed ſibi ignoranti eſt poſtea D intimatio id eſt notificatio ſeu inſinuatio fienda: quando talis eſt appellatio quæ ipſo facto non deuoluit cauſam. Et vtrum appellatus ire teneatur niſi citetur: vide hic per doctores, & in clemen.cauſam.ſupra de elect. Nota quod licet coram pluribus iudicibus poſsit ſeparatim appellari: ipſi tamen iudices debent poſtea ſimul conuenire ad deferendum appellationi, id eſt, an debeant admittere appellationem,vel non: & debent ſimul conuenire ad præfigendum, id eſt ad ſtatuendū terminū: vt in glo.in verbo,præfixionis.

*Iudices ſi ſint plures, an ſit ab omnibus appellandum.*

*Appellatio poteſt interponi abſente appellato.*

Not.textum,à iudicibus. Iudex,cis,dicitur quaſi ius dicēs populo,vel iure ſiue iuſtè diſceptans:& eſt etymologia. Iure autem diſceptare eſt iuſtè iudicare. Nō enim eſt iudex,ſi nō eſt in eo iuſtitia,vt c.forus.§.in omni quoq; negotio.de ver. ſign. Et iudex eſt qui ex iuriſdictiōe ꝓpria aut ſibi delegata & cōmiſſa ius habet ſuper cauſas litigiorum vel litigantium cognoſcendi. Et multi ſunt iudices. Quidā eſt iudex ordinarius: & eſt ille qui habet poteſtatem à ſe iure ſuo hoc ipſo ꝙ eſt talis, vt epiſcopus, balliuus, præſes ꝓuinciæ: & cōſimiles. Eſt alius iudex qui dicitur delegatus: & eſt ille qui habet poteſtatem de cauſa aliqua cognoſcendi ab aliquo ſibi cōmiſſa: qui etiā dicitur iudex extraordinarius. Vel iudex delegatus eſt cui

*Iudex vnde dicitur.*

*Iure diſceptare quid eſt.*

*Iudicū multiplices ſunt ſpecies.*

ipſorum & ſententię ſupradictæ quantum ad eorum ſugillationem & notam, cum nullam ſuper præmiſsis poteſtatem haberet Imperator in regem, ſibi aliàs quàm vt pręfertur non ſubditum, non citatū legitimè aut remiſſum & extra diſtrictum ipſius continuè ac notoriè cōſiſtentem: nec prędicta ſuppletio circa ſubditum, etiam ad ea potuiſſet de ratione referri per B quæ de crimine prę ſertim ſic graui[a] delato defenſionis quę à iure prouenit naturali, facultas adimi valuiſſet: cum illa imperatori tollere non licuerit,[b] quę iuris naturalis exiſtunt. Vt igitur ſicut memorata ſententia iuris caret effectu, ſic auctoritate & nomine[c] rei careat iudicatæ, vt nec in opinione communi aut vulgi[d] labiis nomen habere ſententię mereatur: vt etiam in magnum iuſtitię ac pacis obſequium ſcandaloſis occurratur periculis, quę cū noſtra & eccleſię, prouinciarum multarum, regnorum & gentium turbatione nō modica poſſent occaſione ipſius pro tempore ſuboriri: Nos tam ex ſuperioritate[e] quam ad imperium non eſt dubium nos habere, quàm ex poteſtate in qua vacante imperio imperatori ſuccedimus:[f] & nihilo minus ex illius plenitudine poteſtatis quam Chriſtus rex regū & dominus dominantium[g] nobis licet immeritis in perſona beati Petri conceſsit[h], ſententiam & proceſſus omnes prædictos, & quicquid ex eis[i] ſecutum eſt vel occaſione ipſorum, de fratrum noſtrorum cōſilio[k] declaramus fuiſſe ac eſſe omnino irritos & inanes, nullumque debere aut debuiſſe ſortiri effectum, ſeu nocumentū vel notam afferre cuiquā, vel quomodolibet attuliſſe. Ipſosq. nihilo minus quatenus proceſſerūt de facto, & quicquid ex eis ſecutū eſt, vel ob eos, vel in poſterū ſequi poſſet, in irritum reuocamus.[l]

DE APPELLATIONIBVS.

Clemens.v.in concilio Viennen.

C *Valet appellatio corā maiore parte plurium iudicū. Sed appellato eſt appellatio, delatio, & termini præfixio intimanda.*

*Ioannes Andreas.*

CAPIT. I.

SI à iudicib⁹[m] duob⁹ aut plurib⁹ fue-



eſt cui cauſa committitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræſentans, & in iuriſdictione nihil proprium habens: vt.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſ.l.j.in ſi.& l.ij.de offi.deleg. Vel delegatus eſt is cui à ſummo pontifice, vel ordinario, vel delegato principis cauſa committitur. Inde ſubdelegatus qui dicitur reſpectu delegati. Eſt alius iudex qui dicitur iudex cōpetens: qui cauſæ iuriſdictionem habet cum exercitio ſibi dato, quod per exceptionem poſsit elidi: ſiue exceptio contingat perſonam, vt quia ſuſpectus: ſiue contingat iuriſdictionem, vt quia reſcriptum ſurreptitium: vt in cle. cum lite. §. vt lite penden. nil inno.in glo. Eſt alius iudex qui dicitur incompetens: & eſt in quem licet non idoneum conſenſerimus: vel quia ipſe nullam iuriſdictionem habebat: vel quia interuenit error in adeundo ipſum: vel quia compulſus ſum in eum conſentire. Eſt alius iudex qui dicitur compromiſſarius: & eſt ille qui ex compromiſſo, id eſt ex conſenſu partium, & ex litigantium electione de cauſa cognoſcit: qui nullam habet iuriſdictionem propriam ſeu delegatam. ff.de arbi.leg.j. Eſt alius iudex qui dicitur pedaneus iudex: & eſt ille cuius officium eſt de minutis cauſis & infimis cognoſcere, & inutilibus & vilibus, licet ſit ordinatius. Eſt aliud iudex qui dicitur iudex chartularius. Et olim tales iudices erant priuilegiati ab imperatore, vt qui vellent coram eis litigare, poſſent: ſed ipſi non poterant aliquem cogere ad litigandum coram eis. Et dicuntur etiam hodie iudices ordinarij creati à comite Palatino, qui non habent adminiſtrationem niſi in habitu: vt notatur in leg.j.ff.de iudi.& l.ſi.Cod. vbi & apud quos cognitio reſtitutionis agenda ſit. Et iſti iudices vocantur hodie notarij apoſtolici & imperiales: & chartularij à charta: quia dum creantur, mittuntur in poſſeſsionem chartæ. Eſt alius iudex qui dicitur domeſticus: & iſti iudices dicuntur eſſe, ex quibus pro magna parte pendet ius & conſilium. Hi etiam dicuntur aſſeſſores, eò quòd aſsident, id eſt iuxta ſedent. Vel ſiunt ſimiles ſiue comparantur iudici: & in cauſæ cognitione ſimul præbent conſilium vel officium: vt patet ex rub.Cod.de aſſeſſo. Not. apoſtolos. Apoſtoli in iure dicuntur literæ datæ appellanti in quibus continentur allegationes, & qualiter in cauſa proceſſum ſit. Item apoſtolorum alij ſunt conuentionales, ſcilicet quando pars admittit appellationem: ſiue in iudicio iudice refutante ſiue tacente, vel extra iudicium: vt extra de appel. ca.ſæpe.& ca.oblatæ. Alij apoſtoli ſunt teſtimoniales, teſtificantes de appellatione facta. Alij ſunt dimiſſorij, per quos apparet quòd iudex detulit appellationi. Alij ſunt refutatorij, per quos apparet quòd iudex non detulit appellationi. Alij ſunt reuerendi ſiue reuerentiales, ſcilicet quando ob reuerentiam ſuperioris appellationi defertur: vt cap.j. de appel. lib.vj.in gloſſ.& ſupra in clem.ſi ante.de do.& contu. Not. delationi. Delatio delationis venit à defero, defers. quid ſignificet, vide ſupra in clemen.ſi ante.de dó.& contu. Not. terminum præfixionis. Præfigo, gis. componitur de præ & figo, quod idem eſt quod imponere, immittere, inferre, fortiter & ſtabiliter imponere.& producit ſi. Et dic terminum præfixionis, id eſt impoſitionis termini, quia iudex debet imponere, ſtatuere, ordinare terminum ipſi appellanti intra quem ipſe arripiat iter ſuum ad eundum proſecutum appellationem ſuam. Not. intimatio, onis, venit de intimo, as, aui, a.p. id eſt demonſtrare, indicare, nuntiare, notificare. Et dicitur ab intimus, vel ab in & timos, quod eſt mens, quaſi in mente inculcare, & immittere, ſecundum Hug. Vel dicitur ab in & time, quod eſt anima vel mens ſecundum Papiam.

*Index domeſticus quis dicitur.*

*Iudices aſſeſſorij vnde dicitur.*

*Apoſtolorum varia genera.*

*Præfigere quid eſt.*

*Intimatio vnde dicitur.*

Nota quòd appellatio debet intimari appellato ignoranti. Dic tamen ſufficere quòd eius procuratori ſpecialiter in cauſa conſtituto intimetur. de elec.clem. cauſam.j.reſpon. Zabarel.

a *Appellandum.* in iudicio vel extra à ſententia vel grauamine fortè, dato ergo quòd haberi poſſet ipſorum copia, locus eſſet ei quod hic dicitur. Sed ante conſtitutionem iſtam tunc ſolum ſic diuiſim de facto appellabamus, quando communiter iudices haberi non poterant: vnde ſeruabatur quòd ſingulariter requirebantur vt conuenirent.

Gloſſa ſequens ponit opinionem Inno. quam coaptat.

b *Simul.* ſcire debes quòd Innocen.in decre.cum ſuper.de offic.deleg.in glo.magna circa medium, dicit quòd ab vno ex pluribus iudicibus non poteſt appellari, niſi appelletur ab omnibus: quia cum non ſit licitum appellare niſi à grauamine, & vnus ſine alijs grauare non poſsit, quia ſolus iuriſdictionem non habet, ergo non ab vno, ſed ab omnibus

*Appellans ab vno ex pluribus iudicibus an bene appellet.*

rit appellandum,[a] quia fortè de facili eorum præſentia ſimul[b] haberi nō poſſet, liceat corā ipſis[c] vel maiori[d] parte ipſorū appellare,[e] & apoſtolos petere ſeparatim, valebitq. appellatio talis,[f] ac ſi ſimul[g] fuiſſet in eorum præſentia ab omnibus appellatum. Eſt tamen appellato ignorāti,[h] appellationis, necnō delationis[i] eorum,[k] & termini præfixionis,[l] ſi ſubſecutæ fuerint, intimatio legitimè[m] facienda.

A ſimul appellandum eſt. Sed ſi Innocen. intellexit ſimul in loco ſcilicet congregatis tempore quo appellatur: hoc hic corrigitur. ſed ſi intellexit ſimul reſpectu formæ vel interpoſitionis, hoc hic non tangitur. licet enim hic ſeparatim appelletur, tamen ab omnibus appellatur. Hoc tamen ſcias, quòd quoties vnus ex pluribus iudicibus procedere poteſt, & ab ipſo ſolo ſi procedit, poterit appellari. de primo vide quod not.de arbi. ca.ij.lib.vj.

c *Coram ipſis.* vide quod not.de elect. vt circa. lib. vj. in præſentia enim iudicis appellandum eſt.ij.q.vj. biduum.vbi de hoc.& ſupra eo.titu.ſuggeſtum.

Gloſſa ſequens exponit, quærit & ſoluit.

d *Maiori.* quando ſunt plures quàm duo. Nam in duobus non eſt dare partem maiorem. oportebit ergo tunc quòd coram ambobus fiat appellatio ſi diuiſim poſſunt haberi. B Sed quid ſi ambo etiā diuiſim non poſſunt haberi, vel quando ſunt plures, non poteſt haberi pars maior etiam diuiſim? Solu. ex quo non ſtat per appellantem, ſibi non nocet. facta igitur proteſtatione appellet coram illis vel illo quos vel quem habere poteſt. vel ſi nullum poteſt habere, coram publicis & honeſtis perſonis.eo.titu.ca.ſi. de offic. ordi.paſtoralis.ſi haberet copiam iudicis ad quem, coram illo appellet.ij.q.vj.biduum.

*Appellatio qualiter interponetur à duobus iudicibus, qui etiā diuiſim haberi non poſſunt.*

e *Appellare.* ſeparatim, vt ſequitur. eſt enim mens literæ, quod quilibet iſtorum actuum, appellatio, & apoſtolorum petitio, ſeparatim fieri poſsit.

f *Talis.* ſupple & apoſtolorum petitio.

g *Ac ſi ſimul.* concor.de re iudi.ca.penult.lib.vj.

h *Ignoranti.* ſciens enim certificari non debet.de re.iu.cum qui certus.lib.vj.Præſumitur autē ignorantia. de re. iu.præſumitur.lib.vj.cum concor.

*Ignorantia præſumitur.*

i *Delationis.* vbi delatum eſt, tunc negotium principale per hoc eſt coram iudice appellationis. §. eo. cum appellationibus.lib.vj.& ideo intimandum eſt appellato. Et facit hæc litera ad id quod not.quòd deferre appellationi, & terminum illi præfigere, ſunt diuerſa.

C k *Eorum.* ſcilicet iudicum.

Gloſſa ſeq.rationem reddit.quærit & ſoluit.

l *Præfixionis.* ad iter enim arripiendum, vel ad ſe præſentandum potuerunt terminum aſsignare. eodem titu. cum ſit Romana. quæ termini aſsignatio quia multum operatur, vt eodem titulo ſæpe. ideo parti hoc ignoranti debet intimari. Sed nunquid hæc delatio & termini præfixio ſeparatim per illos iudices fieri poterit? quod videtur per hanc literam: ſed forſan eſt mens literæ, quòd iudices illi poſtea conuenient & deferent, vel terminum ſtatuent, quod intimari debet appellato.

*Iudex appellationis poteſt præfigere terminū appellāti ad iter arripiendum, et ad ſe ſuperiori præſentandū.*

Gloſſa ſequens exponit, dubium ſoluit, & vnam diuerſitatis rationem ſubdit.

m *Legitimè.* per modum qui habetur ſupra eadem. compil. de electio. cauſam. vt ibi patet in fine. Nec puto hanc intimationem ſolùm faciendam quando ſic ſeparatim appellatur, ſed etiam fiet quando ſimul à iudicibus appellatur, vel quando vnus ſolus eſſet iudex à quo appellatur, propter rationes quas ſupra notaui. Et aduertè quod decretal. illa cauſam, nil dicit de intimatione delationis vel termini, ſed ſolius appellationis. & eſt ratio, quia cauſæ beneficiales de quibus D ibi dicitur, quo ad principale deferuntur per appellationes, & habent terminum ſtatutum à iure ad ſe præſentandum. & hæc, pars cui notificatur appellatio, ignorare non debet: aliæ verò non. & ideo ſi deferatur, vel terminus ſtatuatur ab homine: notificentur hæc appellato qui potuit ignorare.

*Appellanti in cauſa beneficiali ſufficit ſolā appellationem appellato intimare.*

QVamuis.} Sunt quatuor partes. Secunda ibi, verùm. Tertia ibi, Similiter. Quarta ibi, Quòd ſi. Præſupponendum eſt, quòd quis poteſt appellare à quocunque grauamine, ſiue inferatur in interlocutoria, ſiue in definitiua. Et appellans debet petere apoſtolos, id eſt reſponſionem iudicis. Et quare dicantur apoſtoli, vide ſupra de apoſtolis dimiſſorijs & reuerentialibus. CASVS. Iudex dedit ſententiam contra me. appellaui. quæritur an debeam petere apoſtolos ſæpius: vel vtrum ſit neceſſe quòd inter petitiones apoſtolorum ſit aliquod interuallum, id eſt aliquod ſpatium temporis: vel vtrum ſufficiat multiplicare vno & eodem contextu, dicendo: Domine detis mihi apoſtolos, & iterum ſupplico quòd detis mihi apoſtolos, & iterum

*Diuiſio*

iterum vos deprecor quòd detis mihi apoſtolos? Et dicit ꝙ poſſum petere apoſtolos ſæpius vno & eodem contextu. Sed quid erit ſi iudex à quo appellaui, non dedit apoſtolos: ſed mihi aſsignauit terminum ad dandum apoſtolos: quæritur, vtrum die aſsignata debeam comparere coram iudice, vt illa die recipiam apoſtolos: ita quòd videar renuntiare appellationi, niſi compaream? Dicit quòd illa die debeo comparere: aliàs ſi non compaream, ſententia poteſt executioni demandari. Sed quid ſi iudex aſsignet mihi diem intra terminum iuris, qui terminus eſt triginta dierum à die ſententiæ, cõputando quando fertur ſententia contra præſentem. l. à iudicibus. C. eo. ſi autem feratur cõtra abſentem: tunc incipiũt currere illi dies triginta à tempore notitię. l. ij. C. quomodo & quãdo iudex. vtrũ ſit neceſſe comparere in omnibus illis triginta diebus: vel vtrum ſufficiat ſemel comparere? Dicit quòd ſufficit aliquo die comparere: dum tamen compaream loco & tempore congruis: puta quòd non compaream dum iudex eſt in menſa, vel in lecto, vel in balneo. Sed quid iuris ſi iudex noluit dare apoſtolos: vel promiſit dare, & aſsignauit terminum: ille autem die aſsignata ſiue in illo termino aſsignato non dedit apoſtolos? Dicit quòd poſſum proſequi meam appellationem, ac ſi iudex apoſtolos dare denegaſſet. h. d. H. r. Colligo aliqua notabilia. Primò nota quòd æquitas præfertur rigori. & hoc verum loquendo de æquitate ſcripta, & rigore ſcripto. ſecus ſi non eſſet æquitas ſcripta: quia nullus alius à principe poteſt ſequi æquitatem non ſcriptam, dummodo rigor ſit ſcriptus: quia nullus alius poteſt iudicare vtrum rigor cõtineat æquitatem vel non. l. inter æquitatem. C. de legi. tamen dicunt aliqui quòd domini de parlamento poſſunt præferre æquitatem non ſcriptam rigori ſcripto: tamen iſtud non reperitur iure cautum: licet domini de parlamento illud obſeruent.

Nota quòd apoſtoli ſunt ſæpius petendi: & non requiritur quòd petantur per interuallum, id eſt, quòd interponatur actus extraneus: ſed ſufficit ꝙ eodẽ contextu petantur.

Nota quòd ſi alicui appellanti iudex aſsignet certum terminum ad dandum apoſtolos: tunc appellans debet comparere illa die: aliàs ſententia non impediretur executioni mandari. Nota quarto quòd ſi iudex aſsignet appellanti terminum iuris: ſufficit appellanti ſemel cõparere coram iudice. Nota quòd paria ſunt denegare expreſſe apoſtolos, & fraudulenter diſsimulare. Nota quòd tempus præfixum, id eſt, ſtatutum ad petendum apoſtolos, currit à tempore ſententiæ: & illud tempus eſt triginta dierum: quia appellans intra. xxx. dies à tempore latæ ſententiæ debet petere apoſtolos: vel incipit currere eo tempore quo incipit currere decendium appellationis interponendæ, id eſt, tempore ſententiæ latæ: vt in gl. iij. hic. Not. ibi, decernimus. quòd iſtud verbum decernimus, inducit ius nouum: vt glo. in verbo, decernimus. Nota quòd apoſtoli qui petuntur in cauſa appellationis, interdum vocantur epiſtolæ, interdum dimiſſoriæ. Et quid ſint apoſtoli & vnde dicantur, dixi. ſ. proxime. & etiam vide Spe. eodem titu. in quarta parte. ver. ſequitur. & glo. in ca. cordi. eodem titu. lib. vj. Et dantur apoſtoli vt inſtruatur iudex ad quem: vt dicit glo. in ver. nec petat. Nota quòd obſeruantia communis attendenda eſt. talis enim obſeruantia ſecundum Lau. eſt optima legum interpres. de conſuet. cum dilectus. maxime ſi in Romana curia obſeruetur: quia quod Romæ ſit, ſpectandum eſt. ff. de offic. præſi. ſed licet. xij. diſtin. ca. j. ij. & iiij. Nota intra iuris terminum. qui terminus dicitur triginta dierum: & intra illos triginta dies debet apoſtolos petere: & etiam intra illum terminum debet iudex illos dare vel recuſare: & iſte terminus ita bene arctat iudicem ſicut appellantem. No. congruo, id eſt competenti, apto. Nota recuſet, id eſt, refutet, renuat, vt ſupra in cle. paſtoralis. de ſent. & re iudi. in verbo, recuſantem. Nota oblatos, id eſt, datos. de offero, vt ſupra ea. cle. proxime allegata.

*Apoſtoli intra triginta dies ſunt petendi.*

Gloſſa ſeq. dicit quid determinat, & remittit.

Idem.

*Sufficit apoſtolos peti vno contextu ſæpius & inſtanter: ad quos recipiendos ſi iudex certum terminum ſtatuat, appellans illos non petens in termino appellationi renuntiat. Idem cum iudex ſtatuit terminum iuris incertum, intra quem appellans illos debitè non petiit, vel oblatos recipere renuit.*

CAPITVLVM II.

QVamuis [a] rigor iuris [b] expoſcat eum qui appellat debere petere apoſtolos congruò loco & tempore [c] ſæpius & inſtanter, Nos tamen antiquam & communem obſeruantiam [d] litigantium ſequi, & æquitatem rigori præferri [e] volentes, decernimus [f] ſufficere quòd per appellantem ſimul vno contextu [g] apoſtoli [h] inſtanter & ſæpius poſtulentur. Verum ſi iudex à quo appellatur, certum [i] terminum ad recipiendos apoſtolos appellanti aſsignet, & appellans in aſsignato ſibi termino non compareat coram eo, nec petat [k] apoſtolos ſibi tradi: appellationi ſuæ renuntiaſſe videtur. [l] Similiter † ſi iudex appellanti reſponderit, intra iuris terminum apoſtolos ſe daturum, appellationi ſuæ renuntiaſſe appellans

A a *Quamuis.* determinat primum dictum quod not. ſ. eo. titu. ab eod. lib. vj. in iij. glo. vbi patet quòd mihi placebat iſte rigor, de quo loquitur prin. & idem ibi Archidiac.

b *Iuris.* ij. quæſtione. l. vj. poſt appellationem. & §. vlti. ad fi. C. eodem titu. iudicibus.

c *Tempore.* ſcilicet xxx. dierum, qui currunt à tempore ſententiæ: vel ab eo tempore à quo incipit currere decendium appellationis interponendæ. ſic intellige quod not. ſupra. eodem titu. ab eo. in gloſſ. ij. & eſt ſi. quod not. ff. de excu. tuto. l. quinquaginta. olim dabantur quinque dies. ij. quæſtio. vj. ab eod. & eſt iſte terminus etiam iudicis ad tradendum: vt probant iura prædicta.

d *Obſeruantiam.* ſi. ſ. ead. compil. de æta. & qualit. generalem. in tantum. autem vigebat hæc obſeruantia, quòd dicebat Guliel. quòd nunquam viderat hoc opponi: vt not. in decre. ab eo.

*† No. quòd terminus iuris hîc æquiparatur termino hominis. ſicut enim non petens apoſtolos in termino hominis, cenſetur appellationem deſeruiſſe. ſ. §. proxi. ita et in termino iuris: vt hîc.*

e *Præferri.* ſi. de re. permu. ca. vnico. lib. vj. Quibus autem caſibus præferatur æquitas rigori, & econtra, ſatis ſcripſi de tranſact. ca. fin.

f *Decernimus.* per viam declarationis. debuiſſet enim dici contrarium: vt ſupra patet. & ideo vtitur iſto verbo. ſi. de regula. conſtitutionem. lib. vj.

Gloſſ. ſeq. literam exponit, & dubium ſoluit.

g *Vno contextu.* Lex dicit de teſtamento in ſcriptis, quòd vno contextu fieri debet. & declarat vno contextu fieri, cum nullus alienus actus miſcetur. ff. de teſta. hæredes palam. ad fin. ſic etiam electio vno contextu fieri debet, ſupra de elect. quia propter. ſed hîc non imponitur neceſsitas hoc faciendi vno contextu, ſed dicitur quòd ſi ſic fiat, valet. & non C curo an hæc petitio fiat vno contextu cum appellationis interpoſitione necne. facit quod nota. ff. eod. l. j. in gloſſ. fin. & in Specu. de appellat. §. ſequitur. in fin.

*Vno cõtextu aliqua fieri debit.*

Gloſſa ſequens ponit alias denominationes, & de iiij. remittit.

h *Apoſtoli.* quos interdum epiſtolas, interdum dimiſſorias vocamus. ij. quæſt. vj. ab eo. &. ca. poſt appellationem. Quid ſint apoſtoli, & vnde dicantur, & de quadruplici eorum ſpecie & eorum formis, vide in Spec. eodem titu. iiij. parte. §. ſequitur.

*Apoſtoli varia habent nomina.*

i *Certum.* ſiue per denominationẽ diei, puta die Iouis proxima. vel per numerum, puta hodie ad octo dies: vel octaua die menſis.

Gloſſa ſeq. ponit diuerſitatem, & eius rationem.

k *Nec petat.* ſola ergo comparitio non ſufficeret. non ſic in caſu decre. ſi à iudice. eo. titu. lib. vj. eſt enim caſus ille ab iſto diuerſus. apoſtoli enim dantur vt inſtruatur iudex ad quem. eodem tit. vt ſuper. lib. vj. ſed reuocatio grauaminis fit, vt iuriſdictionem reſumat iudex à quo. non eſt ergo mirum, ſi plus circa primum quàm circa ſecundum arctatur appellans: D & iudex à quo plus circa ſecundum quàm circa primum. Ioannes Andreas.

*Apoſtoli dantur vt iudex ad quẽ inſtruatur.*

Gloſſa ſeq. fortificat textum, quærit, & ſub dubio ſoluit.

l *Videtur.* etiam ſi iret vel mitteret pro illa proſequenda. ſ. eod. ab eod. lib. vj. Sed quid dices ſi in iſto caſu vel ſequenti comparuit appellans in termino certo: vt hic, vel intra incertum: vt j. proxi. reſpon. iudex aſsignat nouum terminum ad illos recipiendos in quo non compareat appellans. nunquid renuntiaſſe videtur? Forte fuit de mente huius iuris, quod vltra ſecundam vicem non teneatur appellans coram ipſo pro hac cauſa comparere. Tutius eſt ex quo ſecundus terminus eſt intra tempus iuris, [a] intra quod ad hunc actum iudex eſt, coram illo in termino prorogato compareat: non tamen puto quòd teneatur plus petere. ſic procedat quod dixi de vice ſecunda: ſed ſatis eſt quod exhibeat ſe paratum recipere: ſicut in prædi. decre. ſi à iudice. Et licet (vt dixi) hoc ſit tutius: non tamen æſtimo eum qui bis comparuit, negligentem vel renuntiantem dici poſſe: aliàs ſequeretur quòd ſingulis diebus de termino. xxx. dierum poſt appellationem extantibus ad comparendum poſſet vrgeri.

*a No. quòd iudex poteſt præuenire terminum ſibi ſtatutum. ſed terminum quem ius partis aſsignat, nõ poteſt arctare. de re iu. indultum. 28. di. de his. niſi vbi ius hoc permittit. cap. cum ſit. ſ. e. Imo. Font.*

Glo. ſeq. not. differentiã literæ ꝙ declarat, & ex eo infert

*Intra.*



a *Intra dictum.* No. quia. ſ. proxi. reſponſo dixit, in aſsignato termino: hic dicit, intra dictũ terminum. vbi ergo eſt certus terminus, debet in termino comparere: nec tũc ſufficeret id ante terminum facere. vbi verò ſub hac incertitudine, ſcilicet intra terminum iuris: ſatis eſt intra illum terminum petere iterato. Et not. quòd licet terminus ſit incertus, cum reſpõdit ſe daturum intra terminum iuris: puto tamen quòd ſi reſponderet ſe daturum in termino iuris. vel vltima vel penultima die termini iuris, quòd terminus certus eſſet: nec tunc ſufficeret ante terminum comparere. Et per id videtur hic expreſſum, quòd citatus vel iuſſus vt compareat, vel aliquid agat intra certum terminum, vt quotidie fit, ſatis eſt quod intra terminum quandocunque: dum tamen loco & tempore congruo compareat, vel id agat. exempla patent de do. & contu. cum dilecti. de conſuetud. cap. ſi. & de præben. ſi pluribus. lib. vj. eo. lib. de elect. c. j. &. c. cupientes. §. ꝙ ſi per. xx.

*Iudex reſpõdens ſe daturum apoſtolos intra terminum iuris, terminũ aſsignat incertum.*

b *Terminum.* qui etiam ipſum iudicem arctat: vt dixi in j. reſponſo.

Gloſſ. ſeq. quærit, & ſoluit, contrariam obſeruantiam ponens quam partim commendat. In fine quærit, & arguit.

c *Oblatos.* ſæpius vidi dubitari cuius expenſis apoſtoli ſint tradendi. Communius ſeruatur quòd expenſis appellantis: ſed hæc litera facit in contrarium dum dicit, oblatos. ſicut ergo libellum quem actor tenetur reo offerre. ij. q. iij. offeratur. ſuis expenſis tradit: ſic & iudex apoſtolos. ad idem de offic. ordi. ſi canonici. pro hoc facit. ij. q. vj. ab eod. vbi dicitur quòd traditio apoſtolorum expeditur ex officio iudicis. Item facit. C. eo. tit. eos. in fin. vbi dicitur quòd etiam nõ petenti dari debent. hîc etiam vtitur verbo dandi, & verbo exhibendi, quo verbo etiam vtitur decre. pia. & decr. ab eo. eo. titu. lib. vj. & decre. vt ſuper. eod. titu. dicit, tribuat. & l. iudicibus. C. eo. canonizata. ij. q. vj. in fin. dicit, conuenit præſtari. ſatis eſt ergo quòd cuicunque horum verborum attribuĩ poſsit gratuita datio. Item præcedens decre. j. & decr. vt ſuper. præcipiunt eos exhiberi: & quod præcipitur, neceſſe eſt fieri. xiiij. q. j. quod præcipitur. de verb. ſignifi. in his. ex quibus videtur gratis offerẽdos apoſtolos. & facit ad materiam quod ſcripſi de elect. vt præteritæ. vt dixi. Contrarium ſeruatur: quod æquitatem habet ſaltem in delegatis. Dubitari ſolet etiam an clauſos & ſigillatos appellans recipere teneatur. & arg. decre. intimaſti. eo. titu. videtur quòd non.

*Apoſtoli cuius expenſis debent tradi.*

d *Dederit.* hîc tolle literam infra appellationem ſuam, extunc &c. idem facias in ſi. ſeq. ver.

e *Aut ſi.* ſecundus caſus, per quem patet quòd appellans ſi ſufficienter petijt apoſtolos coram iudice qui reſpondit ſe illos daturum, nullo termino ſtatuto, comparere vlterius nõ tenetur. fortius ergo ſi nihil reſponderit: aliàs inutile foret quod dicitur. ſ. j. reſponſo. & adhuc fortius ſi denegauerit: ſed hoc erat expeditum in decre. ab eo.

f *Præfixo.* tunc vel poſtea.

g *Vel intra.* tertius caſus. & per id quod dicitur hîc, & ſ. eo. §. ſimiliter. patet quòd iudex à quo, poteſt intra tempus iuris tenere impeditum appellantem. nec enim cogitur intra terminum illos dare. fa. de elect. commiſſa. lib. vj. licet ergo ſatis ſit appellanti intra terminum illos petere per modum qui ſequitur: tenetur tamen finem termini expectare, vt videat an iudex offerret, & moram purgaret.

h *Extunc.* ſcilicet in primo caſu lapſo termino præfixo per iudicem: in ſecundo poſt reſponſionem iudicis, ſi poſtea terminum non ſtatuerit: in tertio poſt iuris terminum. ſic intelligo literam, vt ſic cuique caſui continuetur iſte finis: vt ſupra dixi.

Gloſſa ſeq. ſpecificat ſeptem caſus ex textu: & duos addit, & pœnam ponit.

i *Denegati.* nec tenet ꝓceſſus ſuper principali poſtea factus per iudicẽ à quo. quod dic vt. ſ. e. ab eo. in ſi. li. vj. Ex hac ergo cõſtitutione elicias quatuor caſus contra appellantem: & A tres contra iudicem. Primus cõtra appellantem, cum apoſtolos non petit. Secundus & tertius, cũ in termino certo ad id dato, vel intra incertum illos non repetit. Quartus, cum illos ſibi oblatos nõ recipit. Contra iudicem, vt denegaſſe videatur, ſunt tres caſus: cũ in certo termino per ſe ſtatuto illos nõ tradit: vel ſe traditurum dicit, ſed terminum non ſtatuit: vel dicens ſe daturum, intra iuris terminum requiſitus illos non tradit. Duos caſus addidi, ſcilicet quando nil reſpondet vel denegat. Iudicis pœna eſt, vt proceſſus per ipſum habitus poſtea non teneat. Appellantis, vt appellationi renuntiaſſe videatur. ſuprà eod. vt ſuper. & cap. ab eo. lib. vj. & hic. Ioannes Andreas.

*Summarium textus hîc colligitur.*

*Quòd ſi* iudex in termino ad dandum apoſtolos præfixo per eum ipſos appellanti petenti non dederit: [d] aut ſi [e] dum peterentur apoſtoli, reſponderit ſe daturum eoſdẽ, nullo termino certo ſibi præfixo: [f] vel intra [g] iuris terminum ſe eos aſſeruerit velle dare: & poſtea per appellantem congruo † loco & tempore ſæpius & inſtanter vno contextu etiam requiſitus, eos non curauerit intra eundem terminum exhibere: appellationem ſuam ex tũc [h] proſequi poſsit appellans, ac ſi expreſſe fuiſſent eidem apoſtoli denegati. [i]

intelligitur: niſi intra dictũ [a] terminum [b] congruo loco & tempore inſtanter & ſæpius ſaltem vno contextu petat apoſtolos ab eodem iudice ſibi dari, vel ſi recipere recuſat oblatos. [c]

*Ponit tres caſus quibus appellans non habens apoſtolos, appellationem proſequi poteſt. hoc dicit. Ioan. Andr.*

*† Hic habes quòd illud quod incũbit iudici, debet quis petere congruo loco & tempore. loco: nõ quando eſt in prandio vel in miſſa. tempore: non de nocte, vel cum eſt in maioribus occupatus. facit l. cum filius. §. ſi. na. ff. de ver. obli. & ibi per Bar. Pet.*

Idem.

*Appellans, proſequi & finire tenetur appellationem extraiudicialem intra annum à die interpoſitæ appellationis, vel illati grauaminis: quo non facto (impedimento nullo ceſſante) appellatio eſt deſerta. h. d.*

CAPITVLVM III.

SIcut appellationẽ [k] iudicialẽ [l] ſic & extraiudicialẽ [m]

*Sicut appellationẽ.* } In hac decreta. & ſequentibus breuiloquus fuit auctor, ita quod ſummandæ nõ ſunt. ponit dictum. ſecundò addit pœnam: ibi; Quod ſi.

Præſupponendum eſt quòd appellatio debet proſequi & finiri intra annum: & ſi appellans fuerit impeditus in primo anno, dabitur ſibi alius annus. Sed quæritur, quid iuris ſi fuerit impeditus etiam in ſecundo anno: vtrum dabitur ſibi tertius annus? Vide Panor. in ca. ſi ratione. in anti. eodem titu. CASVS. Appellaui à grauamine extraiudiciali: puta cùm eſſem in pacifica poſſeſsione vineæ, domus, prati: vidi te paratum cum armis ad me impediendum: appellaui à futuro grauamine: vel cum canonici vellent eligere inhabilem in epiſcopum: ego decanus me oppoſui. vtrum iſta appellatio debeat terminari & proſequi intra annum? Dicit C quòd ſic: aliàs appellatio cenſebitur deſerta, id eſt, derelicta. Sed quæritur, quando incipit currere annus? Dicit quòd ſi appellauerim à grauamine illato: tunc incipit currere annus à die interpoſitæ appellationis. Si verò appellaui à futuro grauamine: tunc incipit currere à die grauaminis ſecuti. h. d. H. r. Colligo aliqua notabilia. Et primò nota quòd dies appellationis in qua interponitur appellatio, non computatur in termino anni ad proſequendum & finiendũ præfixi. glo. in verbo, à die. Ex quo nota quòd dictio à, coniuncta dierum numero, excludit illam diem cui adiungitur exemplum hic in litera à tali die. ſimile notatur in c. ſtatutum. de præben. lib. vj. No. quòd à futuro grauamine appellatur extra iudicium duntaxat, & tunc tempus anni currit non à die interpoſitionis ipſius, ſed à die illati grauaminis. Et not. ſingulariter duo ex hac litera. Primum notabile, quia ſicut datur annus ad proſequendum in appellatione iudiciali, & ex cauſa datur biennium: ita in extraiudiciali. Secundum notabile, quòd tempus anni datur ad proſequendum & finiendum in vtraque appellatione. & quòd ceſſante impedimẽto vtraque appellatio per lapſum anni remanet deſerta. Et circa impedimenta vide hic glo. penul. Et dic latius vt notatur in ca. cum ſit. de appell. No. quòd appellatio extra iudi- D cium comparatur appellationi iudiciali. diſcõparatur etiam, vt not. eod. titu. bonæ. de hoc in gloſſa. iij. in ſi. Nota quòd extra iudicium appellatur à futuro grauamine. de hoc in glo. in verbo, à futuro. Zabarel.

k *Sicut iudicialem.* Hic approbat in vno dicto quod no. Innoc. eo. titu. conſtitutus. &. ca. bonæ. in alio determinat not. C. de tempo. ap. l. fin. §. illud. & reprobat opin. Hoſtien. quam not. eod. titu. ex ratione. approbat quod olim diſputãdo terminaui: vt. j. patebit.

l *Iudicialem.* ij. quæſtion. vj. ei qui. ſuprà eodem titu. cum ſit Romana.

m *Extraiudicialem.* De qua eod. titu. concertationi. lib. vj. & hoc probabamus olim per decret. conſtitutus. eod. titu. quæ loquitur de appellatione extraiudiciali: & tamen appellans non impeditus excludit à proſecutione poſt annum. quod ibi Innoc. tenebat cum determinatione huius capituli, ſcilicet quòd quando appellat à futuro grauamine: tunc à tempore grauaminis annus proſecutionis incipiat. Et xij. differentias inter extraiudicialem & interiudicialem appellationem ſcripſi poſt Hoſtien. eod. titu. bonæ.

Gloſſ. ſeq.

Gloſſa ſequens primò notat, allegans.iiij.concor.& vnam differentiam. Secundò ponit.v.opi. & quintam coadiuuat.v. rationibus. Tertiò primam approbatam probat alijs.v.rationibus. Quartò reſpondet ad opi. & rationes contrarias.

**intra annum à die [a] interpoſitionis ipſius vel à die illati grauaminis vbi à futuro [b] grauamine appellatur, proſequi & finire [c] tenetur appellans.**

**Quod ſi iuſto impedimento [d] ceſſante non fecerit, debebit eius appellatio deſerta [e] cenſeri.**

a *A die.* Ergo videtur quòd illa pars diei in qua appellatur, cedat lucro appellantis, nec computetur in anno, ſic de elec.c.j.de excep.pia.de reſti.ſpo. frequens.§.de præben.ſtatutum.lib.vj.& in hoc differat à tempore appellationis interponendæ, quod currit de momento ad momentum. de re iu. ꝙ ad conſultationem. Scire debes quòd olim hanc quæſtionem diſputaui, ſcilicet quãdo deberet currere tempus appellationis proſequendæ. Accur.in l.ſi. C.de temp.appel, ponit tres opi. ſcilicet hic approbatam, & aliam, quòd incipiat à tempore inchoatæ proſecutionis, pro qua facit lex illa ibi, & annale tempus poſt inchoatam litem præterierit. Tertia eſt, quòd appellans ſi non proſequitur intra annum à tempore appellationis, vel biennium ex cauſa, rata manet ſententia. ſed ſi inchoauit intra hæc tempora, tunc à tempore inchoationis habeat annum, & ex cauſa biennium. ſed vt ibi no. ſecundum has duas opi. poſſet proſecutionis tempus extendi ad quadriennium. Eſt quarta opi. quam ipſe not.in auth.de iudi.§.appellationes.col.vj.vt curſui ipſius anni præponantur duo menſes per. §. prædictum, vbi videtur expreſſum. Et quinta opi. quæ placet Hoſtien. eodem titu.ex ratione. quòd currat annus à tempore ſententiæ à qua fuit appellatum.alleg.ij.quæſt.vj. anteriorum. ver. & ſancimus. ſed ibi loquitur de tempore appellationis interponendæ. Iuuabam hanc opi.per.leg. iudicibus. Cod. eod. quæ habetur.ij.quæſt.vj.in fine.vbi tempus apoſtolorum petendorum currit à tempore ſententiæ, vt etiam dixi. ſupra c. proxi.in glo.iij.ad idem.ea.quæſt.propter ſuperfluam. facit eodem titu.non ſolùm.lib.vj.vbi attentata poſt ſententiam, ſcilicet ante appellationem, reuocantur per modum attentati. Item tempus reſti.in integrum, & ſupplicationis contra ſententiam currit à tempore ſententiæ.de reſti.in integ.ca.j. lib.vj.Cod.de preci.impe.offe.authen.quæ ſupplicatio.Item annus executionis qui datur delegato, currit à tempore ſententiæ. de offic.dele. quærenti. ſic dicam de iſto, & videtur caſus.Cod.de temp.app.l.j. quod de tempore proſecutionis videtur debere intelligi. Prima opi.quam in ſolutione tunc tenui, ſic probatur: Iſtud tempus datur appellanti, & ad proſecutionem appellationis.ij.quæſt.vj.ei qui. aliàs incipit, ſi quis appellat.Cod.de temp.ap.ei qui.eod.titu. cum ſit. &.ca. reprehenſibilis ſæpe.&.ca.conſtitutus.de ſent.excommu.licet.lib.vj.ergo oportet appellationem præcedere huius temporis curſum, ne lex ſit impoſsibilis.iiij. diſtinct.erit autem. cum ſi. Item decre.ad hoc.ij.eodem titu.dicit poſt appellationem. Item lex.ij.in prin.&.l.iij.poſt princ. Cod.de temp. ap.ad idem eodem titu. Nicolao.de do. & contu. cum olim. in fin. Item cum decem dies dentur ad deliberandum an expediat appellare, non computabuntur in tempore proſecutionis. nam iſta diuerſa ſunt. quod patet de procu. non iniuſtè.in ſi.Cod.eodem titu.inuitus. Et facit quod ibi no. aliàs cum tempus interponendæ currat à tempore ſcientiæ illius ſententiæ.ij.quæſt.vj.biduum.eodem titu.concertationi.lib. vj.ſi tempus proſequendæ curreret à tempore ſententiæ, [a] ſecundum id poſt annum poſſet appellare, ſed non proſequi. ſi.quod no.ff.de excu.tu.quinquaginta.facit.ff. de requi.re.l. annus.per quæ iura, & per decre. ex parte. ſupra de reſcrip. hanc partem elegi, quæ hic approbatur. Ad contraria reſpondetur quod ſecunda & tertia opi. abſurditatem habent, de qua dixi. ſupra poteſt ergo exponi quod dicit ibi lex, vt ibi no. præterierit, id eſt præteriſſe noſcatur. vel clarius, id eſt curſum ſuum compleuerit. & per eundem modum tollitur quarta. & quod dicit.§.appellationes. poſt duos menſes tempus fatale ſuum inchoare curſum, exponas, id eſt inchoatum proſequi & finire. vel quod ibi dicitur, eſt locale vel ſpeciale, vt ibi not. Pro quinta opin. non facit decre. ex ratione. vt patet ex ea, & ibi ſcripſi. Lex iudicibus. non ob. quia licet appellare & apoſtolos petere ſint diuerſa & habeant diuerſa tempora, quia tamen fiunt coram eodem, & ſecundum acceſſorium eſt primi, & in ſola verbali petitione conſiſtens, voluit ius vnum tempus cum alio confundi: ſed appellatio & proſecutio fiunt coram diuerſis, quæ proſecutio in multa difficultate conſiſtit: quare ius noluit vnum tempus in aliud imputari. In tempore reſtitutionis, ſupplicationis, & executionis, non eſt dare diuerſa tempora quæ poſſunt confundi, ſed vnum ſolũ. decret. non ſolùm. in beneficio deliberandi procedit, quod habet victus per decendium quo reuocantur ante appellationem & poſt ſentẽtiam innouata. Lex.j.C. de temp.ap.varios habet intellectus, vt ibi not. Ioan.And.

*Appellationis proſequendæ quãdo incipit tempus currere.*

*Reſtitutionis, ſupplicationis, & executionis tempus currit à tẽpore ſentẽtiæ.*

*a Aliàs ſcientiæ.*

b *A futuro.* quia in iudicio non appellatur niſi à grauamine illato, vel comminato: ideo non in iudiciali, ſed extraiudiciali procedit hęc diſtinctio. ſi ergo appellat canonicus ne fiat electio eo excluſo, vel ne fiat de Titio, vel ne fiat niſi de nominato per maiorem partem capituli, vel appellat poſſeſſor ne in poſſeſsione inquietetur, extunc & non prius, cum contra appellationes factum fuerit, illas proſequi tenetur. ſic loquuntur de elect.cum nobis. &.c.auditis.& eod.titu.conſtitutus.&.ca. bonæ.

*Appellari nõ poteſt in iudicio à grauamine futuro.*

## Idem.

*Tempus ad proſequendam appellationem ab homine vel à iure præfixum, non currit appellanti compromiſſo durante, vel de partium expreſſo conſenſu, niſi periculo imminente ex mora iudex aliud decernat.*

### CAPITVLVM IIII.

**Q Vãdiu [f] appellatione proſecutio per compromiſſum [a] vel aliàs [b] de partim expreſſo [c] conſenſu differtur, tempus ad proſequendum eandẽ ab homine [d] vel à iure præfixum currere [e] nolumus appellanti, [f] Niſi fortè [g] iudex videns ex dilatione periculum imminere, [h] præciperet [i] in illa procedi.**

c *Finire.* in hoc conuenit tempus reſtitutionis in integr.§. ca. compi. de reſtitu. in integ. ca. vnico.& approbat in hoc quod not. Innocen. ſupra eo.ex ratione.& Ber.§.eod.cum ſit. & ca.oblatæ.

d *Impedimento.* de hoc quod prouenit quandoque ex parte iudicis, quandoque ex parte appellantis, quandoque ex parte appellati, ſatis.§.eodem ex ratione.& in Specu.eod. titu.§. nunc breuiter.

e *Deſerta.* idem verbum infra eo.ca.iij.&.C.eo.l. quoniam. j.Ioan.And.

f QVandiu.} Primò ponit dictũ. Secũdò ab illo exceptionem ibi, Niſi. Imola. Præſupponẽdum eſt illud quod dicitur in c.Romana.eo.titu.lib.vj.videlicet ꝙ licet appellãs de iure habeat annum ad proſequendã ſuam appellationem, ita quòd non efficitur deſerta niſi poſt annum: veruntamen iudex à quo, poteſt illum terminũ abbreuiare. & hoc verum reſpectu proſequendæ appellationis, non autem reſpectu finiendæ & terminandæ appellationis. CASVS. Tu & ego litigabamus. fuit lata ſententia contra te. appellaſti. Iudex dedit tibi apoſtolos, aſsignando tibi terminum duorum menſium ad proſequendam tuam appellationem. Pendente illo termino duorum menſium, compromiſimus in arbitros, id eſt, conſenſimus in aliquos arbitros qui haberent decidere cauſam principalem intra medium annum. Quæritur vtrum pendente illo termino medij anni, currat tempus aſsignatũ ad petendum apoſtolos? Dicit quòd non: ſed pendente termino arbitrij, terminus aſsignationis quieſcit. Et finito compromiſſo habebis tempus quod reſtat. Sed quid ſi expreſsè & ex cõſenſu noſtro prorogauimus terminum vſque ad annum: quia fortè viget tempeſtas & peſtis: vtrum pendente prorogatione currat tempus aſsignationis? Dicit quod non: imò partes poſſunt facere iſtam prorogationem: niſi iudex ex ſuo officio videns periculum imminere, præciperet partibus vt procederent: & inciperet tunc currere à tempore præcepti: quia fortè eſt cauſa matrimonij vel electionis, vbi imminet periculum. No. primò ꝙ pendente compromiſſo inter appellantem & appellatum, non currit tempus aſsignationis ad proſequendam appellationem tantum, vel proſequendam & finiendam. Not. quòd partes ex communi conſenſu aliter quàm per compromiſſum poſſunt protelare & prorogare tempus ad proſequendam appellationem tãtum, vel proſequendam & finiendam. Nota quòd iudex ex cauſa poteſt præcipere partibus vt procedant in cauſa appellationis non obſtante compromiſſo vel alio conſenſu partium: & ſic iſta clementina addit tria ad authen. ſi tamen.C. de temp.appel. quæ ſumitur ex illa authentic. vt prima gloſſ. dicit. Primò addit, quia authentica bene dicit, quòd pendente compromiſſo non currit tempus ad finiendam appellationem, & nihil dicebat de termino aſsignationis ad proſequendam tantum. Secundò, quia illa authentica ſolum loquitur de compromiſſo, & non de prorogatione vel alio conſenſu, iſta cle. loquitur de omni conſenſu. Tertiò addit in hoc quod dicit, quòd iudex de officio ſuo poteſt præcipere partibus vt procedant, & hoc ex cauſa, videlicet quando cauſa appellationis deſiderat celeritatem, vt in matrimonio ſpirituali & carnali. Not. ex dilatione, id eſt ex prorogatione. Nam dilatio, eſt temporis in cauſa prorogatio. Vel ſecundum Bal. eſt tẽpus quod habet certum principium & certum finem. Vel ſic, Eſt tẽpus datum à lege vel à iudice partibus ad veniẽdum. Et talis eſt duplex, ſcilicet prima quæ datur ab homine vel à iudice. Secunda, quæ datur à iure vel à lege, vt patet in rubrica de ferijs. Et dilationum (ſecundum Hoſti. in ſum.tit.de dilatio. §.j.) aliæ ſunt citatoriæ, quę dantur vocato ad cauſam, vel ad veniendũ ad iudicem ante litis conteſtationem, intra quas citatus ſe præparabit vt veniat in termino, & nihilo minus poſt terminũ, vt de offi.deleg.conſuluit. Aliæ ſunt dilationes reſtitutoriæ, quæ dãtur his qui ſpoliati fuerunt, vel quæ dantur ad appellandũ, quę ſunt decem dierũ: vel ad reſtitutionẽ in integrũ petendã, quæ olim intra annum vtilem, hodie intra quadriẽniũ cõtinuum dantur, vt.C.de in integ. reſtit.l.ſi. Aliæ ſunt deliberatoriæ. quæ dantur reis ad deliberãdũ, de quib9.C. de litis cõteſta. Aliæ ſunt perẽptorię, quę dãtur volẽti probare, de quib9 in.l.j.C. de dilationib9. Aliæ ſunt executorię, quę dantur condemnato ad hoc ꝙ ſatisfaciat. de his.l.ij.C.de vſu. Aliæ ſunt reuocatoriæ, quæ dantur habenti ius reuocandi domũ de quibus habetur.l. ij.§. legatis ff.de iudiciis. Aliæ ſunt vacatoriæ, ſiue feriales, vt in.l.j.C. de feriis.&.ff.e.& xxv.q.iiij.per totũ. Alię ſunt perſecutorię, quæ dantur ad appellationẽ proſequendã, de quibus in auth. ei qui appellat.C.de temp.appel. & hic in noſtro propoſito. Aliæ ſunt ſaluatoriæ, vt pœnitentiales. Alię præceptoriæ. de ap.c.præterea. Alię electoriæ, vt de cõuer.coniu.c.ex publico.ff.de adop.l.mancipiorũ.& de elect.ne pro defectu. Aliæ expertoriæ, vt de frigi.& maleſi.ca.laudabilẽ. Aliæ exemptoriæ, vt qui matri.accu.poſſunt. c.fin. Aliæ refutatoriæ, vt de ap.perſonas.&.c.ſecundo requiris. Aliæ executoriæ, ſcilicet ad proponendas exceptiones conceſſas à iure de excep.paſtoralis. Not. quòd pendente compromiſſo dormit curſus fatalium, & ſic finito compromiſſo reaſſumit ſuũ curſum, & computantur vltima tẽpora cum prioribus. de verb. ſignifi.dilecto.& de in integ.reſti.cle.vnica. Not. quòd in cauſis in quibus vertitur periculum, poteſt iudex etiã partibus non proſequentibus ad appellationẽ procedere. de hoc in gloſ.in ver.imminere.Zab.

*Diuiſio.*

*Dilatio quid ſit.*



Gloſſa ſeq.dicit vnde ſumpta, & literam exponit.

Quandiu} ſumi potuit ex auth. ſi tamen. C.de tempo.ap. ſumpta de cor.auth.de appel.§.j.col.viij. quæ tamẽ in tribus hic ſuppletur, vt.j.dicam.& quòd dicit quandiu, exponas, id eſt quantumcunque diu. vnde dicit auth. etiam ſi decies mille anni effluxerint.

Gloſſa ſequens ponit caſum diuerſum, pro ratione remittit, & literam declarat.

a *Compromiſſum.* non ſic in eligentibus qui compromittũt, quibus bene currunt electionum tempora. de elec.ſi cõpromiſſarius.j.reſpon.li.vj.& ratio diuerſitatis ibi not.in glo.ſi. Si ergo compromiſſarius non pronuntiat, reuertitur appellans ad iudicem, & idẽ puto ſi pronuntiat, ſed appellans vult pœnam ſoluere, & appellationẽ proſequi: nec iſta litera contradicit, immo fauet, cum dicit tempus interim non currere. Item etiam ante pronuntiationem compromiſſo durante poterit appellans ad iudicem redire ſoluẽdo pœnam, vt no. de offi.deleg.ſignificantibus.in.iij.gloſ.

*Eligentib9 cõpromittentib9 currũt electionum tempora.*

b *Vel aliàs.* hoc ſupplet hæc decre. quod non dicebat auth. pone mortalitas vel alia peſtis cœpit eſſe in loco appellationis proſequendæ, ita quòd conuenerunt [a] appellans & appellatus differre ad certum tempus, ita quòd tempora non currerent, vel aliquid tale.

*a Si non cõueniſſent, peſtis non excuſaret, inquit Panor. vide eundẽ in.c. cũ dilecti. de dolo & contu. Fõt.*

Gloſſa ſequens notat à contrario, ponit exempla, & cauſam reddit.

c *Expreſſo.* nõ ſufficeret ergo tacitus, puta ꝙ ſimul appellãs & appellatus ad domiciliũ redeũt, vel longã peregrinationẽ ſimul arripiunt, vel aliquid tale. imputet enim ſibi appellans qui ſic itinerat. Item per procuratorem proſequi poterat.

d *Ab homine.* hoc eſt ſecũdum in quo ſuppletur authen. quę loquebatur ſolùm de tempore iuris.

e *Currere.* non intelligas ꝙ cõpromiſſo deſerto, vel tempore de quo cõuenit finito, habeat appellans integrũ tempus, ſed ſolùm habebit quantũ tempore compromiſsi ſupererat. dormit enim tunc illius temporis curſus. facit.§.ea. cõpi. de reſti.in integ.c.vnico quod plenè no. de verb.ſig.dilecto.ff. ex quib.cau.ma. ſed & ſi per prætorem. §.quoties.

f *Appellanti.* vel appellato.

g *Niſi fortè.* tertium, in quo ſuppletur authen.

h *Imminere.* §.eo.oblatæ.ad ſi. quæ ponit exemplũ de cauſa electionis, vel matrimonio ſpirituali, idẽ ibi dixi de matrimonio carnali, ſecundũ Gof. Hoſti.& Aegi.alle. vt lit. nõ conte. quoniã. Idem dicit ibi Gof. in aliis quæ celeritatẽ deſiderãt. ff.de dam.infec.l.j.ff.de fer.l.j.& ij. ADDITIO. Idẽ ſi ex dilatione fit aliis præiudicium, vt ſi eſſet quæſtio hæreditaria vel natalium, quæ differtur in fraudem legatorum. qui filij ſint legi.lator. Ex quo no. ſecundum Lau. quòd vbi intereſt tertij, puta reipublicæ, ſeu eccleſiæ, vel priuati, vel vbi periculum animarum imminet, poteſt iudex compellere partes ad litigandum. C. quomodo & quãdo iudex. auth. qui ſemel. de collu.c.j.& quod ibi no. Cardinalis.

i *Perciperet.* poſt illud ergo præceptum incipient currere tempora. hoc intendit.

## Idem.

*Ante definitiuam appellanti non licet proſequi cauſas in appellatione nominatim non expreſſas: Nec proceſſus primi iudicis iuſtificari vel impugnari poteſt, niſi ex actis coram eo.*

### CAPITVLVM V.

**A Ppellãti [k] ab interlocutoria [l] vel à grauamine iudicis, [m] non licet alias cauſas [n]**

k APpellanti.[b]} Se ſummat. Habet duo dicta quæ varias opiniones determinant, vt.j.dicetur. CASVS. Appellaui ab interlocutoria iudicialiter lata, vel à grauamine extraiudiciali. A grauamine hoc modo, quia cum eſſem canonicus eccleſiæ Bituricenſis, alij canonici volebãt eligere Titium. appellaui ne eligeretur, & in appellatione inſerui cauſam appellationis, quia dixi quòd erat illegitimus. inueni quòd hæc cauſa erat falſa. volo proſequi aliam, ſcilicet quòd eſt excommunicatus, vtrum poſsim? Dicit quòd non. Sed quid ſi iudex aliquis fecit me citari ad locum non tutum, & eſt notorium quòd locus non eſt tutus? Certum eſt quòd non teneor comparere nec appellare, veruntamen ex abundanti apppellaui. pendente appellatione fui reconciliatus, ita quòd modo habeo tutum acceſſum. aduerſarius meus vult impugnare aſsignationem mihi factam ex iſta noua cauſa, quia nunc patet tutus acceſſus. vtrum poſsit? Dicit quòd ex cauſa ſuperueniẽti aſſignatio non iuſtificatur. Et quid ſi iudex fecit me citari? Dixi quòd non teneor reſpondere coram ipſo, quia excõmunicatus eſt minori excommunicatione. Iudex interlocutus eſt contra me. appellaui. nunc dico quòd erat excommunicatus maiori excommunicatione, vtrum ex iſta noua cauſa poſsit iuſtificare meam appellationem? Dicit quòd non. h.d.H.r. Colligo aliqua notabilia. & primò quòd appellãs ab interlocutoria vel grauamine, tenetur cauſam grauaminis exprimere in ſua appellatione, nec poteſt iuſtificare appellationem ſuam ex nouis cauſis expreſsis in appellatione. ſecus ſi appellatur à definitiua, quia non eſt opus exprimere cauſam, ſed ſufficit dicere, Volo à veſtra ſententia definitiua tanquam iniuſta appellare, vel appello à veſtra ſententia definitiua tanquam iniuſta. Nota ſecundò quòd ſicut appellatio non poteſt iuſtificari ex cauſa non expreſſa in appellatione, ita proceſſus iudicialis non poteſt iuſtificari ex cauſa coram iudice non propoſita, vel de nouo expreſſa. fallit vt dictum eſt, in ſententia definitiua, vbi non requiritur expreſsio cauſæ. & hoc verum niſi in caſibus, in quibus ius dicit appellationem non eſſe admittendam, quia tunc cauſa etiam in definitiua eſſet exprimenda. Nota ibi, cauſas, quòd in appellatione ante ſententiam poteſt quis exprimere & proſequi plures cauſas, & de hoc in gloſ.in ver. expreſſas ibi, & not. quæ hic vult Zabarel.

*b Lo. Ro. ſingulari 278.1. parte huius clemen. poſt Bal. in.l. per hãc.C. de temp.appel. limitat non procedere in cauſis quæ de nouo ſuperuenerũt. Item ſi interlocutoria ſic granet, quæ per appellationẽ à definitiua nõ poſſet reparari. ſed an verum dicat Lo. tu videbis hic Zabarel. & Bar. cum Alexan. ibi in prima additione in.l.ei9 qui ff.de appel. vide Felin. c. qualiter. colum.4.de accu. Font.*

Gloſ. ſequens oſtendit reprobatam opin. Innocen.& contrariam approbatam.

l *Ab interlocutoria.* Per hoc & per verbum, nominatim, quòd j.ſequitur, reprobatur opin. Inno. quam no. de no. oper.nũ. ca.pe.vbi tenet quòd ſatis eſt appellantem ab interlocutoria exprimere illam iniuſtam, etiam ſi non adiiciat in quo vel quare. & licet ibi hoc approbet, prius tamẽ ibi dixerat quòd nimis eſt generale hoc verbum, ſicut & ſi diceret ſe grauatum, & non exprimeret in quo. Dicit autem opinionẽ ſuam amplius procedere, quando appellans diceret ſententiã iniuſtam, quia ex inſtrumentis, teſtibus, vel aliis productis aliter vel contrarium pronuntiari debuerat. inducit decret. eo. tit.ex parte.j. Hoſti. ibi contra, dicens quòd appellans habet exprimere cauſam quare ſit iniuſta, & maximè per decr. cordi.eo.tit.lib.vj.& hoc placet Guli. in Spec.de ap. §. qualiter. in princ.& hoc approbatur, & merito, quia non eſſet aliàs differentia in expreſsione inter appellantẽ à definitiua, & ab interlocutoria, cuius contrarium vult decre. vt debitus.§.e. & prædi.decre.cordi.& facit quod ibi not.in v.gloſ. An verò ſententia ſuper peremptorio ſit definitiua vel interlocutoria, dicam.j.ca.ſi.in prin.

*Appellans ab interlocutoria, quid exprimere debet*

m *Iudicis.* Facit pro Inno. qui intellexit decre. cordi. quãdo extra iudicium appellatur tãtùm à iudice. vide quod ibi no. in.iiij.glo.& hoc dicit, quia appellatio contra partem, iuſtificatur ex futuro grauamine, vt ſupra.c.ij.

n *Alias cauſas.* etiam notorias. licet enim notorium releuare poſsit

poſsit ab onere probandi, nõ tamen releuat ab onere propo nendi,[a] vt ſcripſi.§.vt lit.non conteſta.c.ij.ſuper.j.gloſ.

*a Sequuntur Pa. Imol. hic vide la. in.2. col. 7.ff. ſi quis in ius voca. nõ ie rit. Fe.c.cũ dilecta. de reſcrip.col. 26. Font.*

a *Nominatim.* Concor.de ſen.excõ.conſtitutionem. li.vj.in appellationibus in quib⁹ arctat decre.vt circa. de elect.li.vj. fortior ſit expreſsio vt ibi,& eod.tit.conſtitutio,& in cle.de elec.conſtitutionem ij.reſpon.

Gloſ.ſeq.primò di cit opi. Ber.approbatam,& contrariã reprobatam. Secundò notat & remittit.

prosequi quàm in appellatione ſua nominatim [a] duntaxat expreſſas. [b] Nec proceſſus [c] primi iudicis [d] ex nouis, [e] aut de nouo probandis [f] iuſtificari poteſt, vel etiam impugnari: [g] ſed tantũ ex illis quę acta fuerunt vel exhibita coram ipſo.

Idem.

b *Expreſſas.* Approbat quod not. Ber.c. tit.cũ cauſam. in vlt. gl.& reprobat quod not. Ioã.ij. quæſt.vj. non ita. & ipſe Vin. & Goffr.in decret.vt debitus.vt ibi ſcripſi ſuper verbo,probabili. & iura quę prò eo faciunt,loquuntur cum appellatur à definitiua. ff.e.lcio. in fi.Et no.per hoc plurale quod adiicitur cauſas,&per iſtud ſingulare verbum appellanti,cõtra ſtylum curiæ,quæ habet ex pluribus cauſis expreſsis in appellatione non exprimere niſi vnam in reſcripto commiſsionis: ſuper quo vide quod ſcripſi in prædic.decre.cum cauſam. ſuper vlti.gloſ.& quod no.in Spec.de ap.§.de officio.in pe.col.

*Stylus curiæ in committenda cauſa appellationis.*

Gloſſa ſequens oſtendit opin. Innocen. approbatam & contrariam reprobatam, cuius iuribus reſpondet hic, & infra gloſ.ij.

c *Nec proceſſus.* Hic approbat quod no.Inno.in prædi.decre.pe.de no.ope.nun.reprobans quod ibi no.Hoſt.& quod no.gl.in decret.ij.vt lit.nõ conteſta. in glo.quare dicit.quod etiam tenebat Ioan.& Vin.ibi.tamen.Hoſti.contra.& no.ꝙ dicit proceſſus, quia definitiua à qua fuit appellatum, bene poteſt iuſtificari & impugnari ex nouis cauſis vel nouiter probandis, & ſic loquuntur iura quæ inducebat Hoſtien.de fide inſtru.cum Ioannes. de teſtib. fraternitatis.ſaluo quod habes in cle.de teſti.cap.ij.

*Appellatio à definitiua ex nouis cauſis iuſtificari poteſt.*

d *Iudicis.* A cuius grauamine vel interlocutoria fuit appellatum,de quo præmiſit.

e *Ex nouis.* Vnde quod dicebat glo.prædi. decret.ij. vt lit. non conteſt.quòd ex grauamine receptionis teſtium factæ lit.non conteſta.iuſtificabatur præcedens appellatio,reprobaui olim inducens decre.dilecto.§.eod.titu.per quam patet quòd etiam præcedens grauamen non iuſtificat appellationẽ,niſi fuerit expreſſum in illa.ſi ergo iniquitas iudicis pręcedens appellationem illam non iuſtificat, ergo nec ſubſequens.duo ergo requiruntur coniunctim, quòd grauamen præceſſerit appellationem,vt hic,& quòd fuerit expreſſum in illã,vt ſupra proxi.reſponſo.

Gloſſa ſequens reprobat vnam lecturam, ponens aliam quam exemplificat.

f *Probandis.* Non intelligas quòd veritas grauaminis probanda non ſit coram iudice ad quem,etiam ad iuſtificãdam appellationem,licet probata non fuerit coram iudice à quo. quod dic vt.§.eod.tit. interpoſita.j. reſpon.ſed hic intelligit grauamen iudicis,vel in iuſtitia proceſſus oportet quòd pateat ex actis coram iudice. vnde ſi propoſui exceptionem, probationem obtuli, &admiſſus non fui,hoc probato apparet grauamen. ſed ſi exceptionem legitimam probaui, & iudex illam repulit, hoc probato grauamen apparet. Sed ſi excipiebam actorem excommunicatum minori,iudex illam repulit, non iuſtificatur appellatio, nec impugnatur proceſſus probando illum excommunicatum maiori,dequo in primo iudicio non fuerat obiectum. Item ſi appellaui propter exceptionem de loco non tuto,non admiſſam, non iuſtificabitur proceſſus, licet nunc probetur me poſtea reconciliatum.

*Caſus capituli poteſt hinc ſumi.*

g *Impugnari.* Impugnatio reſpicit appellantem, iuſtificatiõ reſpicit appellatum,neuter autẽ ipſorum vti poterit his quę coram ipſo acta vel exhibita non fuerunt.

SI *appellationem.*} Casvs. Tu & ego litigabamus corãm officiali Bituricenſi. ipſe tulit ſententiam contra te. intra.xxx. dies non petiſti apoſtolos, vel ſi petiſti,non comparuiſti in termino tibi aſsignato per iudicem à quo, ad dãdum tibi apoſtolos:vel ſi comparuiſti,tamen non introduxiſti tuam appellationem intra terminum tibi aſsignatum, tamen poſtea proſecutus fuiſti tuam appellationem. Vtrũ non obſtante proſecutione prima ſententia tranſierit in rem iudicatam? dicit quòd ſic.

Colligo aliqua notabilia. Et primò quòd per negligentiã appellantis efficitur appellatio deſerta, id eſt perinde habetur ac ſi nõ fuiſſet appellatũ, nec tũc fiet deuolutio ad ſuperiorẽ.Not.ſecũdò ꝙ appellatus poteſt proſequi cauſam appellationis appellante nõ proſequente, quia appellãs poteſt

*Appellatio per negligentiam efficitur deſerta.*

A renunciare appellationi quo ad effectũ eius,ita quòd appellatio deſerta non aſſumit vires ex proſecutione. No.ergo ſententiam totius.ca.videlicet quòd ſententia à qua fuit appellatum,tranſit in rẽ iudicatã ac ſi non fuiſſet appellatũ,dũmodo appellatio non fuerit proſecuta ſed deſerta: puta lata eſt ſententia contra me, à qua appellaui, ſed intra triginta dies non petij apoſtolos. Quæritur an talis ſententia trãſiuerit in rem iudicatã ac ſi nõ fuiſſet appellatum? Dicitꝙ ſic.Sed pono ꝙ poſt.xxx.dies petij apoſtolos,& proſequor meã appellationem.Quero an iſta proſecutio impediat executionẽ ſententiæ? Certè non,quia poſtquã tranſiuit in rem iudicatam,poteſt mandari executioni intra tempus legitimum,forſan intra quatuor menſes qui dantur iudicatis ad ſoluendum iudicatum.

*Proſecutio appellationis deſertæ non impedit quin ſententia cenſeatur in rem iudicatam tranſiuiſſe.h.d. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM VI.

SI appellationem [h] per negligentiam [i] appellantis deſertã, [k] appellans ipſe cũ appellato, [l] aut appellatus [m] etiã per ſe & principaliter proſequatur,

*Sententia tranſit in rẽ iudicatã per deſertionem appellationis.*

B h *Si appellationem.* Reprobat quod not.Inno.eo.tit.ex ratione.approbans & fortificans quod ibi not.Hoſti.

i *Per negligentiam.* Vt quia neglexit apoſtolos petere, vt in c.quamuis.§.eo.vel neglexit proſequi intra tempus iuris vel hominis,vt in decre.ſicut.§.eo.

Gloſſa ſeq.alleg.concor.& ſoluit duo dubia.

k *Deſertam.* Idem verbum in prædi. decre.ſicut. Et no.quia ſi in appellatione quæ à principio tenuit,& poſtea tenere deſiit,procedit hoc dictum,fortius puto procedere in appellatione quæ diceretur à principio non tenuiſſe, vt quia dicitur interpoſita tertiò vel poſt decem dies. Item ſi procedit in tacitè deſerta per negligentiam,fortius in expreſsè deſerta per renuntiationem.facit eo.tit.Romana.§.ſi verò.&.§.ſi autem.lib.vj.

*Appellatio poteſt eſſe deſerta tacitè & expreſſe.*

l *Cum appellato.* Licet ergo dilationes quas petit appellatus, per quas protelatur appellationis proſecutio,proſint appellanti, ſicut etiam reſtitutionem petenti proſunt quas petit reus cõtra quem petitur.C.de temp.reſtit.in integ.l.penult. ipſa tamen proſecutio quam facit etiam appellatus,ſibi non

*Delationes appellãti proſunt appellanti.*

C prodeſt,vt hic per rationem quam.j.dicam.

Gloſſa ſequens ponit dictum Inno. & duas rationes ipſius ad quas ſecundò reſpondet,ponens contrarium dictum Hoſtien.quod fortificat,& rationem reddit, cui rationi obiicit & ſoluit.

m *Appellatus.* Hic fortificat dictum Hoſti.quærebat enim Inno.quid ſi poſt lapſum tempus proſecutionis fertur ſententia infirmans primam ſententiam,poſtea petit appellatus ipſam primam executioni mandari? Tenebat quòd ipſi appellato obſtabit exceptio rei iudicatæ ex ſecunda ſententia infirmationis: nec valebit ſi dicat per lapſum temporis ante ſententiam infirmationis primam ſentẽtiam ratificatam, quia ſecundum eum prætextu huius nouæ defenſionis non debet ſecunda infirmationis ſententia retractari. de re iudi. inter monaſterium.C. de tranſac. ſub prætextu. nec valet etiam dicere quòd non valet ſecunda ſententia lata contra primam, quia vt dicit ſecundum id nunquam valeret ſententia appellationis primam infirmans. nec eſt etiam ſuper eo prima lata in cauſa principali, & ſecunda lata in cauſa appellationis. & hoc reprobat Hoſtien. dicens quòd lap-

*Sententia infirmationis lata poſt temp⁹ appellationis proſequenda,an poſsit appellatus petere vt prima ſententia executioni mandetur.*

D ſus temporis ratificat ſententiam, & facit haberi perinde ac ſi non fuiſſet appellatum. ſententia ergo infirmationis poſtea lata, à non ſuo iudice lata fuit. Item non valet ſententia contra rem iudicatã. de hoc in prædi.decre.inter. Nec ob.prima ratio Inno. quæ procederet in ſententia lata à ſuo iudice.Nec ob. ſecunda ratio,quia vbi per appellationem ſuſpenſa manet prima ſententia,bene tenet ſecunda contra primam: ſed ex quo ceſſat prædicta ſuſpenſio appellatione deſerta,non valet ſecunda, ſicut non valeret ſi appellatum non fuiſſet.hoc hic ita approbatur & fortificatur intantum, quia prædicta procedunt non ſolum cum ſolus appellãs proſequitur, ſed etiam cum vterque,& quod plus eſt, etiã ſi ſolus appellatus, quod forſan non cogitauerat Hoſti. Sit huius ratio,quia petendo pronunciari malè appellatum, non eſt ſibi contrarius in eo ꝙ dicit ſententiã tranſiſſe in rẽ iudicatã.licet enim de appellante dubitetur propter contrarietatẽ quæ videtur ineſſe,an poſsit ſimul proſequi appellationem & nullitatem ſententiæ,de quo ſatis ſcripſi eo.tit.dilecto.in vlti.gloſſ.poſt Inno.& Hoſtien. & vide in Specu.de ſentent.prolat.§.iuxta ad fin.in appellato tamen dicente malè appellatum,& ſentẽtiam tranſiſſe in rem iudicatam, nulla eſt contrarietas. Sed dices immo eſt contrarietas inquantum dicit appellationem deſertã,& propter hoc ſententiam tranſiſſe in rem iudicatam. & non deſertam,inquantũ ſuper

eius



eius iuſtitia pronũciari petit per appellationis iudicẽ, & ſic negat & aſſerit illum iudicẽ.Solu. Et ſi vis ꝙ fatear hic aliquam contrarietatẽ ineſſe, tamẽ appellatus qui reus eſt,poteſt vti contrariis,maximè quorũ finis non eſt contrarius:& actor poteſt in diuerſis inſtantiis.quod dic vt no.de reg.iur. nullus pluribus.lib. vj.nec hic dicitur ꝙ in eadẽ inſtantia hęc duo proponat appellatus.

non ideo minus in rem iudicatam [a] cenſebitur tranſiuiſſe ſententia [b] à qua fuerat appellatum.

Idem.

a *Rem iudicatã.* hoc eſt ergo quod dicũt iura, quòd rata manet ſentẽtia,& quòd appellãs cadit à cauſa.eod.tit.cum ſit & cap.ſæpe.

Gloſ.ſeq. dubium ſoluit.

*A peremptoria repulſa ex alio quàm propter ineptitudinem, ſecundò appellans & ſuccumbens non auditur ſuper ea in appellatione à definitiua.h. d. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM VII.

b *Sententia.* quæ tamen erat aliqua, vt quia cõtra ius litigatoris lata.ſi enim à principio fuiſſet nulla, ſicut propter appellationem omiſſam nõ tranſiret in rem iudicatam, ita nec propter interpoſitam & deſertam. de ſent. excom.licet.libr. vj.& quod ibi not.

CVm.} Primò ponit dictũ,à quo ſecũdò excipit,ibi Niſi. Imola.Casvs.Tu & ego litigabamus corã archidiacono Picta. propoſuiſti defenſiones perẽptorias ad excludendã intentionem meã.archidiaconus interlocutus eſt illas defenſiones nõ debere admitti,nec eſſe admittẽdas.Appellaſti de archidiacono ad officialẽ epiſcopi, qui cõfirmauit ſentẽtiã interlocutoriã archidiaconi. Secundò appellaſti de officiali epiſcopi ad archiepiſcopũ Burdegalen.qui etiã confirmauit illas duas ſententias contra te latas.certum eſt ꝙ tu non poſſes amplius appellare. Tu reuerſus ad archidiaconũ qui cognouit ſuper principali, qui etiã ſententiã definitiuã tulit contra te, iterum ab illa ſententia definitiua appellaſti. in cauſa appellationis vis allegare exceptiones perẽptorias, quę fuerunt repulſæ à principio,quæritur vtrũ poſsis? Dicit Clemens ꝙ nõ,niſi repulſę fuerint,quia eas proponebas ineptè,& nunc in cauſa appellationis proponis ritè,quia fortè allegabas præſcriptionẽ,& non allegabas bonã fidẽ & titulũ,& ideo archidiaconus illas non admiſit. Nunc verò proponis bonã fidem & titulũ, ideo poſſunt admitti in cauſa appellationis. No.quòd non licet tertiò appellare, de hoc in gloſ.in verbo,ſuccumbit. Not.quòd ſicut actor ſuccũbens propter ineptitudinem iterum auditur. de iudi.examinata. ita & appellans,Zabarel.

*Diuiſio.*

Gloſſa ſeq.dicit quid determinat,& caſum ponit.

c *Cum.* determinat caſum dubium,circa decre.vlt.e.tit.lib. vj.qui talis eſt,Titius contra me oppoſuit exceptionẽ perẽptoriam, quæ per interlocutoriam eſt repulſa. appellauit, & confirmata eſt prima interlocutoria.iterum appellauit & iterũ confirmata eſt prima & ſecunda,quia non potuit plus appellare,proceſsit in principali,& lata contra ipſum definitiua appellauit ab illa,& in cauſa huius appellationis vult repetere cõtra illã interlocutoriam, vt videbatur quòd poſſet per prædictam decre.contrarium hic reſpondetur. vnus tamen caſus excipitur.

Gloſſa ſequens primò dat duas lecturas,& duas remiſsiones circa illas.Secundò proſequitur quæſtionẽ, opinionem ponens, & probat.

d *Repulſione.* verbali per interlocutoriã,vt prędixi.nõ eſt tamen neceſſe in peremptoriis interloqui.de hoc ſatis de ord. cog c.j.Idẽ tamẽ in repulſione facti,cũ illã nõ recipit,vel ad vlteriora litis procedit.e.ti.ex parte.ij.cautè tamen facit excipiens ſi procurat interloqui,vt no.in Spe.de appel.§.qualiter.ver.Item ꝙ faciat.& dixi eo.tit.dilecto. Et per hanc decre.& illã patet ꝙ ſententia lata ſuper peremptoria,interlocutoria eſt,non definitiua:& hoc tenebat Gar.in decret.cupientes.de elec.ver. inſuper. vbi etiam allegabat ad hoc decre.cum dilecti.de elec.& decre.ſua.hoc eo.tit. Ad idem de offi.dele.ſignificãtibus.& quia vt hic patet, hęc repulſio peremptoriæ nõ eſt definitiua, ergo nec pronuntiatio pro ipſa erit definitiua. vbi enim abſolutoria definit, & condemnatoria,& econtra.C.de ſent.& interlo.præſes.ff.de re iu.l.j.vt contrariorum ſit eadem diſciplina.xxxij.diſ.hoſpitiolum.ff. de his qui ſui vel alieni iu.ſunt.l.j.de accu.qui accuſare.Pręterea natura definitiuæ eſt, quòd ex ea oriatur actio in factum,ſed à ſententia lata ſuper perẽptoria non,oritur actio, ſed exceptio.ar.in prędi.decre.cum dilecti.in fi.C.de re.cre. l.actori.Itẽ ſi ſentẽtia ſuper perẽptoria & pro ea lata eſſet definitiua,nõ eſſet alia definitiua ferenda, cũ tamen de neceſsitate ſuper pincipali,voluntariè ſuper perẽptoria pronuntietur.de hoc in prædi.decret.j.de or.cog. dicebat ergo Gar.ꝙ

*Actio in factum oritur ex ſententia definitiua.*

Clementinæ.

A ſiue ſuper dilatoria,ſiue ſuper perẽptoria, ſiue ſuper eo qđ perimit appellationem, id eſt ꝙ appellans non potuerit appellare,feratur ſentẽtia,interlocutoria eſt; ſecus cum iudex cognoſcens de appellatione interpoſita à definitiua,pronũtiat bene iudicatũ & malè appellatũ,vel ecõuerſo.tunc enim definitiua eſt.C. de app.eos.ff.de his qui no.infa.l.furti. In effectu tamen fatetur, ꝙ ſentẽtia lata ſuper peremptoria quòd obſtet,habet vim definitiuæ.

CVm [c] à repulſione [d] exceptionis peremptoriæ [e] ſecundò [f] appellans ſuccumbit, [g] non eſt in cauſa appellationis poſtmodum à definitiua [h] emiſſæ audiendus vlterius ſuper ea. [i]

Niſi tunc ritè propoſita ex eo prius [k] repulſa fuiſſet, quia proponebatur ineptè. [l]

e *Peremptoriæ.* & ſic parat præiudiciũ negotio principali.alias nõ liceret repeti, vt in prædi.decre.

Gloſſa ſeq. notat à cõtrario, mouet dubium, allegat pro & contra, & ſoluit.

B f *Secundò.* ſi ergo ſemel tantùm appellaſſet & ſuccubuiſſet, non haberet locum quod hic dicitur.Si verò ſecundò appellat,ſed appellationẽ non proſequitur,hic videtur decret.locum habere.ar.§.c.proxi.videtur contra per id quod.j.dicã. quod credo vbi renunciat ſpontè quaſi, licet tardè vtatur iuris conſilio expectando euentum negotij principalis, & ſic non poſſe tenus reſiſtat,vt.j.dicam.

g *Succumbit.* ſi ſuccumbit in ſecunda appellatione,ergo tres habet ſententias contra ſe,& ſic à tertia non licuit appellare eo.tit.directæ.& c.ſua nobis.C.ne li.in vna cauſa.l.vna.§.ea. compi.de re iudi.c.j.

*Appellare tertiò non licet.*

Gloſſa ſequens ponit tria exempla.

h *Definitiua.* prolata ſiue per primum ad quem debuit cauſa remitti ex quo fuit pronunciatum malè appellatũ, per quaſcunque manus.de except.dilectę.ſiue per vltimũ,qui forſan ex vi dilationis in principali proceſsit,ſiue per aliũ ad quem fortè poſt cauſam remiſſam ad primum fuit in alio articulo bene appellatum, ita quòd expedito appellationis articulo, definit poſtea principale.

Gloſſa ſequens obiicit & ſoluit.

i *Super ea.* peremptoria ſic tertiò repulſa. & eſt mirabile ꝙ nõ appellans auditur, vt in prædi.decre.ſi.ſed ſecundò appellans & ſuccũbens non,vt hic,cũ ſecunda repulſio appellationis nõ deberet plus poſſe quàm appellationis omiſsio.Nam & in appellatione à definitiua,æquiparamus iſta,non appellare,vel ſecundò appellare & ſuccumbere.ſed licet iſta æquiparentur in definitiua, in interlocutoriã non. lata enim tali interlocutoria,ſecũdum leges debuit,ſed ſecundũ canones potuit appellationem differre ad euentũ negotij primi. primum patet.C.de epiſ.audi.l.ij. de iudi.apertiſsimi. C.eo.tit. eos.§.ſuper his.& quorum ap. nõ reci.l.pe.ſecundũ patet in prædi.decret.vlt.ſi ergo diſtulit iuris conſilio, & poſtea victus appellauit,cõtra talẽ interlocutoriã auditur.ſed ſi poſſe tenus interlocutoriam impugnauit,ſ.ſemel & iterum appellando,ille articulus tã ſolenniter diſcuſſus vlterius examinari nõ debet,ex quo in ſecunda ſuccubuit.per quod videtur,[a] quòd etiam iudex cauſæ principalis ante definitiuã non poſſit illam interlocutoriam reuocare, niſi tunc. ſ. in cauſa appellationis interpoſitæ à definitiua.

*Appellare ſecundò & ſuccũbere, tantum eſt quantũ nõ appellare.*

*a Idem videtur Car. hic. Feli. in ca. qualiter & quando de accuſa. Fontanus.*

k *Prius.* in cauſa principali.

Gloſſa ſequens ponit quatuor exempla.

l *Ineptè.* ſi.de iudi.examinata.ff. de flu.l.j.§.Labeo. exemplum.petebas hæreditatem.vel electionis confirmationem, D excipiebã te illegitimum, & quia non ſpecificaui quod debui,ſuper certo,ſuccubui, quod modo ſpecifico in appellatione definitiuæ. ſuper quo vide quod ſcripſi, qui filij ſint legi.peruenit.ſuper.j.glo. Ad idem faciunt quæ ſcripſi de elect.dudum.ij.in prin. Vel contra prouiſum poſſeſsionem petentem excipiebam de crimine, nunc addo infamiã.de accu.accedens.Vel cum ius commune fundaret actionẽ ſuam, excipiebã de præſcriptione,nunc exprimo titulum de præſcrip.c.j.lib.vj.Vel opponebam peremptoriam non priuilegiatam,vt lite non conteſtata ca.j.lib.vj. in vim dilatoriæ ad impediendum litem conteſtatam. ſuccubui primo,ſecundo & tertio. rediens ad iudicem principalis cauſæ lata definitiua à qua appellaui, illam exceptionem in vim peremptoriæ proponere potero.

Finit Liber II. Incipit III.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

Viſum eſt.§.de iudiciis & ſingulis partibus iudiciorũ.verùm quia clerici in ſacris cõſtituti debent ab ipſis abſtinere per ca.vnicũ.§.de ſyndi.&.§.de poſtu.per totũ,ideo poſt illa annectit rubricã &c.vel ſic, Viſum eſt.§. de iudiciis & ſingulis partibus iudiciorũ à quibus clerici debent abſtinere.

*Continuatio triplex.*



Et quia

Et quia non ſolùm ab illis debēt abſtinere, ſed etiā à vita & moribus malorum debent abſtinere, vt prǽſtent exemplum bonæ vitæ cæteris, ideo &c. vel ſic, Viſum eſt ſupra de actibus iudicialibus, nunc videndum eſt de actibus extraiudicialibus qui competunt tam laicis quàm clericis. Et quia clerici ſunt digniores, ideo præmittit de actibus competentibus clericis, & poſtea determinat de actibus competentibus laicis.

*Diuiſio.* Diœceſanis.} Tria facit, præcipit, punit & excitat. Secūda ibi, Qui ſi. Tertia ibi, Aduerſus. CASVS. Quidā iuuenis conſtitutus in præſentia Romani pontificis quæſiuit ab eo, vtrum omnes artes competant clericis ex debito ſuæ honeſtatis. Et reſpondet Romanus pontifex quòd non, immo ſi velint euitare pœnas hic contentas, ipſi debent abſtinere ab officio carnificum & ab officio tabernariorum. Et ſpectat ad officium diœceſani, vt clerici abſtineant ab iſtis officiis. Sed quæritur, quibus pœnis diœceſani poſsint compellere clericos vt abſtineant ab iſtis officiis? Dicit quòd non beneficiati & non exiſtentes in ſacris debent moneri vt à talibus officiis deſiſtant: & nō deſiſtant, & ſint coniugati, ipſi amittunt duo priuilegia clericalia, videlicet quòd quis verberando eos non incurrit ſententiam excommunicationis, & pro crimine poterunt conueniri coram iudice ſeculari. Si ipſi non ſint coniugati, perdunt priuilegium in rebus ſuis tantùm, quia tenentur ſoluere ſubſidia extraordinaria de rebus ſuis. h.d.H.r. Colligo aliqua notabilia. Et primò nota duo officia propoſito clericali non conuenientia, ſcilicet officium carnificis, & officium tabernarij. No. quòd clericus coniugatus ſi exercet illa officia, ipſe perdit duo priuilegia clericalia, de quibus in glo. Sed non coniugati perdunt priuilegium quod eis competit in rebus ſuis.

Nota, commerciis. Commercium commercij, cio. n. f. id eſt, pluribus rebus vna venditio, vel diuerſarum rerum commutatio, vt ſi quis daret vel commutaret mantellum pro capa, vel econuerſo. Vnde dicitur commercium quaſi commutatio mercium. Illa verò mirabilis incarnatio Ieſu Chriſti fuit commercium quaſi commutatio mercium, ſcilicet diuinitatis & & humanitatis. Nam homo quodammodo conceſsit Deo humanitatem, Deus homini largitus eſt diuinitatem. Deſcendit diuinitas, aſcēdit humanitas, & exaltata eſt ſuper choros angelorum. Vnde canitur, O admirabile cōmerciū, creator generis humani animatum corpus ſumens &c. No. quòd hæc diſpoſitio eſt ſtricti præcepti. ibi, diſtrictè præcipimus. concor. de decimis. non eſt. Ex quo infertur contrafacientes mortaliter peccare. iiij. diſt. denique. in fi. de offic. archid. ea quæ. vbi de hoc. Nota caſum in quo requiritur monitionem fieri per ipſum prælatum, in verbo, moneant. vnde ſecundùm Pau. non ſufficeret alterius monitio. de hoc j̃. de deci. cle. j. Zabarel.

*Commercium vnde dicitur.*

Gloſſa ſeq. dicit quid determinat, & dubium ſoluit.

a *Diœceſanis.* Determinat & declarat decreta. penultim. in princip. & vltim. eodem titul. & quod nota. Gulielm. in Spe. de cleri. coniu. ver. ſed nunquid dices. Et not. verbum, diœceſanis. non dicit ordinariis locorum, ſicut. ſ. ead. compi. de ſeque. poſ. cap. j. per quod videtur quòd alij ordinarij licet in loco iuriſdictionē habeant, hoc non poſsint inquantum hæc conſtitutio nouum inducit. & facit quod dicam. j̃. de iure pa. ca. j. poſt prin.

Gloſſa ſequens ſoluit dubium de exemptis, circa quod diſtinguit.

b *Clericos.* puta quòd includat etiā exemptos qui delinquerent in loco non exēpto, cum per id ſubſint diœceſanis. vbi verò delinquerent in loco exempto, non videtur ꝙ ad illos extendatur hæc conſtitutio, cum excitet officium diœceſanorum tantùm ad hoc de offi. ordi. licet. &. ca. pen. maximè quia quando iura iſta volunt dare iuriſdictionem ſuper exemptos, hoc exprimunt, vt patet. ſ. ea. cōpi. de ſup. negligen. præla. ca. vnico, cum ſuis concor.

c *Carnificum.* carnifex dicitur à carnifico, cas: quia carnes facit & vendit. facit. de ap. ſignificante. vnde & homicidæ ſolent dici carnifices.

*Carnifex vnde dicitur.*

LIBER III.

## DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Punit clericos coniugatos & alios perſonaliter & publicè carnificum & tabernariorum officium exercentes, qui per diœceſanos nominatim & tertiò moniti illud officium non dimittunt, vel dimiſſum reaſſumunt. Excitat etiam diœceſanos cōtra illos clericos qui ſeculares actus exercent. Ioannes Andreæ.*

### CAPITVLVM I.

Diœceſanis [a] locorum diſtrictè præcipim⁹, vt clericos [b] carnificum [c] ſeu macellariorum [d] aut tabernariorum [e] officium publicè [f] & perſonaliter exercentes nominatim [g] & tertiò [h] moneant, vt ſic ab huiuſmodi officiis intra conuenientem terminum monentium ipſorum arbitrio moderandum [i] deſiſtant, & quòd ipſa nullo [k] vnquam tempore reaſſumant. Qui ſi taliter [l] moniti ab his non deſtiterint, aut ipſa (vt præmiſſum [m] eſt) exercendo reſumpſerint [n] quandocunque, [o] coniugati omnino, [p] non coniugati verò in rebus, [q] & ſi omnino incedant vt laici, † in perſonis priuilegium clericale, quandiu [r] præmiſſis inſtiterint, eoipſo [s] amittant. Aduerſus verò alios [a] clericos negotiationibus vel commerciis ſecularibus vel officiis non conuenientibus clericali propoſito publicè inſiſtentes, vel arma portantes, ſic canonica ſeruare ſtudeant inſtituta, [b] quòd & illi ab exceſsibus compeſcantur huiuſmodi, & ipſi de damnabili circa hæc negligentia nequeant reprehendi.

*† A cōtrario ergo ſi ſaltem tonſuram portent, non ſunt vt laici puniendi. Car. Fō.*

Gloſ. ſequens dicit vnde dicantur, cauſam ponit, & dubium ſoluit.

d *Macellariorum.* Hi ſic dicuntur, quia pecora vel quadrupedia mactant. a macello as, quod eſt mactare & trucidare. & propter horrorem & vilitatem iſtorum duorum officiorū, ſcilicet macellarij & tabernarij hoc eſt ſpecialiter de his prouiſum. & licet multa alia ſunt vilia, puta aptare pelles & coria, & his ſimilia, tamen conſtitutio locum habet ſolùm in expreſsis.

*Macellarii qui dicātur.*

e *Tabernariorum.* Taberna dicta eſt à tabulis quæ mercibus ſubſternuntur, & propriè dicitur domus in qua panis, vinum, & carnes coctæ venduntur. talia loca nedum tenere, ſed nec ingredi debent clerici. eod. titul. clerici. xliiij. diſtin. clerici.

*Taberna vnde dicitur.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium, & contrario reſpondet.

f *Publicè.* & perſonaliter. Coniunctim requiruntur hæc duo. ſi ergo occultè vel per alium hoc exerceatur, ceſſat pœna, licet non culpa. & ſic ſoluitur quod opponi poſſet de decret. fundamenta. de elect. lib. vj. §. vt ergo. &. §. ſeq. de decret. mulieres. de ſent. excommu. qui per alium. de reg. iur. lib. vj. cum concor.

g *Nominatim.* id eſt, propriis nominibus eorum expreſsis, quaſi non ſufficiat diœceſano monere in genere clericos, diœceſis ſuæ, vel clericos talis plebanatus, vel talis eccleſiæ, ſed monere debet exprimendo illius vel illorum nomina. & concor. de ſenten. excommu. conſtitutionem. lib. vj. &. j̃. de ſenten. excom. grauis. in fi.

h *Tertiò.* de ſent. excommu. ſacro. & ca. conſtitutionem. li. vj. debet ergo habere aliquorum dierum interualla, vt ibi dicitur. nec videtur hoc ſufficere quòd emanaret vnū peremptorium, per hanc literam.

*Citatio vna peremptoria non ſufficit vbi ius ternam requirit.*

i *Moderandum.* de ap. cum ſit Romana.

k *Nullo.* Si. de cohab. cleri. & mulie. ſicut.

l *Taliter.* ſcilicet per diœceſanos nominatim, & tertiò præfixo termino congruenti.

m *Præmiſſum.* ſcilicet publicè & perſonaliter.

n *Reſumpſerint.* Lapſo termino. hoc dico, quia ſi habuiſſent terminum menſis, & quinta die dimiſiſſent, decimaquinta reſumpſiſſent, dummodo intra terminū poſtea dimiſiſſent, non eſſet locus pœnæ. [a]

o *Quandocunque.* quaſi etiam poſt tempora longiora. & eſt ſi. de or. cog. ca. ij. Ioan. And.

*a Quia in talibus finis eſt ſpectandus. Panor. Card. Fon.*

Gloſſa ſequens literam exponit. duas lecturas ponit, & inducit ſimile.

p *Omnino.* ſcilicet quo ad duo priuilegia quæ poterant habere, per decret. vnicam de cle. coniu. libr. vj. & ſi hic coniungis totam illam partem, ſcilicet priuilegium clericale quandiu &c. multum facit ad id quod not. de cle. coniug. Ioannes, in iiij. quæſtion. ſed ſi iſtud omnino, intendit perpetuitatem priuationis inducere, vt ſi coniungatur hic illud verbum ſolùm priuilegium clericale eo ipſo amittant, reſultaret contrarius intellectus. ſimilis diſputatio de hac dictione omnino. ff. de fideiuſſoribus. l. græcè. §. illud.

q *In rebus.* propriis, in quibus aliàs gauderent immunitate. eo. tit. ca. vlt. de immu. eccle. c. j. lib. vj.

r *Quandiu.* Recuperabunt ergo deſiſtentes priuilegium. & facit de vi. & hone. cle. c. vlt. & quod ibi dixi poſt Innocē. ibi etiam no. Ber. & facit quod no. xxxij. diſt. nullus. & lxxxj. di. ſi qui ſunt presbyteri.

ſ *Eoipſo.* Licet ergo ſit neceſſaria monitio, nō tamen eſt neceſſaria priuatio. concordat de ſent. excomm. in audientia. & ca. contingit. ſi. de præben. extirpandę. de rapto. excommunicationi



nicationi. j̃. de deci. ca. j. de ſta. mo. attendentes. in ſi.

a *Alios.* non carnifices, vel tabernarios.

b *Inſtituta.* eo. tit. c. ij. & ca. clerici. & cap. vnico. li. vj. ne clerici vel mona. c. j. de ſent. excom. contingit.

*Diuiſio.* Quoniam.} Diuiditur in ſex partes, vt patet in rubro. Secūda ibi, Si verò. Tertia ibi, Idem quoque. Quarta ibi, Dignitatem. Quinta ibi, Sed tales. Sexta ibi, Huic inſuper. ſmo. CASVS. Viſum eſt ſupra qualiter clerici debēt abſtinere à quibuſdam artibus. Sed quæritur vtrum debeant abſtinere à quibuſdam veſtibus, vel vtrum ſit eis licitum vti quibuſcūque veſtibus. Dicit quòd cleri debent abſtinere à veſte diuerſo colore colorata: & ſi vtantur publicè, ipſi incurrunt pœnas hic contentas. Sed quæritur nunquid preſbyteri poſſunt portare caligas ſcacatas? Dicit quòd non. h. d.H.r. Colligo aliqua notabilia. Et primò, quòd per decentiam exteriorem cognoſcitur honeſtas morum interiorum. Not. quòd clerici prohibentur portare veſtes diuerſis coloribus coloratas. Vnde ſi ſint clerici beneficiati, ipſo facto ſunt ſuſpenſi à perceptione fructuum ſui beneficij per ſex menſes. Si non ſunt beneficiati, tunc per ſex menſes ſunt inhabiles ad obtinendum beneficium quodcunque. Si verò ſint in dignitate conſtituti, tunc magis puniuntur. Not. quòd clerici interueniente cauſa ſufficienti, puta cauſa timoris, poſſunt aſſumere veſtes laici. Nota virgata, id eſt viridi. Not. ſancimus. vt ſupra in cle. cum illuſio. de renuntiatione.

Nota cenſemus. vt. ſ. in cle. cauſam. de electione. Not. tonſuram, id eſt coronam clericalem. de tondeo. Nota deferentibus, id eſt portantibus. à defero, defers, detuli, quod eſt compoſitum de fero, fers, vt ſupra in cle. ſi ante. de dolo & contu. No. perſonatum. Perſonatus, tus, tui. Et perſona fœ. ge. eſt rationabilis creaturæ indiuidua eſſentia. Et ſecundum hoc dicitur perſona, quaſi per ſe vna. & eſt etymologia. Et ſecundum hoc perſona videtur ſpectare ad deitatem. Item perſona dicitur hiſtrio, repræſentator comœdiarum, quia diuerſis modis perſonat diuerſas perſonas repræſentando. Et hinc perſona dicitur in grammatica ipſum ſuppoſitum, quandoque proprietas ſuppoſiti, quandoque proprietas vocis, quandoque vox ipſa, quādoque modus ſignificandi, & quandoque perſonalis proprietas. Item perſona dicitur in eccleſia, qui dignitatem habet præ cæteris. Et hoc ab hiſtrione ſumptum eſt, qui diuerſas perſonas repræſentando, diuerſos ſolet accipere ornatus, ſecundum dignitatem perſonæ quam habet repræſentare. Et hinc tractum eſt vt perſona dicatur in eccleſia, quæ dignitas perſonatus dicitur. nam ſecūdum diuerſos gradus dignitatis perſonæ diſtinguuntur in eccleſia. Et hinc etiam tractum eſt vt in grammatica vna perſona dicatur prima, alia ſecunda, alia tertia, quod ſit ratione dignitatis. Inde venit hic perſonatus, tus, tui. dignitas vel officium perſonæ, ſecundum Hu. & hæc perſonalitas, tatis. Nota per decentiam, id eſt per conuenientiam habitus, quia omnes habitus ſunt conuenientes clericis. Not. ibi, ſcacatis, quòd ſcacatio dicitur claudum vel claudico, ſiue inæqualitas, & eſt græcum. & inde ſumptum eſt hoc nomen ſcacatus, ta, tum. Et dic caligis ſcacatis, id eſt inæqualibus. Gloſſ tractat pro reſiduo.

Nota ex cauſa rationabili licitum eſt clerico vti veſte virgata vel partita. & dic rationabilem cauſam ſcilicet timoris. eod. titul. clerici. Nota quòd hic punitur ſolùm qui publicè vtitur tali veſte, ſecus ergo ſi occultè, puta in camera vel in prandio, vt quia caret alio panno. ſolus ergo publicus vſus hanc pœnam meretur. ſi. ſupra ca. proxi. ſecundum Pau. Zaba.

### Idem.

*Præmiſſo exordio punit primò clericos beneficiatos vtentes publicè virgata vel partita veſte. Secundò, ſubdiacouos, & diaconos. Tertiò, omnes clericos tonſuram publicè cum tali veſte portantes. Quartò, habentes dignitatem, perſonatum, beneficium curatum, & ſacerdotes & religioſos publicè portantes talem veſtem vel inſulā. Quintò punit omnes prædictos vtentes tabardo notabiliter breui, integre ſoderato. Sextò certas caligas clericis interdicit. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

Qvoniam [c] qui abiectis veſtibus proprio congruentibus [d] ordini, alias aſſumere & in publico portare rationabili cauſa ceſſante [e] præſumit, profeſſorum illius ordinis prærogatiua ſe reddit indignum, [f] præſenti conſtitutione ſancimus, quòd quicunque clericus [g] virgata vel partita [h] veſte publicè [i] vtetur [k] (niſi cauſa rationabilis [l] ſubſit) ſi beneficiatus extiterit per ſex menſes [m] à perceptione fructuum beneficiorum [n] quæ obtinet, ſit eoipſo [o] ſuſpēſus. [p] Si verò beneficiatus non fuerit, in ſacris tamen ordinibus circa ſacerdotium [q]

Gloſſa ſequens dicit ad quid emanauit.

c *Quoniam.* emanauit executiuè ad iura. xxj. quæſt. iiij. per totum. eo. titu. c. penul.

d *Congruentibus.* congruentia veſtiū reſpicit non ſolùm clericos, de quibus hic, & in iurib⁹ præallegatis, & monachos, de quibus. j̃. de ſta. mona. ne in agro. ſed etiam omnes laicos xlj. diſt. §. j. & c. parſimoniam. xxx. di. ſi quis virorū. & variatur ex diuerſitate ſexuum. ea. diſt. ſi qua mulier.

e *Ceſſante.* ſupra eo. Deus qui.

f *Indignum.* de ſent. excom. in audientia. e. tit. ſi iudex laicus. lib. vj. ff. de iniu. item apud. §. ſi quis virgines. & eſt ſi. de ſta. mona. recolentes.

g *Clericus.* includit habentem primam tonſuram tantum. de æta. & qualitat. cum contingat.

*Cleric⁹ eſt qui primā tonſuram habet.*

Gloſſa ſeq. allegat duas concord. & dubium ſoluit.

h *Partita.* dicit canon, ꝙ diuerſi coloris, vel diuerſę partis veſtis eſſe nō debet. xx. q. j. c. vlt. in ſi. alibi ꝙ veſtis nō debet eſſe varia ſericis texturis, nec habere variorum colorum ornamenta. xxj. quæſt. iiij. c. j. in ſi. Et not. ꝙ licet veſtes rubei & viridis coloris prohibitę ſint clericis ſ. ca. pe. pœnæ tamen iſtius conſtitutionis locū habent ſolùm in veſtibus hic expreſsis. & concor, quod dixi. ſ. c. proxi.

*Veſtes virides & rubeæ ſunt clericis prohibitæ.*

i *Publicè.* concor. ſ. c. proxi. ADDITIO. Dicit Lau. quòd dicitur publicè portare, cum multitudini hoc patet: ſicut etiam dicitur publicè aleator, vel vſurarius. vel maleficus, vel meretrix, vel excommunicatus. de exceſ. præla. inter. de maleſi. c. ij. de exceptionib. exceptionem. xxxiij. diſ. vidua. In domo verò dicitur ſecretè, quia domus rem ſecretam & non publicam denotat. vj. q. j. ex merito. Zabarel.

Gloſſa ſeq. ſoluit dubium, & ſolutionis obiectionem.

k *Vtetur.* veſtibus ergo etiam prius factis publicè vti non poterit ſine hac pœna, nec propter hoc conſtitutio reſpicit præterita. damnat enim ſolùm futurum vſum. & facit quod dixi. ſupra ea. compi. de æta. & qualit. vt hi qui. in gloſ. quòd poſteris.

l *Rationabilis.* puta timoris. eo. tit. c. penul.

m *Sex menſes.* inchoandos poſt talem publicam delationem.

Gloſ. ſeq. quæſt. ſoluit, & rationem reddens contrario reſpondet. inducit ſimile, & dubium ſoluit.

n *Beneficiorum.* omnium, propter indefinitam. de hoc de elec. vt circa. lib. vj. offendit enim vniuerſum ſtatum eccleſiæ, nec minus vnam eccleſiam quàm aliam. & ſic ſoluitur de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. &. §. ſeq. libr. vj. vbi ſpecialiter offenditur eccleſia, ad quam indignus eligitur, vel ad quam dignus electus impeditur. & eſt ſimile. j̃. de pœnis. ca. j. poſt princ. poſſet autem talis eligere. de elec. cum Vinton.

o *Eoipſo.* hic ergo non eſt neceſſaria monitio nec ſententia. aliter. ſ. cap. proximo.

Gloſſa ſequens primò ſoluit tria dubia. ſecundò quærit, & ſoluit, & de duobus remittit.

p *Suſpenſus.* ſi tamen interim illos perciperet, non eſt irregularis, cum hoc non ſit expreſſum in iure. de ſentent. excommu. is qui. lib. vj. nec beneficiis priuatus, cum hoc hic non exprimatur, ſicut in caſu de elec. cap. j. §. fin. & cap. cupientes. §. cæterum. lib. vj. tenetur tamen ad ipſorum reſtitutionem. Sed cui fiet reſtitutio? hic videndum eſt cui accreſcant fructus tempore ſuſpenſionis. puto quòd quotidianæ diſtributiones accreſcant ſociis, vt dixi. ſ. ea. compi. de æta. & qualit. vt hi qui. fructus præbendæ vel diſtincti beneficij accreſcant eccleſiæ. de cle. non reſi. cap. penul. & ſic intellige quod not. xcj. diſtinct. clericus victum. & quod not. Innocen. de coha. cle. ſicut. Quid autem ſi iſti ſuſpenſi nollent interim officiare eccleſiam, & an interim eligant vel eligantur? Vide quod not. in præallega. §. cæterum. in gloſſ non ergo.

*Suſpēſionis tēpore durante cui accreſcunt fruct⁹ clerici ſuſpenſi.*

q *Sacerdotium.* hic ergo eſt ius diuerſum inter ſacerdotium & alios ſacros ordines, concor. liiij. diſtincti. ex antiquis. ne cle. vel mo. cap. fin.

a *Per idem tempus.* ſex menſium.
b *Inhabilis.* tenet Guli. in Spec. tit. ij. §. ſupereſt. ver. ſed nunquid poteſt. ꝙ legatus & epiſcopus hanc pœnam infligere poſsint etiam in perpetuum clerico & laico ex cauſa, & vides quòd in defectum beneficij ſuccedit hæc pœna[a] inhabilitatis, alibi deficiente beneficio ſuccedit pœna excommunicationis. j. de deci. cap. j.

*a Notat Imo ꝙ inferior à papa ex ſtatuto inhabilitare poteſt clericos ad obtinenda beneficia. Fontanus.*

c *Aliis.* qui nec beneficiati ſunt, nec in ſacris.
d *Talem.* virgatam vel partitam.
Gloſ. ſeq. infert ex copula, & arguit. Secundò quærit. quæſtionem declarat. ſoluit. opi. ponit. Tertiò ſpecialia quærit & ſoluit.
e *Et tonſuram.* ſi ergo veſtem ferãt ſine tonſura, non eſt locus pœnę. & facit ad ad ea quę no. & ſcripſi de apo. tuæ. vides enim quòd conſtitutus in minoribus, ſecularibus veſtibus vtens, non incurrit hãc pœnam, niſi immiſceat tõſuram. Et quia de tonſura clericorum iura variis verbis vtũtur, quædam enim dicũt raſurã in parte ſuperiori ad modũ ſphærę. xxiij. di. prohibere. & c. ſeq. Dicitur autẽ ſphæra rotũditas, vel corpus ſeu ſpatium rotundum. quędã dicunt coronam & raſurã. xij. q. j. duo ſunt quædam tonſurã & coronã. e. tit. clerici. de cle. coniu. c. vlt. & ſ. de celeb. miſ. c. j. quædã ſimpliciter tonſurã. e. tit. cleric⁹. ſi. de cle. coniu. Ioannes. & c. ex parte. eo. tit. c. vnico. li. vj. & c. lib. de biga. altercationis. de ſent. excommu. ſi iudex. & hic quid hæc verba intendant videamus.

constitutus, per idem tempus[a] reddatur coipſo inhabilis[b] ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum. Idem quoque cenſemus de clericis aliis[c] veſtem talem[d] ſimul & tonſurã[e] publicè deferentibus clericalem. Dignitatem verò, perſonatũ, ſeu beneficiũ aliud obtinens cui cura immineat animarum, necnon cæteri in ſacerdotio conſtituti, ac religioſi quilibet quos oportet per decentiam habitus extrinſeci[f] morum intrinſecam honeſtatem oſtendere, ſi (prætèrquam ex cauſa rationabili) publicè veſtem ferãt huiuſmodi, aut inſulam[g] ſeu pileum lineum[h] publicè portent in capite, ſint coipſo beneficiati videlicet à perceptione fructuum beneficiorum quæ obtinent, ſuſpenſi per annum: Cæteri[i] verò ſacerdotes & religioſi quilibet per idem tempus[k] reddantur inhabiles ad quodcunque beneficium[l] eccleſiaſticum obtinendum. Sed & tales[m] & cæteri quicunque clerici vtentes epitogio[n] ſeu tabardo foderato vſque ad oram,[o] & ita breui quòd veſtis inferior notabiliter videatur,[p] epitogium ipſum ſeculares clerici & religioſi adminiſtrationem habentes, teneantur intra menſem[q] dare pauperibus. Cæteri verò religioſi adminiſtrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur ſuis ſuperioribus aſsignare in pios vſus aliquos conuertendum.[r] Alioquin beneficiati ſuſpenſionis, cæteri verò[s] inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus[t] ſe nouerint

*Corona, tõſura, & raſura differentes aliqualiter quid in clericis repræſentant. Sordes ſunt in angulis.*

Circa hoc ſciendum, quòd clericis deputatis ad diuina miniſteria, competit raſura & tonſura in modũ coronæ ratione figuræ, quia corona eſt ſignum regni & perfectionis, cũ ſit circularis carens angulo, in ſignum carentiæ ſordiũ, quia vbi angulus, ibi ſordes. ſe ergo & alios virtutibus regere, & ſordibus mundare debent, & ſic in Deo regnabunt, vt in prædi. decret. duo per raſuram autem ex parte ſuperiori capilli ſubtrahuntur ne mens ipſorum per occupationes temporales retardetur à contemplatione myſteriorum diuinorum. Summitas enim capitis eſt eminentia mentis. facit de ſa. vnct. cap. vnico. verſic. in vertice. per ipſius ergo denudationem, mentis releuatio deſignatur, & quia conuerſi miniſteriis diuinis non occupantur, ſuperius non raduntur, licet inferius tondeantur, quia temporalia deponunt. Tonſura verò ex parte inferiori capillos tondet vſque ad releuationem ſenſuum, ſcilicet viſus & auditus, ne ſcilicet oculos vel aures impediant. & eſt ſignum quòd præſcindenda ſunt vitia cordis & corporis, ne intuitum diuinorum impediant, & ex his debetur corona cœleſtis. Vnde dicit canon, quòd incedere debent clerici detõſo capite, & patẽtibus auribus. xxiij. diſt. cap. pe. Ex prædictis videtur quòd propriè raſura reſpiciat partem ſuperiorem quam dicimus clericam: corona, circulum capillorum: tonſura, abſciſsionem ipſorum. facit de ſent. excõ. contingit. ij. ibi, circunciſis crinibus. Hoſt. tamen in decret. clerici. eo. tit. vt ibi ſcripſi, quòd. ſ. dixi clericam, videtur vocare tonſurã, dicens quòd maiorẽ tonſurã & altiorem & rotũdiorem coronã debet habere monachus quàm clericus. & notauit etiam de hoc in ſumma eo. tit. §. ij. Hæc dicta ad diſcutiendũ an tonſura conſiſtat in clerica, vel in tõſione crinium, vel in vtroque, & ſpecialiter per hoc ad textum an clericus in minoribus deferens talem veſtem cũ clerica & longis crinibus, vel econtra tonſis crinibus, ſed ſine clerica, incurrat hanc pœnam. Et in primo caſu, ſi clericam caputio vel aliter cooperit, & in ſecundo, ſi tonſionem crinium coopertam portat fortè veſtito caputio, certum eſt quòd non eſt locus pœnæ, per verbum publicè, quod reſpicit vtrunque, ſcilicet veſtem & tonſuram. remanet ergo dubium cum alterum ſolùm defert, & publicè. egeret declaratione. ſed credo de mente quòd ſi tantum in publico exhibet, quòd videatur clericus cum ea veſte, locus ſit pœnæ. raro enim vel nunquam in capite caputium, birretũ, capellum, vel aliquid tale deferens, oſtendit vtrunque.

*Clericum aures habeat patentes.*

Gloſ. ſequens notat ad quæſtionem diſputatam.
f *Extrinſeci.* Hæc litera & principium huius capituli ibi, in publico portare, facit ad quæſtionem olim diſputatam de monacho qui bene portat habitum ſuum, quem tamen cooperit habitu clericorum ſecularium quòd ſit apoſtata. & ita fuit hic terminatum, & inducebatur decretal. pen. eodem titul. de Iudæ. in nonnullis. & ponitur in Mercuria. ſub titul. de apoſtatis.
g *Inſulam.* Sumitur interdum pro corona imperiali. Cod. de quadrien. præ. l. fin. in fi. quandoque pro alba faſciola ſacerdotalis capitis & ideo ſubmitit, ſeu pileum. quod dicitur à pilis, quia pilos capitis tegit & ſtringit. & nota quòd etiam diaconum portantem inſulam non punit hæc conſtitutio, niſi ſit de hic expreſsis.

*Inſula dupliciter ſumitur.*

*Pileus à pilis dicitur.*

h *Lineum.* Idem puto ſi ſericum, quod apud nos multum eſt in vſu, cum maior vel ſaltem eadem ſit ratio.
i *Cæteri.* non beneficiati & religioſi pœnam hic expreſſam incurrunt vltra pœnã excommunicationis qua ligantur per aliam conſtitutionem, ne cleri. vel mo. c. ij. lib. vj.
k *Per idem tempus.* annale.
l *Quodcunque beneficium.* Includit præſtimoniã, vel penſionem quam haberet in titulum. facit quod dixi de reſcriptis. poſtulaſti.
m *Et tales.* De quibus proximè dictum eſt.
n *Epitogio.* Dictum eſt ab epi, quod eſt ſupra, & tego tegis.
o *Oram.* Sine aſpiratione deſignat finem vel extremitatem rerum, præcipuè regionum & veſtium. Vnde dicitur. j. Regum. xxiiij. quòd Dauid præcidit oram chlamydis Saulis. ij. quæſt. vj. §. de his. & Geneſis. xlij. Repererunt in ora ſaccorum ligatas pecunias. ad Hebræos. xj. Sicut arena quæ eſt ad oram maris. Non aſpiratur etiam quando ſcribitur pro plurali de os, oris. aſpiratur autem quando deſignat tempus, vt horam tertiæ vel nonæ.

*Ora.*

*Hora.*

p *Videatur.* Dicit canon quòd ſuperior veſtis clericorum debet eſſe talaris, id eſt longa vſque ad talos. xxiij. diſtinction. cap. pen. & ſi breuitatem veſtis ſuperioris diceremus huius conſtitutionis cauſam, videretur conſtitutio locum habere etiam in tali tabardo non ſic foderato. quod non credo, cum ſit pœnalis, & ſic non extendenda. de elect. ſtatutum. libr. vj.
q *Intra menſem.* Quia. ſ. dixi vtentes, videtur quòd menſis incipiat poſt inchoationem vſus.
Gloſſa ſequens arguit quærit & ſoluit.
r *Conuertendum.* Facit ad not. xij. quæſt. j. non dicatis. quòd monachus adminiſtratione carẽs eleemoſynam facere non poſsit. Sed quid ſi talis monachus erat in ſtudio de licentia abbatis à quo multum diſtat? Satis puto quòd tunc quamuis adminiſtrationem non habeat, hanc erogationem facere poſsit, per ea quæ not. Hoſtien. in ſum. de pœ. & re. §. quibus & qualiter. chat pen. ver. quid de facientibus eleemoſynam. vbi tenet quòd monachus qui de licentia abbatis eſt in ſtudio vel peregrinatione, poteſt facere gratuitam eleemoſynam moderatam. alleg. de offi. deleg. præterea. ff. de procurat. ad rem. & l. ad legatum. ff. de iudi. ſi longius. fortius ergo faciet hanc neceſſariam. & facit quod not. de accu. ex parte.

*Eleemoſynam facere an poſſint monachi.*

ſ *Cæteri verò.* non beneficiati.
Gloſſa ſequens ponit tres lecturas.
t *Per idem tempus.* annale, vt ſic reſpiciat quod proximè dictum fuit à verbo dignitatẽ, citra. vel vt reſtringatur pœna, poteſt intelligi de ſex menſibus, de quibus in prin. dixi. Vel dic



dic diuerſificari pœnas prædictas: ſcilicet anni & ſex menſium ſecundum qualitates diuerſas clericorum, de quibus præmiſit, vt ſemeſtre locũ habeat in iis, de quibus loquitur vſque ad ver. dignitatem. annus in aliis.
Gloſſa ſeq. ſoluit obiectionem & dubium.
a *Sanctioni.* Non dicit quòd iſte finis ſit ſanctio, ſed additur ſanctioni. In præcedẽtibus enim conſtitutio eſt pœnalis, hic non hoc dico propter not. iij. diſtin. in fi. ſummæ. erit autem hic locus pœnæ arbitrariç, ex quo certa non ſtatuitur. de offic. dele. de cauſis.
b *Præſertim.* Pro maximè.
c *Caligis.* xxiij. diſt. clerici.
d *Viridibus.* Iſti colores in ipſorum veſtibus erant prohibiti. eod. titu. cap. penult. & vide quod ibi ſcripſi.
e *Vtantur.* Prouidit Clemens circa inſulas, caligas, & veſtes: prouideat ſucceſſor circa ſcarpitulas: quarum perforationẽ vel inciſionem multiformem ſuperſtitioſa curioſitas apud clericos pullulans adinuenit.

incurriſſe. Huic inſuper adiicimus ſanctioni[a], vt clerici præſertim[b] beneficiati, caligis[c] ſcacatis, rubeis, aut viridibus[d] publicè non vtantur[e].

## DE PRAEBENDIS & dignitatibus.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Clauſula inſerta literis gratioſis ſuper dignitate conceſſis, per quam prouideri mandatur ne animarum cura ſi dignitati imminet, negligatur, vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis non facit extẽdi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem aſſumitur. hoc d. cit. Ioann. Andreæ.*

CAPITVLVM I.

SI dignitatem[f] habenti de alia prouideri mãdemus[g], diſpenſantes[h] cum eo vt ſimul vtranque valeat retinere[i], de animarũ cura quæ illis vel alteri[k] earũ imminet, non habita mentione, gratia huiuſmodi velut ſurreptitia

DE PRAEBENDIS *& dignitatibus.*

*Continuatio.*

Viſum eſt. ſ. de vita & honeſtate clericorum: verum quia clerici non poſſunt viuere niſi habeant beneficia & dignitates vnde commodè poſsint vitam ſuſtentare: ideo &c.

*Diuiſio.*

SI *dignitatem.* Duo ſunt dicta. ſecundum ibi, Ad hoc. Præſupponendum eſt quod habetur in cap. cùm in illis. eod. tit. in ſexto. quia ad eius declarationem fuit facta hęc clementina, videlicet quòd ſi papa mandet prouideri alicui de aliquo beneficio: virtute illius mandati non poteſt prouideri de beneficio curato: niſi expreſsè fiat mentio de beneficio curato. Secundò præſupponendum eſt quod dicitur in eo. cap. cùm in illis. quòd ſi papa mandet prouideri alicui de aliqua dignitate vel perſonatu: virtute illius mandati non poteſt prouideri de dignitate electiua: niſi expreſsè caueatur in literis de beneficio electiuo. CASVS. Habebam vnam dignitatem, volui habere aliam, cuius collatio pertinebat ad papam, quia fortè collationem illius dignitatis ſibi reſeruauerat, vel vacauerat in curia Romana, vel fortè impetraueram ab ipſo iure preuentionis. porrexi preces ſupplicatorias papæ vt mihi conferret illam dignitatem, & in precibus continebatur quòd habebam aliam dignitatem, & petebam diſpenſari ad obtinendam aliam in qua imminebat cura animarum. papa diſpenſauit. in literis non fuit appoſitum quòd illi dignitati imminebat cura animarum: ſed tamen appoſita fuit hæc clauſula, prouiſo quòd cura animarum nullatenus negligatur. Quæritur, vtrum illa clauſula ſit ſufficiens vt mihi prouideatur de illo beneficio cui imminet cura animarum? Dicit Clemens quòd non: niſi in literis ponatur talis clauſula: prouideas tali habenti tale beneficium cui imminet cura animarum, de tali beneficio cui etiam imminet cura animarum. Sed quid ſi papa mãdet ꝙ mihi prouideatur de dignitate ad cuiuſcunque collationem, prouiſionem, vel inſtitutionẽ pertineat, & non dicit electionẽ: tamẽ in prohibitione fecit mentionẽ de electione ſic dicendo. Inhibeatis omnibus ad quos pertinet inſtitutio vel electio, vt nihil habeant attentare in præiudiciũ noſtri. Quæritur, vtrũ virtute illius reſcripti poſsit mihi prouideri de dignitate electiua? Dicit ꝙ non: niſi fuerit etiã facta mentio de dignitate electiua in parte diſpoſitiua reſcripti. Vnde in reſcriptis apoſtolicis ſunt multæ partes: ſcilicet ſalutatio, exordiũ, narratio, diſpoſitio & prouiſio. Not. primò iuncta gloſ. ꝙ licet papa in literis gratiæ faciat mentionem de beneficio aliquo incompatibili, non propter hoc videtur ſecũ diſpenſare: ſed ſolùm mentio illius beneficij incompatibilis hoc operatur ꝙ collatio alterius non erit ſurreptitia. ca. non poteſt. eo. tit. in vj. Et hoc verum niſi papa proprio motu illi concederet beneficium. cap. ſi motu proprio. eod. tit. in vj. imò ſecundò impetrans debet petere papæ vt ſecum diſpenſet: aliàs non poſſet obtinere. Not. ſecundò quòd impetrans aliud beneficium debet facere mentionem de qualitate ſui beneficij, an fuerit dignitas cui immineat cura animarum, vel non. Nota tertiò differentiam inter literas gratiæ & literas iuſtitiæ: quia literæ gratiæ vitiantur, & ſunt ipſo iure nullæ ſi fuerint obtentæ per ſurreptionem. Literæ verò iuſtitiæ non ſunt ipſo iure nullæ, ſed veniũt annullandę per exceptionẽ. ca. cùm dilecta. de reſcriptis. in anti. Not. ꝙ executor mandati apoſtolici non poteſt alicui prouidere de dignitate electiua, niſi fiat expreſſa mentio de dignitate electiua in mãdato in parte diſpoſitiua. No. diſpẽſantes. Diſpẽſatio eſt iuris cõmunis prouida relaxatio vtilitate ſeu neceſsitate penſata, ſecundum Guli. in Spe. tit. de diſpẽſa. Vel ſic: Diſpenſatio eſt rigoris iuris per eũ ad quem ſpectat canonicè facta relaxatio. j. q. vij. niſi rigor. & ca. ſeq. Capitur tamẽ quandoque diſpẽſatio impropriè, ſcilicet pro iuris declaratione: vt in cap. Quintauallis. de iureiuran. Not. in. §. ad hæc. ibi, conſueuit. quòd per conſuetudinem dignitas efficitur electiua. pro hoc eod. tit. cùm de beneficio. lib. vj. Zabarel.



Gloſſa ſequens dicit quid principium approbet.
f *Si dignitatem.* Quod in princ. dicitur de diſpenſatione, vſque ad verſic. quanquam. tenebat Hoſtien. de reſcrip. poſtulaſti. & Guli. in Spec. de leg. §. videndum. verſic. ſed nunquid nocet.
g *Mandemus.* Idem puto ſi prouideat: dum tamen non motu proprio[a]. j. cap. ij. cùm eadem ſit ratio.
Gloſſa ſequens prorogat dictum.
h *Diſpenſantes.* Quid ſi nulla fiat diſpenſatio ſuper pluralitate, ſed ſolum prouideri mandatur de dignitate, non adiecto de cura: poſtea ſubmittitur hæc clauſula? Dicas idẽ, cùm eadem ſit ratio: ſed quia clauſula illa poni non ſolet niſi cum ſit diſpenſatio ſuper pluralitate vel ſimilis. facit de offi. ord. ca. ordinarij. §. prouideat. li. vj. ideo ſic loquitur. ſimilis ideo dixi: qua quando fit ſuper ætate, ordine vel reſidentia, etiam apponi ſolet hæc clauſula. vnde quamuis in literis gratiæ ſuper his diſpenſetur, adiecta iſta clauſula: gratia tamen non extenditur ad curatam.
i *Retinere.* Quod non poſſet ſine diſpenſatione ex vi expreſſionis: vt eod. tit. non poteſt. §. fi. lib. vj. Ioan.
Gloſſa ſequens ponit tres lecturas; contra tertiam alleg. & declarationem poſcit ſub dubio: primam eligens, & contrariis reſpondens.
k *Vel alteri.* Si intelligas ſecũdæ: planum eſt quod ſequitur de gratia ſurreptitia: vt eo. tit. c. cùm in illis. li. vj. ſed ſi de prima hoc intelligas, tunc licet gratia ſit ſurreptitia quo ad diſpenſationẽ pluralitatis, non tamen quo ad prouiſionẽ dignitatis: ex quo propter illam paratus eſt dimittere primã. Vnde ſi Mutinenſis archidiaconus impetrat archidiaconatũ Bononienſem non curatum vel curatum, hoc tamen expreſſo, & diſpenſatur cum ipſo ſuper vtroque tenendo: licet diſpenſatio pluralitatis non valeat, ex quo Mutinenſis archidiaconus habet curam, & hoc nõ expreſsit propter rationẽ quam infrà dicam ſuper verbo, momenti. videtur tamen quòd valeat impetratio, ita quòd per ipſam Mutinen. dimittendo, conſequi poſsit Bonon. Non enim habetur in iure expreſſum, quòd impetrans qui tenetur facere mẽtionem beneficiorum quę habet, teneatur etiam qualitatem eorũ exprimere: ſicut nec habetur in iure ꝙ teneatur exprimere qualis ordo ſit annexus beneficio: vel quantitatẽ redituum quam habet ex vno beneficio vel pluribus: licet beneficia teneatur exprimere. cùm ergo per expreſsionem nulla fiat diſpenſatio, ſed ſolùm vitetur ſurreptio. eo. tit. non poteſt. in fi. li. vj. videtur ꝙ valeat impetratio, ex quo illud expreſsit: licet nõ expreſſerit illius curam: ſicut valet licet non expreſſerit annexionem ordinis vel redituum quantitatem, vt dixi. & ratio decre. cùm in illis. adaptatur cũ de dignitate conſequenda quæritur, non cùm de exprimẽda: Niſi dicas aliter legẽdo, ꝙ hoc nouum declaret vel inducat hæc conſtitutio[b], ꝙ etiam qualitas curæ imminens beneficio quod habet impetrãs, exprimẽda ſit in impetratione; quod probat litera, nullius penitus. quæ ſequitur: quaſi hoc ſit de iis quæ poſſent mouere principẽ ad gratiã denegandã. facit eo. tit. quãuis. & c. is cui. j. reſpon. li. vj. & ꝙ no. Cõpoſt. de reſcr. c. capitulũ. in fi. magnæ gl. & videtur expreſſum. ſ. ea. cõpil. de offi. ordi. c. ij. ſi intelligatur illud ſpeciale quod ibi ponitur de ſpecialitate quæ etiam exprimat qualitatem curæ: & talem expreſſionem communiter hodie faciunt impetrantes & cautè

*a Ergo ſi motu proprio, valet gl. ſecundũ Panorm. et Van. ꝙ poterit obtineri beneficiũ nõ expreſſa qualitate et inhærẽte. tamen text. per gl. alle. hoc nõ probat. loquitur enim quãdo tacetur qualitas beneficii prius habiti. et ideo Ioan. And. in ca. ſi motu proprio. de præben. li. vj. reprobat glo. hic et bene: quia mot⁹ propri⁹ papæ, vt no. in d. c. ſi motu proprio. tollit ſolũ ſubreptionem: nõ ſupplet qualitates intrinſecas beneficii; nec firmat gratiã contra intẽtionem papæ. Font.*

*b Sic dicendũ eſt: quia ſi dictio alteri, referatur ad ſecũdũ tantum, violabis literã cõtra l. nõ aliter. ff. de le. iij. & Hoſti. c. in noſtra ſ. de reſcr. refert Clemẽtẽ pronunciaſſe p hac opinione: et illã ſeruat hodie cãcellaria. Vankel. Fon.*

Poſſet dari tertia lectura, ꝙ miſtura diſpenſationis & gratiæ prouiſionis in eadē litera conceſſarū vitiat vtranque: quæ ſi ſegregatę forēt, valeret prouiſionis gratia, vt primò diceba-tur. Contra hanc facit de reg. iu. vtile. lib. vj. & quod ibi no. licet enim ſecūda gratia diſpenſationis pendeat à prima, & ſic ſit inſeparabilis: prima tamen gratia, ſcilicet prouiſionis, bene eſt ſeparabilis à ſecūda: quare illa vtilis per illam inutilē vitiari non deberet. hoc egeret declaratione. in dubio tamē placet prima lectura. Ad inducta ſecundò reſpondetur primò ad literā ſequētē, vt ſtatim dicā. Ad id quod allegatur de motu principis, reſpōde per decre. non poteſt. in fi. ſuperius alle. in decret. is cui. ſecundū cū primo tenebatur: & ideo primū eſſe debuit non

*† No. quòd obreptio vitiat literas beneficiales ipſo iure. quod meliꝰ probatur hic quàm alibi. & de hoc de reſcriptis. ad audiētiam. §. Zabæ.*

nullius [a] † penitus eſt momenti [b]: quanquam confectis ſuper ea literis ſit inſertum [c], ꝙ animarum cura [d] (ſi dignitatibus [e] ipſis vel alteri earum immineat) nullatenꝰ negligatur. Ad hoc ſi alicui prouideri mādemus de dignitate [f] ad cuiuſcunque vel quorumcunque collationem, prouiſionem ſeu quamuis [g] diſpoſitionem aliā in certa [h] eccleſia [i] pertinente, quam intra menſem [k] duxerit acceptandam: inhibentes illi vel illis ad quorum

curatum. ſi enim primū dimitteret, cura nō obſtaret: vt ibi. j. reſpon. decre. ij. de offic. ordi. requirit ſpecialem mētionem beneficij, vt non afficiat generalis. & eſt pro Hoſtiē. contra Cōpoſt. in iis quę no. de reſcri. in noſtra. in fi. ſed non requirit expreſsionem qualitatis: vt ſuperius dixi.

*Nullus, eſt vniuerſale negatiuū.*

a *Nullius.* vniuerſale negatiuum eſt: & adhuc ſubmittit penitus. & facit ad ſuperius dicta: quibus tamen non obſtabit hęc litera ſi dicas gratia, ſcilicet ſuper pluralitate conceſſa. fecit enim mentionem ſupra de mandato prouiſionis, & de gratia diſpenſationis. Primum cōſiſtit in gratia facienda. Secundum in iam facta. facit quod not. de præben. ſi cui. lib. vj. in vlt. glo. Vel ſi exponas alteri de ſecunda: vt ibi dixi in prin. glo.

b *Momenti.* hoc tenebat Hoſt. in prædi. decre. poſtulaſti. reddens rationem quòd circa pluralitatē in perſonatu cum cura duo ſunt impedimenta: ſcilicet perſonatus & cura. eo. tit. de multa. ſublato ergo primo impedimēto, ſcilicet perſonatus, remanet ſecundū, ſcilicet curæ: vt ibi ſcripſi. & idem Guli. in prædi. ver. ſed nūquid. ADDITIO. Inferas ex hoc textu ꝙ cum obreptio vitiet literas beneficiales ipſo iure: proceſſus vigore talium factus, eſt nullus: licet ſecus ſit in literis iuſtitiæ de reſcrip. ſuper literis. Et dicit Lau. quòd quandoque litera eſt falſa: vt quando omnino præter conſcientiam principis emanat. & tunc quicquid ex ea fit, nullum eſt de falſis, ſuper eo. pro hoc de offi. vica. cap. pen. Quandoque ſubreptitia: vt quando de ſcientia principis eſt habita, ſed aliquid falſum eſt ſuggeſtum, vel verum ſuppreſſum: vt hic, & de conceſ. præben. cum noſtris. Card.

c *Inſertum.* quod ſumi poteſt ex decret. de offic. ordi. ordinarij. §. prouideat. lib. vj.

*a Panor. ſequitur iſtā gloſ. iuncto tex. in ij. reſpon. quem dicit nō eſſe alibi. Font.*

d *Animarum cura* [a]. hoc inducebat dubiū: quaſi per hoc de curato papa prouidere voluerit: & ſufficiat quācunque parte literæ talis voluntas appareat: vt ſic finis trahatur ad principium. facit de app. ſecundò requiris. cum concor. de reſcri. olim. ſicut ſufficit quacunque parte actorum certificetur ſententia. C. de ſenten. quæ ſi. cer. quan. l. iij. ſed hæc clauſula non ponitur ad gratiam augendam: vt. j. proxim. reſpon. ſed ad idemnitatem dignitatis in executione ſeruādam: nec ſonat in conditionem prouiſionis vel qualitatis expreſſionis, ſed potius in monitionem. vnde valeret prouiſio hac monitione non ſeruata: vt not. eod. tit. non poteſt. ij. reſpon. lib. vj.

e *Si dignitatibus.* quid ſi nō ponitur ſi, puta quia dicitur prouiſo quòd animarum cura dignitatibus imminens nullatenus negligatur? Idem puto per id quod proxi. dixi. Item intelligitur imminens: id eſt ſi qua imminet.

f *De dignitate.* decre. etiam, cum in illis. §. eo. tit. ij. reſpon. loquitur de dignitate vel perſonatu: & ibi in iij. reſpō. quod de beneficio loquitur, de electione non repetit. declarari vellem, an in beneficiis minoribus quibus per electionem & confirmationem prouidetur, locum habeant hæc iura? communiter tenetur quòd ſic. & facit. j. de relig. do. ca. ij. ij. reſpon. in prin.

Gloſ. ſequens ponit opi. & contrarium conſilium, & duas ipſius rationes. Secundò mouet dubium. ponit opin. contra quam alleg. & reſpondet.

g *Quamuis.* iſtud verbum non eſt in decre. cum in illis. per quod quandoque dicebāt impetrantes ad hoc vt aliquid adderet, electionem includi. Iamdudum conſulueram contrarium in quadam cauſa Florentina, illa ratione, quia cū regulariter in iure indefinita æquipolleat vniuerſali. de quo not. de elect. vt circa. lib. vj. illud verbum nihil addet. Item quia cum per decret. cum in illis. verbum diſpoſitionis nō includat electionem, quaſi diuerſæ ſint ſpecies: vniuerſale adiectū illi ſpeciei quamuis illam amplificet, tamen aliam non includet, maximè in hoc caſu quo de materia reſtringibili loquimur [b] vt ibi in ſecundo. §. modo vides hoc hic approbatum. Vidi etiam dubitari ſi nullus ipſorum modorum exprimatur, quia ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate, vel prima quæ vacabit, vel quā duxerit acceptandam: nunquid includatur dignitas cui prouidetur per electionē? Et tenēt aliqui quòd

*Indefinita æquipollet vniuerſali.*

collationem, prouiſionem ſeu electionem [l], dignitates in ipſa eccleſia pertinere noſcūtur, ne interim [m] ad collationem ipſarum ſeu prouiſionem procedant, vel quenquam eligant ad eaſdem de dignitate ad quā conſueuit [n] quis per electionem aſſumi, impetranti non poterit prouideri: cum [o] in conceſsione gratię [p], ad quam non augendam ſed exequendam debent quæ de inhibitione ſequuntur referri, nullam de electione fecerimus

*b Idem Panor. Vā. facit. c. ſedes. §. de reſcr. c. qui ad agendum. de proc. lib. 6. nec obſtat ꝙ Hippo. in l. vniꝰ ſacinoris. §. cognitorū. ff. de. q. in xj. col. notabiliter voluit ꝙ iſta generalia adiectiua ampliāt ſignificatū dictionis cui adiunguntur ad latiſſimā ſignificationē. c. generali. §. vxori. ff. de vſufr. lega. addo quæ ſingulariter not. Flo. de ſanc. Pet. l. alienationes. ff. fam. ercis. quia reſpōdeo ſicut Alex. Fran. Aret. in l. j. quòd verba generalia recipiunt reſtrictionē à iure datam. Font.*

hoc caſu ita veniet modus electionis ſicut quiuis alius [c]: ex quo nullus exprimitur cum illa decre. & iſta non dicant modum electionis non includi niſi exprimatur: ſed dicunt vno caſuū expreſſo alium non venire. Contradicere videtur finis huius capituli. Sed reſponderi poteſt ꝙ reſpicit caſum narratum: vt ibi dicam.

Gloſ. ſequens de præpoſitione in duo dicta ponit: & opi. contra primum. infert contra opinionem.

h *In certa.* de iſto enim ſcias, quòd Io. Mon. no. de reg. iu. in generali. lib. vj. & Archid. c. li. de conceſ. præben. ne captandæ. Clementē quartū terminaſſe authoritate ſumpta de lib. ij. Reg. xij. cap. & iij. q. vij. §. vlti. de illo qui habebat vnicam ouem, & ex. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offi. præſi. de illo qui habebat vnicum lumen, quòd cùm ſcribitur alicui prouideri de dignitate in aliqua eccleſia, & non eſt ibi niſi vnica & principalis, illa non debetur: & ſit etiam ratio: quia prouidere de illa dignitate, non eſt prouidere in eccleſia, ſed de eccleſia. alleg. etiam deciſam decret. vltim. eod. tit. & facit quod not. de offic. leg. cap. penult. in gloſ. ij. libr. vj. dicit etiam ibi Ioan. Mon. & Archid. eod. tit. ſi pro clericis. lib. vj. Bonifac. viij. pronunciaſſe in forma pauperum: quòd cum ſcribitur alicui de aliquo beneficio in eccleſia prouideri: ſi non ſit ibi niſi vnicum, vel ſcribitur ad collationem alicuius qui non confert niſi vnicum, de illo prouideri non poterit: cū illud, in aliquo, ſit relatiuum ſupponens diuerſitatem. Circa primum tamen refert Archid. in addi. quòd quidam magni viri tenent contrarium per decret. eod. titu. quamuis. lib. vj. de conceſ. præben. nulla. vij. quæſti. j. ſcire. quo ad ſuperficiem facit de ſimo. cap. fi. & faciunt prædicta contra Ioā. Mona. & Archid. in his quæ not. de elect. quàm ſit. libr. vj. qui dicunt decret. illam quæ ſtatuit tempus præſentandæ electionis & petendæ confirmationis locum habere ſolùm in principalibus prælaturis eccleſiarum: & tamen tex. ibi dicit, electio in aliqua eccleſia celebrata. contrarium etiam probatur ibi. §. fidum dicit, quiuis electus.

*c Eſt de mēte Panor. & Van. facit ca. dilectus. de of. leg. et tenet Ro. in nouis deciſio. ccccxcix. Fontanus.*

i *Eccleſia.* diœceſi vel prouincia: cùm ſit eadem ratio.

k *Menſem.* ſolet dici in literis, à notitia vacationis: vt j. titu. j. cap. vnico. & quando tunc incipiat menſis currere, ibi habes in fi.

l *Seu electionem.* hoc inducebat dubium.

m *Interim,* ſcilicet intra menſem acceptationis.

n *Conſueuit.* vide quod dicam. j. c. penult. in glo. coniunge.

o *Cùm.* pro quia, redditiuum cauſæ: & iunge hic literam, nullam &c. quæ eſt in fin.

p *Gratiæ.* ſuperius narratæ, ſcilicet quæ certos modos habebat expreſſos.

PEr *literas.* j. Ponit dictum à quo excipit: ibi, Niſi. Innoc. CASVS. Papa mandauit reuerendo in Chriſto patri & domino, domino Ioanni cordis diuina fauente gratia Bituricen. archiepiſcopo, vt mihi qui eram de ſua diœceſi, prouideret de beneficio primo vacaturo, ſub hac forma, ſiue eſſet dignitas vel perſonatus, vel ei immineret cura animarum, ſiue aliud beneficium ad quod quis conſueuerit aſſumi de electionem, ſiue quodcunque aliud beneficium eccleſiaſticum. Vacauit hoſpitale vel eleemoſynaria, vel leproſaria. Quæritur vtrum iſta loca pia comprehendantur ſub illa clauſula? Dicit quòd non: niſi expreſsè fuerit dictum de iſtis locis. nec ſufficit clauſula generalis, ſiue cuiuſcunque conditionis fuerit illud beneficium eccleſiaſticum:



cum: etiam poſito quòd illa loca pia haberēt iura ſpiritalia, puta decimas, & ſepulturas. h. d. H. r. Colligo aliqua notabilia. Primò no. quòd in materia odioſa appellatione beneficij eccleſiaſtici non veniunt iſta loca pia de quibus in litera iſta dicitur. Et inſurgit iſtud odium, quia iſta loca pia ſunt ambitioſa. Itē vt cui retur votum captandæ mortis. Nota quòd ad hoc vt iſta loca pia comprehendantur ſub gratia, non ſufficit mentio ſub clauſula generali, cuiuſcunque conditionis ſit beneficium eccleſiaſticū: ſed oportet ꝙ de illis fiat mētio expreſſa: hoc modo, ſiue ſint hoſpitalia, vel eleemoſynariæ, vel leproſariæ. No. textum. Directas, id eſt miſſas. & venit à dirigo, gis, direxi: quaſi in diuerſam partē rego. Et dicitur à di, & rego, gis, & cor. ri. Vnde: dirige greſſus meos, id eſt, rege paſſus meos. Not. quòd comparantur literæ apoſtolicæ & literę legatorum. ſi. de offi. leg. collatio. lib. vj. quandoque tamen diſcomparantur: vt tangit hic Cardinalis in iij. quæſt.

mentionem.

## Idem.

*Litera ſuper prouiſione clericorum non includunt hoſpitalia & loca ſimilia, & habentia iura ſpiritalia: niſi id exprimatur. hoc dicit. Io. an. Andreæ.*

### CAPITVLVM II.

PEr literas à ſede apoſtolica vel legatis [a] ipſius ſuper prouiſione [b] quorumlibet clericorum directas [c] de xenodochiis [d], leproſariis, eleemoſynariis [e] ſeu hoſpitalibus (etiam ſi eccleſias [f] vel capellas, decimas [g] aut alia ſpiritalia [h] iura noſcantur habere) nulli poſſe † decernimus [i] prouideri [k]: Niſi hoc in apoſtolicis [l] literis [m] caueatur expreſsè [n].

## Idem.

*Quo caſu vacat vna dignitas per receptionem alterius, vacant etiam plures.*

### CAPITVLVM III.

SI plures [o] obtinens [p] dignitates [q], aliam dignitatem aut beneficium curam animarum habens acceptet, diſpenſatione ſuper hoc [r] legitimè non obtenta, eius [ſ]

a *Legatis.* de latere: per decre. j. de offic. leg. lib. vj.

Gloſ. ſeq. cum ſecunda ſequenti ſoluit duo dubia.

b *Super prouiſione.* ſatis videretur idem in literis quæ emanant ſuper reſeruatione fructuum beneficiorum, vt talia in illis non includantur niſi exprimantur, per rationem quam j. dicam.

c *Directas.* intelligam etiam proprio motu: nam motus proprius non ampliat gratiam vel vim verborum, licet excludat ſurreptionem eius pro quo ſcribitur. j. eod. tit. ſi Romanus.

d *Xenodochiis.* de relig. do. ca. iij. & varia nomina talium locorum vide xxiij. q. vlti. ſancimus. & ibi de hoc, & j. q. vij. ſi quis omnem. ad fi. in authen. de ali. & emphy. in prin. col. ix. & de eccl. tit. §. fi. ea. collat.

*Eleemoſynaria, hoſpitale, & domꝰ Dei, idem.*

e *Eleemoſynariis.* In multis locis hoſpitalia vocantur eleemoſynariæ: in aliquibus domus Dei. de app. dilecti. multa etiam monaſteria ſine certo loco hoſpitalitatis habent talia officia eleemoſynariorum: & cum omnia iſta deputata ad certum vſum, ad alium vſum ſine papæ licentia conuerti non debeant. j. de reli. do. cap. ij. poſt princ. merito non comprehenduntur ſub literis beneficialibus: qua ratione idem puto de fabricis.

Gloſſa ſeq. rationem ponit quam determinat. ſecundo diuidit quatuor membra, & in tertio diſtinguit.

f *Eccleſias.* quia talia ſunt loca religioſa, quod intelligas ſi authoritate epiſcopi ad hoc ſunt inſtituta. de reli. do. ad hæc. & ideo talia ſpiritalia poſſunt illis accedere. & facit qd' ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de iure pa. ex literis. Et aduerte, quia ſi hoſpitale ſit principale cui accedit eccleſia vel capella, per literas tales non debetur, vt hic: ſi verò conuertas ꝙ eccleſia ſit principale habens annexum hoſpitale: tunc non puto hoc locum habere: ſed tunc iure acceſſorij veniet quod principaliter non veniret. bene facit eod. titu. ſuper eod. lib. vj. de re. iu. acceſſorium. & quod ibi no. Quod in dubio: vt quia extat hoſpitale & eccleſia, & neſcitur quod ſit principale, & quod acceſſorium? Solu. ſi apparet poſſeſsio & denominatio per quam poſſumus alterum præeligere, illud ſequemur. eod. titu. cùm de beneficio. lib. vj. de proba. per tuas. cum ſi. ſed ſi non apparet, repellam impetrantem: conſtat enim de hoſpitali; nec conſtat illud acceſſorium eccleſiæ. nam & ſi hoſpitale & eccleſia eſſent annexa, ita quòd neutrum principale: puto hanc decret. locum habere per no. ne ſe. va. ca. j. facit quod not. de conceſ. præben. ſi capitulo. libr. vj. in gloſ. quæro. in fi.

*Acceſſorij iure venit quod principaliter nō veniret.*

g *Decimas.* id eſt ius percipiendi decimas. An autē de redditibus horū locorum debeat ſolui decima, habetur in declarationibus, de quibus dicam. j. de deci. ca. ij.

h *Spiritalia.* Vt cœmeterium, & ius funerandi. j. de relig. domi. quia contingit. in fine.

i *Decernimus.* Videtur ergo eſſe ius nouum: & hic incipe conſtructum.

Gloſ. ſequens quærit & ſoluit. ſecundò quærit & remittit.

k *Prouideri.* vnde nec hodie talia clericis ſecularibus in beneficium dari poſſunt. j. de reli. do. c. ij. ij. reſpon. in prin. Sed eſt dubium, an in duobus caſibus ibi exceptis in ver. niſi in fundatione &c. locū habeat hæc decre. & puto ꝙ ſic, cū generaliter loquatur: nec ſequitur ſi concedi poſſunt illis caſibus in beneficiū: ergo includūtur in literis. tolle inſtantiam §. c. proxi. e. tit. quāuis. ſ. li. vj. ſicut ergo certæ qualitates ſunt in literis beneficialibus exprimēdę, ſic & iſta ad hoc vt talia in literis excludātur, & tūc facta expreſsione taliū debebuntur ſolū in illiſ caſibus: niſi in expreſſione appareat papā amplius voluiſſe. Et nunquid cum beneficiis permutari poſſint? dicam. j. de re. permu. ca. vnico.

*† No. quòd hoc verbū facit nouū ius, & hoc tenet Zēzelin. de hoc de indi. decernimus. Zabarel.*

l *Apoſtolicis.* [a] Not. quòd non repetit de legatis, & hoc forſan per id quod dixi in gl. proxi. Et eſt ſi. quia legatus nō confert eccleſiā ſpectātem ad præſentationē laici patroni: quā tamē papa cōfert. de iure pa. cū dilectus. de offi. leg. dilectus. quod intelligas hoc expreſſo, vt ibi dixi. ſi ergo ſit circa iſta reſtricta poteſtas legatorum, & circa alia. de offi. leg. ca. pen. & antepenul. lib. vj.

*a Secūdum Imo. vult ꝙ legatus nō pōt expreſſè collationi ſuæ reſeruare hæc loca. vnde per hāc gl. notat Barba. & poſt eū Feli. ca. nullus. de foro cōpe. col xj. ꝙ procedit argu. à cōtrario, etiā ſi corrigatur ius commune in genere. Font.*

m *Literis.* Probatio ergo teſtiū vel alia nō ſufficerent in hoc caſu. facit quod not. eo. tit. ſi motu proprio. lib. vj. in vlt. gloſ.

n *Expreſsè.* per quod ſufficere non videntur verba generalia: vt ꝙ de quibuſcunque beneficiis, dignitatibus, perſonatibus, officiis &c. & facit. §. ead. compil. de offi. ord. cap. ij.

SI *plures.* Ponit dictū ad quod adducit ſimile. ſecunda ibi, Sicut. Imola. Præſupponendum eſt illud quod dictū eſt in cap. de multa. eod. tit. in anti. videlicet quòd ſi alicui obtinenti dignitatem vel perſonatum, vel eccleſiam parochialē, conferatur aliud ſimile beneficium incompatibile, & accipiat poſſeſsionem pacificam illius: tunc vacat ipſo iure primum, ita quòd collator poterit illud conferre. CASVS. Ex diſpēſatione tenebam duas dignitates vel duos perſonatus, vel duas eccleſias parochiales, vel vnam dignitatem & vnam eccleſiam parochialem, vel perſonatum & vnam dignitatem vel duo beneficia incompatibilia. fuit mihi collatum tertiū beneficium ſimile. Iſtud tertiū acceptaui, & adeptus fui poſſeſsionem. Quæritur, vtrum duo beneficia ſuperiora quæ obtinebam, vacent ipſo iure, vel vtrum tantum vnum ex illis? Dicit Clemens papa quòd duo prima beneficia vacant ipſo iure: ſicut ſi tenerem tantum vnum ſine diſpenſatione, per adeptionem alterius ſimilis beneficij vacat primum ipſo iure: per dictum cap. de multa. e. tit. in an. Not. primò iuncta gl. quòd quis non poteſt obtinere duo beneficia incompatibilia ſine diſpenſatione: tamen epiſcopus poſſet diſpenſare in duabus dignitatibus, non autem in duabus eccleſiis parochialibus. De hac materia vide Panor. in c. de multa. de præb. in anti. Not. ꝙ beneficia quæ requirūt reſidentiā perſonæ, dicūtur incōpatibilia: quia nemo poteſt eſſe in duobꝰ locis ſimul & ſemel naturaliter. Not. ꝙ ſi alicui habēti duo beneficia incōpatibilia, ex diſpēſatione conferatur tertiū, & habuerit pacificam poſſeſsionē illius tertij, ipſo facto vacāt duo prima. Vnde diſpēſatus ad duo beneficia incōpatibilia: ſua diſpēſatione non ſe extēdit niſi ad duo beneficia quę primò obtinebat. ca. non poteſt. e. tit. in vj. & ſi vellet dimittere vnum, & aliud acceptare: nō poſſet, niſi illud caueatur in ſua diſpēſatione ꝙ poſsit dimittere vnū vel ambo, & aliud acceptare: & tūc debet eligere vnū de duobus primis: quod ſi detur ſibi, ipſe nō debet acceptare aliud, ſed debet priꝰ dimittere vnū de obtētis. Sed ſi nolit ſe ponere in iſto periculo quia fortè ſecundū beneficiū eſt litigioſum: tunc corā tabellione debet proteſtari ꝙ habita pacifica poſſeſsione illius ſecūdi beneficij, ipſe non intendit tale primū beneficium retinere: ſed intendit reſignare illud in manibus alicuius tertij.

*Epiſcopus in duabꝰ dignitatibus diſpenſare poteſt.*

*Diſpēſatio ad duo de duobus primis intelligitur.*

Gloſſa ſequens dicit quid approbet, & conqueritur.

o *Si plures.* Approbat quod not. Cōpoſt. de elect. dudū. ij. ad fi. & Guli. ponens ad literā ipſius verba in Specu. tit. ij. §. videndū. verſic. quid ſi habens duos. & Io. Mo. de offi. ordi. ca. ordinarij. lib. vj. & Arch. in decre. non poteſt. eo. tit. lib. vj. debuiſſet clarius formari, vt j. dicam.

p *Obtinens.* per ſufficientem diſpenſationem, vt aliqua ſit dubitatio.

q *Dignitates.* Perſonatus vel beneficia curata, vel alterum cum altero: cùm ſit eadem ratio.

r *Super hoc.* ſcilicet ſuper illa vel illo retinendo vnà cū primis vel cum altera primarum.

ſ *Eius.* dignitatis vel beneficij curati vltimò collati & acceptati.

Gloſſa

Gloſ.ſeq.prorogat,probat & determinat.
a *Adepta.* Idem videtur ſi per eũ ſtaret quo minus adipiſceretur.e.tit.licet epiſcopus.de elec.cõmiſſa.li.vj.quod probat ſimilitudo quę ſequitur,hoc verũ quando tenet collatio vltimi:ſecus ſi collatio nõ teneret:quia tũc abſtinendo à poſſeſſione pœnam iſtam euaderet, vt.j. dicã.

*† Lau.dicit non pacificã,ſi fruct⁹ debebãtur ad tẽpus alteri.Dic ꝙ tunc nõ dicatur adepta poſſeſſio,per dic. c.ſi tibi poſſeſſio.Zab.*

Glo.ſeq.primò ſoluit obiectionem ſuperfluitatis.ſecundò ponit duas opi.reprobatas,& ipſarũ iurib⁹ reſpõdet. tertiò mouet & aperit dubiũ. ponit opi. & diſtinguendo ſoluit.
b *Vacare.* Si intelligas de iis quę per diſpenſationẽ habebantur, videbatur expeditũ.e.tit.non poteſt ij.reſpon.li.vj.inquãtũ ibi dicitur quòd diſpẽſatio data ſuper

poſſeſsione adepta [a] pacificè † dignitates quas prius habebat ipſo facto vacare [b] cenſemus: Sicut [c] ſi dignitatem vnicam obtinenti alia ſimilis conferatur, eius pacifica poſſeſsione habita prima de iure vacaret. [d]

## Idem.

*Valet prouiſio facta proprio motu papæ tacentis beneficia prouiſi quæcunque ſint & quotcunque.h.d.Ioan.And.*

### CAPITVLVM IIII.

*Diſpẽſatio ſuper duob⁹ beneficiis,intelligitur de duobus primis.*

duobus intelligitur de primis duobus: ergo tertium in locum primi vel ſecundi ſurrogare non poteſt: ſed quia poterat etiam nominatim ſuper illis diſpenſatum eſſe, ſcilicet ſuper tali & tali beneficio & dignitate,quem caſum.§.ille non contingebat, vtilis fuit declaratio. Et videbatur quibuſdam quòd non vacarent: ſed princeps deberet eligere quàm ex primis dimitti volebat.arg ff.de excu.tut.l.vj.quæ incipit,ſi duas. Aliis videbatur quòd ipſe idem prouiſus eligeret, per decre.preterea.eod.titu.& ca.referente.expeditum eſt quòd vacant omnes primæ. Ad l.prædictam reſpondebat Compoſt. quòd licet quis pluribus tutelis grauari non debeat: per vnius tamen receptionem non vacat altera. Ad decretales reſpõdebat quòd correctæ ſunt per decret. de multa.& hæc ſatis ſunt plana. Sed remanet dubium ſatis forte,nunquid valeat collatio vltimi? hoc dico propter decret.ordinarij.de off.ordin.libr.vj. vbi dicitur quòd habenti pluralitatem talium etiam cum diſpenſatione ſufficienti, non poteſt aliud tale conferri: niſi diſpenſatio etiam extendatur ad illud:vel niſi prius habita reſignet, & vitiet collationem aliter factam. & facit quod ibi not.poſt Gar.in vlt.glo.& forte fuit hoc dubium huius decret.cum enim illa decre.ordinarij,dicat collationem vltimi nullius eſſe momenti: ergo per eam non vacat prima. Sed in prædicta decret. non poteſt. Archid.tenet quòd non valet collatio vltimi: nihilominus vacat prima ex quo poſſeſsionem habuit vltimi. Ad hoc eod.tit.cum qui. lib.vj. & ſic dicitur per magnum virũ pronuntiatum in curia: contra quam tamen pronuntiationem refert quòd pendebat appellatio. hoc ergo declarare procuraſſem ſi compoſitoribus adhæſiſſem. Puto tamen quòd ſi habenti vnum curatum confertur ſecundum tale, valeat collatio ſecundi: & ex quo ſtat per eum quo minus habeat poſſeſsionem ſecundi, vacat primum. Si verò habenti plura talia ex diſpenſatione ſufficienti cõfertur aliud tale: valet collatio, ſi diſpenſatio ſufficiens eſt etiam quo ad illud. & tunc de vacatione non quærimus. Si verò diſpenſatio ad hoc vltimum non iuuat: dico quòd ſi dimiſit primam ante collationem vltimi, valuit ipſius collatio:nec tunc etiam de vacatione iuris querimus.Si verò non [a] dimiſit,collatio vltimi nõ valuit:tamen per acceptationẽ nõ perdit prima,imò illa retinet:ſed ſano vſus conſilio videns collationem vltimi non valere,ipſius poſſeſsionem non apprehendat:vt ſic humanitas iuſtæ plenitudinis non auferatur.ij.quæſt.vj.ſi quis libellos.de app.cum ceſſante.& faciunt no. de cleri.coniug. diuerſis.cum concor. Si verò poſſeſsionem ipſius vltimi apprehendit, hæc poſſeſsio facit prima vacare: nam hoc caſu cum ex tali vitioſa poſſeſsione vacaret vnicum, vacabunt & illa per literam quæ ſequitur.

*Beneficiorum incompatibilium pluralitatẽ habenti,an poßit aliud tale conferri.*

*a Gloſ.vult ꝙ poſt collationem de tertio beneficio diſpenſat⁹ ad duo incõpatibilia non poteſt primũ ex illis duobus incõpatibilibus relinquere vt acceptet tertiũ ſibi iam collatum. Card.Fon.*

Gloſ.ſeq.quæſtionem ſoluit & ampliat.
c *Sicut ſi.* Per hanc literam dico quòd ſi caſus eſſet quòd poſſeſsio ſecundi non faceret vacare vnicum: vt eod.titul. ſuper eod. & cap.ſi tibi conceſſo.libr.vj. non vacabunt illa plura:& hoc puto verum ſiue valuerit ſiue non valuerit collatio vltimi.
d *Vacaret.* Per decre.de multa.eo.tit.& hodie per conſtitutionem Ioan.execrabilis.ſi primũ abſque mora, diſpendio, verbo &facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico non dimittat,priuatus eſt ſecundo,& inhabilis ad ſacros ordines & beneficia:vt ibi.§.porrò quia.
e S*I Romanus.*} Non recipit diuiſionem. Præſupponendum eſt quod habetur in cap.ſi.§.de offi.ordi.videlicet quòd ſi beneficiatus impetret aliud beneficium à papa: in impetratione ſecundi beneficij debet facere mentionem de

A primo obtento:& ſi non fecerit mentionem,ſua impetratio erit ſurreptitia.CASVS. Obtinebã duo beneficia ſimplicia vel non ſimplicia cũ diſpenſatione vel ſine.Romanus pontifex proprio motu contulit mihi aliud beneficium, & non fecit mentionem de obtentis.quæritur, vtrum illa collatio ſit ſurreptitia? Dicit Clemens ꝙ nõ;quia proprius motus tollit omnem ſurreptionem: tamen per illam collationẽ papa non videtur mecum diſpenſaſſe de obtentis beneficiis incompatibilibus ſi illud beneficium eſt incompatibile, niſi iſtud dicatur in collatione. Quæritur quomodo cognoſcemus quòd papa proprio motu mihi confert beneficium: vel quando confert ad preces meas? Dicit Clemens ꝙ Romanus pontifex non videtur mihi conferre beneficium proprio motu, niſi expreſſe illud dicatur in collatione:vt in cap. ſi proprio motu. eod.titu.in vj.

SI Romanus [e] pontifex [f] de beneficio [g] alicui motu proprio [h] prouideat, [i] de beneficiis quæ obtinet, [k] non habita mentione: prouiſionem ſeu gratiam huiuſmodi fore validam [l] declaramus; [m] qualiacunque fuerint beneficia, dignitates, aut perſonatus,cum cura,vel ſine cura, & in numero quantocunque [n] quæ is habebat cum ſibi pro-
B uiſio facta fuit.

*Papa mot⁹ proprius quid operatur.*

*b Dic idem in eo. Car. hic de Anch.inde vl. vt ibi notaui. Font.*

*Dignitatũ pluralitas facit quem inhabilem etiã ad minora beneficia.*

Nota quòd proprius motus papæ validat gratiam contra vitium ſurreptionis,id eſt, validat gratiam vt illa gratia non dicatur ſurreptitia.Aliam autem inhabilitatẽ illius pro quo ſcribitur non tollit,niſi illud exprimatur: etiam ſi illa inhabilitas ſurgat ex detentione plurium beneficiorũ incompatibilium:vt gloſ.in verſi.validat.quam tene mente, & maximè in eo quòd poſtea dicit ſatis eſſe illi clauſulæ quòd certum operetur effectũ.Et adde hìc aliam glo. quæ habetur.ſ. eod.titu.in cle.ij.in ver.directas.quę dicit quòd motus proprius non ampliat gratiam vel vim verborum,licet excludat ſurreptionem. Not.quòd nomen beneficij intelligitur de quocunque:vt hìc,iuncta glo.iij.& idem Pau. Not.de verbo,declaramus.per quod nouum ius non inducitur. de hoc de iudi.decernimus Zabarel.

Gloſ.ſeq.dicit quid approbet & reprobet.
C Si Romanus.Approbat quod no.per Archi.& me.eo.tit.ſi motu proprio.lib.vj.& reprobat quod ibi not.Ioan.And.
f *Pontifex.* De legato eſt opinio [b] no.de offi.leg.c.vlt.li.vj. & not.ſ.ea.compi.de offic.ordi.c.ſi.
g *Beneficio.* Large ſumitur de reg.iur.c.j.lib.vj.
h *Proprio.* Quod nõ intelligitur niſi exprimatur:vt in prædicta decre.ſi motu.in ſi.
i *Prouideat.* vel prouideri mandet:cum eadem ſit ratio.
k *Obtinet.* iure vel ſpe.ſ. eadem compi.de reſcrip.gratiæ.
Gloſſa ſeq.exponit literam dicens quare ſic.
l *Validam.* Quo ad vitium ſurreptionis,id eſt,non ſurreptitiam:aliam enim inhabilitatem illius pro quo ſcribitur non tollit motus proprius: vbi aliud non addatur:etiam ſi illa ex talium pluralitate procedat: vt quòd ſine diſpenſatione habebat pluralitatem dignitatum vel curatorũ, quę facit quem inhabilem etiam ad minora beneficia. de elect.dudum.ij. & ibi dixi in j.glo.& patet apertius per conſtitutionẽ Ioannis, execrabilis. ſatis eſt ergo illi clauſulæ quòd certum habet effectum;nec alium operabitur prꝑter intentionem ſcribentis.ſ.c.j.de qua intentione ſi appareat, illi ſtabitur:vt dixi de reſcrip.cum adeo.in ſi.
D m *Declaramus.* Reprobat ergo, non ſimpliciter corrigit opi.contrariam.
Gloſſa ſequens rationem reddit.
n *Quantocunque.* Ratio enim proprij motus excludens ſurreptionem prouiſionis ita coaptatur curatis vel ſimplicibus multis vt vni.Item per id non intelligitur in retentione diſpenſatum eſſe. [c] eod.tit.non poteſt. in ſi.lib.vj.& per hoc ibi hanc opinionem tenebam in.j.glo.
S*I de beneficio.*} Se ſummat,quatuor ponens caſus,& quaſdam opi.determinans:vt j.dicam.CASVS.Papa mãdauit priori ſancti Cyrici de Exolduno vt mihi prouideret de primo beneficio vacaturo.in collatione epiſcopi Lemouicen. vacauit beneficiũ per tantũ tempus ꝙ collatio deuoluta fuit ad capitulum eccleſiæ Lemouicen.ſecundum tenorem cap. nulla.de conceſsio.præbend.in antiquis. Quæritur,vtrum de iſto beneficio mihi poſsit prouideri virtute meæ gratiæ ſeu mandati; ita ꝙ prior ſancti Cyrici executor poſsit mihi prouidere de beneficio illo quod deuolutum eſt ad capitulum? Dicit Clemens quòd non:quia papa per ſuas literas nõ intendit grauare niſi epiſcopum Lemouicenſem, & non capitulum. Sed beneficium vacauit per tantum tempus quòd collatio deuoluta eſt ad papam: quæritur vtrum virtute meæ

*Mot⁹ proprius ſurreptionem excludit.*

*c Idẽ Imo. ſi tamen papæ eſſe nota pluralitas beneficiorũ intelligeretur diſpenſatũ per l. quidã conſulebãt. ff. de re iud.de Anch. ſecũdum quem qualitas obtentorũ beneficiorum nõ expreſſa,non annullat gratiã cũ clauſula motu proprio.ar. quæ not. in ſi. §. de reſcriptis,ſuper literis. fallit tamen ait, ſi iſta beneficia eſſent obtenta per potentiam laicalem.c. quiſquis.de elec. aut cõtra extrauagã. execrabilis. Font.*



meæ gratiæ poſsit mihi prouideri de illo beneficio? Dicit Clemens ꝙ ſic:& ſic gratia cõceditur in præiudiciũ concedentis.Sed quid ſi collatio beneficij pertinet ad inferiorem, puta ad abbatem:qui prælatus fuit negligens in cõferẽdo, ita quòd collatio deuoluta eſt ad epiſcopũ:quæritur, vtrum illud beneficium cadat ſub gratia mea quãdiu eſt intra ſex menſes in quibus epiſcopus poteſt cõferre? Dicit quòd ſic h.d.H.r. Colligo aliqua notabilia. Primò,ꝙ quãdo epiſcopus eſt grauatus vt aliquis executor de beneficiis ad epiſcopũ pertinẽtibus prouideat alicui:tũc executor poteſt prouidere de beneficio eius collationi ſpectãte iure deuoluto,ſiue etiam ad eius collationem pertineat originaliter. Not. quòd executor poterit prouidere de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi,etiam ſi deuolutio fuerit facta ad Romanum pontificem.Et hoc eſt verum, dum tamen deuolutio habeat initium in perſona epiſcopi originaliter:quia prima collatio pertinebat ad epiſcopum.ſecus ſi deuolutio habuit initium in perſona alicuius inferioris,& collatio propter negligentiam inferioris fuit deuoluta ad epiſcopum, & de epiſcopo ad papam.Et poſſem reddere rationẽ:quia dum papa mandabat executori vt mihi prouideret de beneficio vacaturo in collatione epiſcopi: ipſe ſolum volebat grauare ipſum epiſcopum:ſed ſi ipſe conferret beneficium quod fuiſſet ſibi deuolutum: ipſe non videretur grauatus, & per conſequens intentio papæ non adimpleretur. Item ſi papa conferret vel executor illud beneficium quod ſibi deuolutum fuit ab epiſcopo, quod etiam ad epiſcopum fuerat deuolutum per negligentiam prælati inferioris:ipſe exoneraret epiſcopum,ita quòd epiſcopus non amplius teneretur conferre beneficium: quare executor nõ poterit prouidere de beneficio quod deuolutũ eſt ad ipſum papam per deuolutionem epiſcopi.

## Idem.

*Expectans beneficium ad collationem epiſcopi deuolutum, ad illius capitulum obtinere non poterit: deuolutum tamen ad epiſcopum, vel etiam ad papam ex cuiuſcunque negligentia poterit obtinere.*

### CAPITVLVM V.

SI de beneficio ad cuiuſcunque [a] epiſcopi collationem ſpectante, alicui conferendo ſcribamus: [b] ſibi illud conferre nõ poterit, cuius collatio ex negligentia † [c] ipſius epiſcopi [d] ad eiuſdem capitulum [e] deuoluta exiſtit: [f] Licet prouideri ſibi poſsit de illo etiam cuius ad ipſum epiſcopum ex ſui capituli [g] vel alterius cuiuſcunque, [h] ſiue ad nos [i] ex ipſius epiſcopi [k] & aliorũ in hoc eidem ſuccedentium [l] negligentia collatio fuerit deuoluta.

*† No.quòd per neglig̃tiam epiſcopi deuoluitur collatio ad capitulum.& dicit Lauren. quòd ipſo iure deuoluitur, nec indiget facto hominis quin ſtatim ſurripiatur poteſtas ab ipſo negligente, & deuoluatur in manus ſuperioris:nec poteſt purgari mora. de ſu.neg.præla. licet. ciã ca.ſequen. Et dic ꝙ negligentia currit à die ſcientiæ ceſſante impedimento.de elec.c.ſi.de conceſ. præben.quia diuerſitatem. Cardina.*

a *Cuiuſcunque.* Quia exemptos & non exemptos,& ſuperiores epiſcopis per hoc intendit includere.
Gloſſa ſeq.ſoluit quæſtionem diſtinguendo.
b *Scribamus.* executori.idem ſi ſcriberetur ipſi epiſcopo: ſaluo quòd in vltimo caſu cum eſt deuolutum ad papam, diſtinguitur,an per literas excitetur officium,an conſtituatur delegatus.de offic.ordi.licet.&.c. penul.de reſcrip.cum aliquibus.lib.vj.

*Epiſcopi officiũ quãdoꝗ per literas papæ excitatur.*

Gloſſa ſequens duo dubia ſoluit.
c *Ex negligentia.* Idem ſi ex delicto:licet ſit opi.an hoc caſu deuoluatur ad capitulum:vt ſcripſi de elect.cum in cunctis. in ſi.& ſuper vlti.gloſ.vbi verò ex commiſsione epiſcopi capitulum vel alius haberet conferre: hoc nõ impedit executorem:vt probatur.e.tit.c.ſi.li.vj.facit quod no.de inſti.cap. ſi.aliàs poſſet facilè epiſcopus eludere impetrantem.
Gloſ.ſeq.quærit.opi.ponit,quam determinat.
d *Epiſcopi.* Sed nunquid negligentia ipſius executoris, quando ſcilicet eo ſciente vltra ſex menſes vacauit beneficium quod conferre poterat, oberit ei? Compoſt.in decre.capitulum.de reſcript.in magna gloſ.in iiij.chart.ver.itẽ nunquid executor.tenet quòd non:& decret.ij. de conceſ.præben. in ordinariis collatoribus loquitur, non in executore qui confert vice papæ.Aduerte quòd verum eſt hoc ſi executor prouidere poteſt ad cuiuſcũque collationem ſpectat: nec tempus acceptationis adiicitur.hoc dico per decre.vnicam.j.tit.j.& vide quod ibi dicam in glo.iſte terminus.ſed ſi certa perſona grauatur per reſcriptum, & illius tempus eſt elapſum:tunc conferre non poterit donec deuoluatur ad papam.hoc probat decre.iſta.
e *Capitulum.* Vel alium:cum eadem ſit ratio.& facit j.ver. vel alterius.
f *Exiſtit.* intelligo tempore prouiſionis ſuæ, non datæ:& ſic eſt dare ꝙ poteſtas huius executoris variatur ſecundum tempora.& ſi.j.titu.j.cap. vnico. quandiu enim beneficium eſt in collatione epiſcopi,confert illud: illo ad alium deuoluto, non confert illud. ita eſt de beneficio ad inferiores ſpectante,quòd ipſe nõ confert donec ad epiſcopum deuoluatur: vt ſequitur. Ratio: quia cum epiſcopum papa grauare voluerit, confert executor quandiu eſt in manibus epiſcopi:nam licet ex deuolutione,proprium tamen eſt pro ea vice, & ipſe tunc ex collatione grauatur. quando eſt in manibus alterius, non confert executor: quia papa illum
A grauare noluit.
Gloſ.ſeq.quærit,dubium aperit,& ſoluit.
g *Capituli.* Coniunge hic & in caſu ſequenti ſinem capituli. Sed quid ſi ad capitulũ ſpectabat electio tantum,& ſcribebatur ad collationẽ epiſcopi:nunquid deuoluto iure ad epiſcopum cõfert executor? Dubium facit illud quod quæritur, an deuoluatur eo caſu prouiſio, an electio:de quo ſatis ſcripſi de elec.ne pro defectu. Item facit dubium: quia etſi dicatur deuolui collatio: tamen ex quo primò gradu aſſumebatur per electionem, non videbatur includi in literis in quibus ſolùm de collatione ſit mẽtio.ad quod ſatis fa-
B cit.ſ.eo.tit.ca.j.circa ſi.ibi, ad quam conſueuit quis per electionem aſſumi.
h *Cuiuſcunque.* Hoc dicit,quia per quotcunque gradus ſiue proximos ſiue mediatos ad epiſcopum deuenerit, executor confert quandiu eſt in manibus epiſcopi.Ioan.And.
Gloſſa ſequens dicit primò quid determinat. ſecundò diſtinguit inter deuoluta & propria: rationem reddit. tertiò arguit ad quæſtionem.
i *Siue ad nos.* Determinat quod not.Inno.& Pe.de off.deleg. ſuper eo.vbi dicebant quoſdam tenere quòd delegatus papæ prouideret de beneficio ad papã deuoluto. Fuit etiã hæc quæſtio olim diſputata per dominum Iacobum canonicum Bonon.quam in Mercu.vide in litera D,ſub rubrica de offi. & pote.executorum & tenuit quòd non poſſet ſi dicatur in reſcripto,volentes illi gratiam facere ſpecialem. dixit enim quòd cum in illo alius quàm papa non lædatur, non debet dici gratia.nec de deuolutis papa ſic ſcribit.induxit de conceſsio.præben.literas.&.c. cũ noſtris. mirabilis ſolutio fuit iſta. Scias autem quòd beneficium deuolutum ad papam
C ſemper confert executor:ex quo primus collator eſt de his qui per literas grauabãtur:ſiue nominatus,vt hic:ſiue innominatus,vt quia ſcribitur ad cuiuſcunque collationem;cum eadem ſit ratio:ſed ſecus in beneficiis ſpectantibus ad collationem papæ,quia vacauerunt in curia.eo.tit.cap.ij.lib.vj. tunc enim papa confert iure proprio,non deuoluto. nec mirum ſi aliud in deuoluto: nam papa dando executorem ad prouidendũ auferebat collatori poteſtatẽ.de conceſ.præbẽ. ſi capitulo.li.vj. ex quo ergo collatio de illo deuoluta eſt ad papam, conferat executor vt hìc. Et licet aliàs in beneficiis fiat ſtricta interpretatio.eo.tit.quamuis.lib.vj.hìc tamen ſit larga contra concedẽtem.de conſue.cum dilectus.Facit etiã hæc litera ad quæſtionem not.de offi.lega.c.j.lib.vj.ſcilicet quòd legatus papæ poſsit talia beneficia ad papam deuoluta conferre:præferretur tamen delegatus quo ad illa quæ ſibi ſpecialiter ſunt commiſſa.de offic.leg.ſtuduiſti. & facit de reg.iur.generi.lib.vj.
Gloſſa ſequens exponit,dicens quare ſic.
k *Epiſcopi.* primi collatoris.quod puto neceſſarium.ſi enim de archidiacono vel capitulo ad epiſcopũ,& demũ per ipſius
D negligentiã gradatim ad papam eatur, nõ confert executor cui ad collationem epiſcopi ſcribebatur.Ioan.And.
Gloſſa ſequens diſtinguit tria tempora.
l *Succedentium.* Et ſic habemus primò tempus epiſcopi,ſecundò tempus medium aliorũ facientium gradum inter ipſum & papam,tertiò tempus papale.primo & vltimo tẽpore confert executor:medio verò non.& ſemper intelligas vbi tempus acceptationis elapſum non impediat executorem j.tit.proxi.cap.vnico.
S*I iuxta.*} Primò ponit vnum dictum. Secundò circa illud ſoluit vnum dubium.ſecunda ibi,Primaque.Io.And.
Præſupponendum eſt quòd quis non poteſt obtinere duas prębendas in vna & eadem eccleſia.c.nulla de conceſsione præbendæ.in antiq.CASVS. Papa mandauit epiſcopo & capitulo eccleſię Rutinenſis,vel Pictauenſis,vel Bituricenſis,vt me reciperent in canonicũ & fratrẽ, & vt mihi aſsignarent præbendã vacãtem, vel primam vacaturã:& etiam ꝙ aſsignarent dignitatẽ vacantem, vel dignitatem vacaturam. Fui receptus in fratrem,etiam fui adeptus poſſeſsionẽ eiuſdem præbendæ:poſtea vacauit dignitas cui annexa eſt præbenda,puta archidiaconatus:quæritur,vtrũ poſſum acceptare dignitatẽ cum prębenda. Videtur ꝙ nõ quia in iſta eccleſia nõ poſſum habere duas præbẽdas:tamen Romanus pontifex decidit contrariũ:ſed per adeptionẽ dignitatis & præbendæ

*Not.ſecundò quòd impetrantiad collationem epiſcopi prouidetur de beneficio ex neglig̃tia epiſcopi ad papam deuoluto. Zabarel.*

*Executor papæ beneficiũ ad papam deuolutum confert.*

bendæ ſibi annexæ prima præbenda vacat ipſo iure: & collator poteſt illam conferre. hoc dicit. Helias Reg. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd ſi mandatur prouideri per reſcriptum papæ alicui de dignitate, an prouideri poſsit de dignitate habente præbēdam annexã. Glo. eſt in ver. mandati. quæ videtur in hoc dubitare. & primò dicit quòd hoc egeret declaratione. In fine verò ſentit quòd debeatur: ſed loquitur cum mandatur prouideri de dignitate aliàs habēti præbendã à capitulo. No. quòd expectans præbendam ex gratia apoſtolica, non poteſt acceptare præbendam dignitati annexam: quia dignitas quæ eſt principalis, non eſt debita. ſecus ſi expectat dignitatē: tunc enim illam poteſt acceptare, licet præbenda ſit ei annexa. Nota quòd archidiaconatus eſt dignitas: quia ex vi mandati ſuper dignitate conſecutus hic fuit archidiaconatum. Nota caſum ſingularem in quo reſcriptum ad prębendam conſummatur ſucceſsiue in duobus. quod eſt mirabile cum videatur conſummatum per adeptionem primæ. eodem titul. lib. vj. Zabarella.

## Idem.

*Adeptus in eccleſia dignitatem habentem præbendam annexam, perdit primam præbendam quam habebat in illa. h. d. Io. Andreæ.*

CAPITVLVM VI.

SI iuxta noſtri formã mandati [a] canonicatum & præbendam eccleſiæ Rutinenſis adeptus, dignitatem quam duxerit acceptandam [b] ibidem expecter; archidiaconatum [c] inibi [d] pòſt [e] vacantē, non obſtante quòd certa ſit ſibi annexa præbenda, [f] poterit [g] acceptare. Primaque præbenda hoc ipſo [h] vacabit, [i] quòd ſecundam cum archidiaconatu

A ionē: nec duas præbendas in eadem eccleſia. de conceſ. prębē. literas. ratione annexi in principali impediri videtur: ſed prōpta eſt prouiſio, ſcilicet vacationis primæ quam ſubmittit. Sed quid dices in caſu cōuerſo: adept⁹ ſum dignitatē per reſcriptū apoſtolicū. expecto ibi præbēdam cum beneficio acceptandi: vel ſi vacat præbenda, cum dignitate cui eſt annexa; nunquid prima dignitate dimiſſa conſequi potero hanc prębendam cū ſua dignitate? Puto quòd non: quia non eſt eadem ratio principalis ad acceſſoriū, & acceſſorij ad principale. de conſecr. eccle. vel alta c. vnico. lib. vj. Facit eod. titu. quia ſæpe. & .c. ſuper eod. de reg. iur. acceſſorium libr. vj. cum concor.

*Præbendas duas in eadem eccleſia habere non licet.*

prædicto pacificè fuerit aſſecutus.

g *Poterit.* Quod intellige vbi alteri nō debetur ex prioritate tēporis, vel prærogatiuæ gratia, vel alio iure.

## DE CONCESSIONE præbendæ & eccleſiæ non vacantis.

## Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Decretum conditionale ante conditionis euentum nō afficit poteſtatē ordinarij vel alterius collatoris: ſecus quãdo acceptatio in beneficij tempus adijcitur cum decreto. Et qui beneficiū vacans ab executore petit vel recipit, illud intelligitur acceptaſſe: quæ vacatio nota dicitur expectanti, ex quo in loco beneficij publicè ſcitur.*

B

CAP. VNICVM.

CVm ei [k] quem in

h *Hoc ipſo.* Patet quòd in præbendis eiuſdem eccleſiæ ipſo iure per receptionem ſecundæ vacat prima.

Gloſ. ſeq. rationem reddit, notat, arguit, & opi. ponit.

i *Vacabit.* Non enim poſſet eſſe triplex in eccleſia ſine diſpenſatione papali: nec valet in hoc conſuetudo. de conſue. ca. j. lib. vj. Et no. quòd plus abhorrent iura habere duas pręhendas in vna eccleſia, quàm aliàs habere duo curata. primum enim non licet etiam iure annexionis quā habet præbenda ad dignitatē: vt hic. ſed ſecundum licet iure annexionis, quam habet curatum ad præbendam. eod. tit. ſuper eod. lib. vj. Et facit ad opi. quam teneo in decre. literas. de conceſ. præben. ſequendo Inno. ſcilicet ꝙ in duabus canoniis eiuſdē eccleſię non poſsit epiſcopus diſpenſare: licet diſpenſare poſsit in canonia & perſonatu vel officio. rationē huius ibi plene ſcripſi ſuper vlti. glo.

*Prębendas duas ſub eodem tecto habere non licet.*

C

Gloſſa ſequens ponit duas lecturas. declarationem petit. æquitatem exprimit.

a *Mandati.* Non ſolum ſecundum vnam lecturam factū narrat, prout acciderat in hac eccleſia de qua loquitur: ſed etiā fortificat dubium: quia fortius ſi ex receptione capituli vel aliter habet hanc canoniam & præbendam. facit eo. tit. cap. antepe. lib. vj. vbi enim auctoritate apoſtolica præbendam expectans conſecutus eſt vnam, non videbatur quòd aliam conſequi poſſet. facit eo. tit. non poteſt. ij. reſpon. lib. vj. cum concor. Sed cum adhuc penderet gratia in parte principaliori, & facta fuiſſet ſuper vtroque vno contextu; æquum fuit vt prima dimiſſa ſecundam conſequi poſſet. Alia lectura eſt quòd iſte textus ponat ius: quaſi dicat, ex quo papa de dignitate & præbenda ſibi voluit prouideri: conſequitur dignitatem habentem præbendam annexam, licet prius aliam fuiſſet adeptus. ſed vbi ſolùm de dignitate ſcribebat, non poterat conſequi dignitatem habentem præbendam annexam, cum hoc papa non intenderet. egeret declaratione. Suadet tamen æquitas quòd decre. locum habeat ſiue ex vnico reſcripto debeatur vtrunque, ſiue ex diuerſis ſucceſsiue, ſiue ſola dignitas debeatur per reſcriptum aliàs habenti præbendam ab ordinario collatore.

Gloſſa ſequens remittit. quæſtionem ſoluit. ponit dictum quod determinat.

b *Acceptandum.* De quo dic vt j. tit. j. c. vnico. & idem puto ſi non haberet beneficium acceptandi, ſed deberetur prima vacans: cum ratio ſit eadem & fortior. Quod autem hic dicitur de poteſtate acceptandi, reſpicit dignitatem: præbendã ergo quæ prius vacauerat, neceſſe habuit petere, ne ſibi fieret pręiudicium: per decre. ſi clericus. e. tit. lib. vj. videtur tamen quòd ſi habens canonicatum & ius ad prębendã primò vacantem, & ad dignitatem quam duceret acceptandã: præbendam quæ primò ſine dignitate vacauit noluerit petere, proteſtãs quòd hoc faciebat quia omnes dignitates eccleſię præbendas habebant annexas, & totū ſimul conſequi volebat: ſatis eſſet hæc iuſta cauſa ad negligentiã excludendam: cū mutationes beneficiorū nec populo nec iuri ſint gratæ. xxj. q. j. c. j. de tranſla. quanto. ſed ſi poteſtas acceptandi reſpiceret etiam præbendam: tunc nullum dubium.

*Beneficiorum mutationes gratæ nō ſunt.*

c *Archidiaconatum.* Factum ponit: nam idem in quauis alia dignitate.

d *Inibi.* id eſt in eccleſia illa. & vide j. de regula. c. j. lib. vj.

Gloſ. ſeq. oſtendit per textum quæſtionem ſolui.

e *Pòſt.* Datur intelligi quòd ſi prius vacauerat cum ſua prębenda, & ipſe ſciens recipit aliam præbendam: in acceptatione archidiaconatus ſibi viam præcluſiſſe videtur.

Gloſ. ſeq. aperit dubium. quærit & ſoluit.

f *Annexa præbenda.* Iſtud inducebat dubiū. ſi enim nō fuiſſet annexa: retenta prima præbenda cōſequeretur dignitatē ſine prębenda quæ cum illa vacauit. e. tit. quia ſæpe. lib. vj. ſed cū dignitatē ſine præbēda nō poſsit habere propter annex-

## DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET eccleſiæ non vacantis.

Viſum eſt. ſ. de præbendis & dignitatibus: verùm quia aliquis dubitare poſſet vtrum præbendæ, dignitates, & alia beneficia eccleſiaſtica poſsint conferri antequam vacent, vel etiam promitti: ideo annectit rubricam de conceſſione præbendæ.

*Continuatio domini Heliæ.*

k CVm ei. [a] Diuiditur in quatuor partes. Primò declarat quando afficit decretum conditionale non adiecto termino mēſis. Secundò, quando afficiat illo adiecto: ibi, Secus. Tertiò an petendo ſibi conferri beneficium vel recipiēdo illud collatū, videatur quis acceptare: ibi, Quinetiã. Quartò declarat quãdo quis dicatur habere notitiam vacationis beneficij: ibi, Cæterum. Imola. Et determinat caſus dubios circa decre. quia cunctis. eo. tit. lib. vj. Præſupponendum eſt ꝙ ſi papa mandet alicui prouideri de beneficio eccleſiaſtico vacante, alioquin de proxime vacaturo: licet collator non obediendo mandatis apoſtolicis male faciat, tamen ſi cōferat alteri, collatio valet, ex quo mandatum non continet decretum irritans: aliàs ſi haberet decretum irritans, collatio alteri facta eſſet nulla. Et appellamus decretum irritãs, iſtam clauſulam quæ conſueuit apponi in mãdatis apoſtolicis, ſcilicet decernentes irritum & inane quicquid in prǫiudicium mandati noſtri attentatum fuerit. Vel decretum irritans eſt quando papa mandat epiſcopo vel archiepiſcopo, conferas beneficium primò vacaturum tali: quod ſi non feceris, & alteri feceris collationem, omnia ſint irrita & vana. CASVS. Aliquis pauper clericus promotus ad ſacros ordines ſine titulo vnde poſsit ſuſtentari, acceſsit ad apoſtolicam ſedem, & notificauit papæ quòd ſuus epiſcopus ſine titulo eum ordinauit, & quòd recuſauit ſibi prouidere de aliquo beneficio vnde poſsit ſuſtentari: adeò ꝙ ipſe clericus cogitur mendicare. Papa deputauit aliquos ad ipſum examinandū, an eſſet idoneus ſcientia ad obtinēdum beneficium. hoc facto quia conſtitit papæ quòd erat idoneus, ipſe mandauit epiſcopo cum decreto irritante, vt ſi conſtaret iſtum pauperem clericum eſſe vitæ laudablis, & honeſtæ conuerſationis, ſibi conferret beneficium certi valoris, puta xx. vel xxx. librarum, vel etiam minoris valoris ſi ipſe vellet acceptare. antequã executor iſtarum literarum præmiſiſſet inquiſitionē ſuper

D

*a Hanc decretalē repetiit de Anchar. dicens in fi. col. 9. et ſe. quòd decretū papæ ligat ſicut decretū canonis, ex mente ſua cape hanc regulã, ꝙ decretū irritans poteſt apponi vbicū que ſola verbali diſpoſitione transferri poteſt dominiū: ſed vbi ſola diſpoſitione nō transfertur dominium rei, ſolum etiã decretum nō ligat alios. an tamen per pactum poſſunt facere ne alie*



ſuper vita laudabili iſtius clerici pauperis, vacauit beneficium valoris xx. vel xxx. librarum: quòd beneficium ordinarius contulit alteri. Quæritur, vtrum valeat talis collatio? Videtur quòd non: quia in mandato continebatur decretum irritans, quod ligat manus ordinarij ne poſsit conferre illud beneficium. Tamen dicit Romanus pontifex quòd collatio per ordinariū facta valet: quia decretum erat conditionale. Vel etiam ponamus quòd executor fecerat inquiſitionē ſuper vita & honeſtate iſtius clerici: tamen beneficium iſtud erat minoris valoris xx. vel xxx. librarū: & ſcribebatur ſub conditione, ſi vellet acceptare: & antequã iſte clericus illud beneficium acceptaſſet, ordinarius contulit alteri: quæritur, vtrum valeat collatio? Dicit quòd ſic. Sed quid ſi mandabatur iſti clerico prouideri de beneficio vacante vel proximo vacaturo, ſi intra menſem ipſe acceptat cum decreto irritante: tamen ordinarius contulit alteri intra menſem: quæritur, vtrum valeat collatio? Dicit quòd non: quia tempus videtur apponi in fauorem acceptantis. Sed quæritur quando dicatur iſte clericus acceptaſſe beneficium: vtrum ſolum quando exprimit verbum acceptationis coram executore, dicendo: accepto illud beneficium, & peto vt mihi conferatis. vel quando non exprimit, accepto: ſed tantum dicit conferatis? Reſpondet quòd ſufficit petere collationem beneficij ſine expreſsione verbi acceptationis. Sed quæritur quando currit tempus illius menſis intra quem pauper clericus poteſt acceptare? Dicit quòd tempus incipit currere à tempore ſcientiæ & notitiæ quo ipſe ſcit beneficium vacare. Sed quæritur vtrum ad hoc quòd ipſe dicatur habere notitiam & ſcire beneficium vacare, requiratur quòd aliquis ſibi notificet, dicendo: vade ad collatorem: vacat tale beneficium quod potes acceptare intra menſem? Reſpondetur quòd hoc nōn requiritur: imò dicitur habere notitiam vacationis illius beneficij ex quo vacauerit publicè. imò ſibi imputabitur ſi ipſe non fecerit inquiſitionem. Nota primò iuncta gloſſa quòd quando papa ſcribit pro clerico paupere, ipſe conſueuit illum facere examinari, vtrum ſit ſcientia idoneus: poſtea mandat vt ſibi conferatur beneficium ſi conſtiterit quòd ſit vitæ laudabilis, & honeſtæ conuerſationis. Nota ſecundò quòd quando ſcribitur pro clerico paupere ſub forma prædicta cum decreto irritante: illud mandatum nullas habet vires, niſi prius conſtiterit de vita laudabili. ideo eſt conſilium quòd impetrans citius quàm poterit faciat inquiri de ſua vita & conuerſatione.

*nes rem quã tibi tradi: remittit ad Bart. in l. qui abſenti. ff. de acqui. poſ. tu vidè præceptorem meū Ni. Bruxel. in repetitione l. ea lege C. de cōdi. ob cauſ. ibi, cū ſit reſolut. doctor, cuncta breuiter & clare explicat & de Ancha. poſt ſubtilem & longã arg. dicit. collatio facta ſecundo impetranti pendente menſe qui erat primo dat⁹ ad acceptãdum cū decreto irritãte, non conualeſcit per negligentiã primi. Fon.*

*Clerico pauperi nō prouidetur de beneficio ſine examine.*

Nota quòd ſi mandetur epiſcopo vt conferat beneficium certi valoris: ipſe epiſcopus nō poteſt conferre beneficium maioris valoris nec minoris: quia verba gratiæ non ſunt ampli anda nec reſtringenda. Nota quòd decretum conditionale irritans non habet effectum, niſi impleta conditione. Nota quòd quando papa ſcribit cum decreto irritante: ſi acceptet intra certum tempus, manus ordinarij ſunt ligatæ vſque ad illud tempus. Not. quòd non refert quando quis acceptet beneficium verbo vel re ipſa. Not. quòd promouendus ad beneficium, debet eſſe idoneus in ſcientia. & quæ ſcientia exigitur, notat Innocent. de electio. cum in cunctis. in principio. Nota quòd promouendus debet eſſe vitæ laudabilis: & hoc perpenditur ex bonis operibus & abſtinentia vitiorum, ſecundum Paulum. Zabarella.

*Gratia apoſtolica eſt in ſuis terminis obſeruanda.*

a *Reputamus.* per relationem examinatorum ad hoc deputatorum quibus creditur. & eſt iſta forma pauperum in qua ſit examinatio quomodo legant, cantent, & conſtruant.

*Beneficiandi ſciant legere, cãtare, & conſtruere.*

b *Idoneum.* iunge hic literam, prouideri mandamus de beneficio &c.

c *Si per.* ecce conditionem de qua. j. loquitur.

d *Inquiſitionem.* An ad hanc vocanda ſit pars, plene no. ſ. ca. compil. de officio delegati. cap. vnico.

e *Valoris.* De penſione prouideri non poſſet. de præben. quanuis. j. lib. vj.

f *Adiicientes.* Niſi hoc fuiſſet additum de beneficio minoris æſtimationis: etiam ſibi volenti prouideri non potuiſſet. de præben. cui de non. §. vlt. lib. vj.

ſcientia reputamus [a] idoneū, [b] ſi per [c] inquiſitionem [d] executoris ſibi deputati à nobis repertus fuerit eſſe vitę laudabilis, & conuerſationis honeſtę, de beneficio certi valoris [e] alicui prouideri mandamus, adiicientes [f] quòd de beneficio minoris valoris poſsit eidem ſi voluerit [g] prouideri, ac extunc [h] etiam inane decernentes & irritū ſi ſecus à quoquam quauis auctoritate con

A

tigerit attentari: [i] Quia decretum huiuſmodi in euentum duntaxat prædictarum conditionum ſuum ſortitur effectum: [k] antequam extet [l] prima conditio, beneficium prætaxati valoris & etiam minoris priuſquam ſuam impetrans ſuper valore huiuſmodi voluntatem declaret, [m] conferri liberè poterit per ordinarium [n] aut alium executorem [o] à nobis ad prouidendum de tali beneficio de-

B

g *Si voluerit.* Secunda conditio.

Gloſſa ſequens aperit dubium, & reſpondet, & contra opinio. notat.

h *Extunc.* Hoc fortificabat dubium: quaſi à tempore datæ papa voluerit quòd decretum afficeret: ſed contrarium reſpondetur, & ſupplemus extunc, & valet exnunc. [a] Facit de vo. & vo. red. licet. ad fin. & ſic facit hæc litera contra Aegi. pro Innocen. Hoſtien. & Abbate in eo quod ſcripſit de appellat. præterea. ij. ſuper verbo, excommunicamus.

i *Attentari.* Non dicit etiam ignoranter: & tamen ex inferioribus patet ꝙ certis caſibus hoc decretum afficit ignorantes. per quod patet quòd decretum papę afficit ignorantes. & de hoc de elect. ſi eo tempore. libr. vj. & probatur de præben. cap. penul. eo. lib.

k *Effectum.* aliàs fuiſſet edictum ſuper incerto. eo. tit. c. j. §. ſubiunctum. in fin. lib. vj.

Gloſ. ſequens exponit & conſulit.

l *Extet.* Prima ſcilicet quòd per executoris inquiſitionem ſit repertus &c. vtile conſilium eſt quòd ſuper illa pronuntiet executor, vel quòd facta mentione de illa inhibeat, vel ſaltem ſuam poteſtatem inſinuet collatori: aliàs non facilè fortè conſtare poſſet conditionem extitiſſe.

m *Declarat.* etiam in executoris abſentia: dummodo de ea conſtet, vt infrà dicam.

n *Ordinarium.* Hoc probamus per prædic. decret. j. eod. tit. lib. vj. vt ſicut ibi decretum datum cum beneficio acceptandi, ante acceptationem nō impedit poteſtatem ordinarij: ita nec datum ſub cōditionibus iſtis vel aliis ante conditionum euentum. Ioan. And.

C

Gloſſa ſequens fortificat textum. ſecundo tribus rationibus quæſtionem ſoluit. ſolutioni obiicit, & reſpondet. opini. ponit, & dicit primum æquum. tertio format dubium & ſoluit.

o *Executorem.* Si enim non afficit poteſtatem ordinarij: ergo nec executoris alterius qui maior eſt ordinario. de officio delegati. ſane. ij. & cum hoc oporteat intelligi de executore ſecundo. primus enim confert beneficium etiam poſtquam eueniſſet conditio. Item cum hic dicatur quòd ſecundus confert ante conditionis euentum: per quod à contrario infertur quòd poſtquam eueniſſet conditio primi, conferre non poſſet. [b] Item cum generaliter de executore loquatur: per quod etiam executorem in forma gratiæ videtur includere. hic videtur ſolui quod hic fuit diſputatum, an impetrans primò in hac forma pauperum, præferatur ſecundo qui impetrauit in forma gratiæ in eadem eccleſia, vel ad collationem eiuſdem: & ponitur in Mercuriali in litera n, ſub titul. de præbendis. hic enim videtur quòd dummodo conditio præceſſerit vacationem, vel ſaltem collationem factam ſecundo, debetur primo. [c] Facit de reſcriptis cap. tibi qui. lib. vj. ſed ob. eodem lib. & titulo, cap. ſi pro te. Solut. ibi conditio pendebat ex alterius arbitrio: ita quòd illo recuſante nullum ius habebat impetrans: hic verò pendet ex exiſtentia rei, [d] vt in primo caſu, vel ex voluntate ipſius cui facta eſt gratia in ſecundo. Aliquibus videtur quòd ſecundus impetrans ante conditionem in forma gratiæ præferatur, & ſecundum hoc licet hæc prima conditio quo ad idoneitatem perſonæ ſit de præſenti: inquiſitio tamen circa id fienda eſt de futuro. De ſecunda etiam non dubitatur quin ſit de futuro: & ſecundum hoc ſequeretur quòd ſi duo impetrauerunt ſub hac forma, ſi ſecundus primò peruenerit ad conditionem, erit potior: [e] cum prius ipſius decretum afficiat: vt hic. facit prædicta decretalis, ſi pro te. & quod nota. eodem titul. ſi ſoli. libr. vj. æquum videtur quod prius dixi: vt ex quo conditio primi præceſsit collationem factam ſecundo, præferatur primus ſecundo habenti formam gratiæ vel pauperum. nec verum eſt quòd ſemper debeatur illi pro quo prius eſt affecta: vt probat prædicta decretalis, tibi. [f] ſic ergo eſt fortior gratia conditionata ex exiſtentia rei, vel voluntate eius pro quo ſcribitur, quàm dependens ex voluntate tertij: vt prædixi.

D

*a Imo. notat hic ꝙ clauſula ex nunc prout ex tunc, reſpicit cōditionē extātem, non tēpus actus celebrati. remittit ad no. in l. 1. C. de codicil. in l. huiuſmodi. ff. de verb. ob. l. lecta. ff. ſi cer. pe. l. ou.*

*Decretum papæ afficit ignorantes.*

*b Sup. ſecūdo. & hoc verū ait de Anch. ſi ſecundus nō habet decretum.*

*c De Anch. poſt Lap. tenet contrarium: quia gratia facta purè illi ſecūdo ſtatim habuit effectū ſuū quē iam nō debet exiſtentia conditionis impedire. arg. ca. ab eo. de elect. lib. 6. l. inſulã. §. fi. ff. ſol. matrimon.*

*d Anch. dicit ex poteſtate executoris, cuius declarationē ſtatur, arg. not. in ſi. ca. prudētiã. de offi. dele.*

*e Idem Ancha. quia iã beneficium eſt ei affectū: & fortè ſic practicaretur. Imo.*

*f Imò non probat, cū vtraq; gratia fuerit ibi pura: vna hic conditionalis, qua pēdente nil eſt in obligatione. Fons.*

Sed

putatum. Secus [a] autem fore cenſemus [b], quum decreto appoſito alicui prouideri mandam⁹ de beneficio quod intra menſem [c] à vacationis ipſius notitia [d] duxerit acceptandū: vt appoſitio mēſis eiuſdem aliquid afferat [e] impetrāti. Quin etiam [f] beneficiū quod acceptare poterat, petendo ſibi per ſuum executorem [g] conferri, aut [h] recipiēdo ſibi præſenti [i]

Sed fingas hunc caſum. Habet A. hanc formam pauperum in certa eccleſia. ſecundo habet B. ſpecialem gratiam in eadem, & talem quæ afficit. vacat beneficium in ipſa eccleſia, quod ante primi conditionem extantem ordinarius confert C. demum extitit conditio poſtquam executor B. ſibi contulit illud. poſt quæ executor A. primi illud ſibi cōtulit: quęritur cuius ſit beneficium? Dico ſecundum prędictam opinionem per decreta. penult de preben. li. vj. quòd primus eſt potior. collatio enim ordinarij facta C. nō valuit nec tenuit impediente gratia illius B. pro quo beneficium illud erat affectum in eum caſum in quem non debebatur illi A. effectus ergo conditionis poſtea exiſtentis, qui eſt vt decretum afficiat, vt hic, per illam collationem impediri non potuit. collatio enim facta B. non tenuit, ex quo prius extiterat primi conditio [a]. ex quibus cōcluditur quod prædixi. aſſurgat ergo primus ſecundo: ex cuius perſona cōſequitur quod aliàs ſibi periiſſet. & eſt ſimile eod. tit. authoritate. lib. vj. Si verò collatio facta B. præceſsiſſet conditionem primi: tunc etiam planum eſſet quòd B. potior eſſet in beneficio. per hanc literam. Idem ſi teneretur ſecunda opi. quæ habet quòd forma gratiæ præueniens conditionem faciat ſecundum potiorem etiam in beneficio poſt conditione vacante.

*Quæſtio notabilis et ſatis ſubtilis.*

*a Imò tenuit de Ancha. fortiter repugnans gloſ. Imol. etiam ait gloſſ. in prima cōditione huius text. de iure nō procedere. Fon.*

Gloſ. ſeq. dicit quid approbat & exponit.

a *Secus.* Hic approbat quod not. ſ. eod. titu. quia cunctis. in princ. lib. vj. & quod no. Archid. eo. lib. de præben. dudum. & dic ſecus in hoc ſcilicet quòd in caſu iſto non valeret collatio ordinarij vel alterius executoris intra menſem facta: licet ante acceptationem.

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium, & literæ reſpondet.

b *Cenſemus.* Licet per hoc verbum videretur ius nouum inducere: cum tamē ratio ſit antiqua, & directè ab olim inuenta fuerit hæc forma contra decreta, quia cunctis. vt ibi not. in. j. gloſ. puto quòd reſpiciat præterita [b]. nec contradicat hoc verbum quod ſecundum deriuatores ponitur etiā pro iuſſu, deliberatione, æſtimatione, & ſententiæ prolatiōne. & concord. infra. proxim. reſpon. & dixi. ſ. ea. compil. de proba. literis.

*b Ex hac glo. not. q̄ quando cōſtitutionis ratio eſt antiqua: extēditur tūc cōſtitutio etiā ad præterita. quod eſt valde notabile. Abbas.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium & ponit ſtylum. ſecundò quærit. ponit opin. & duas ipſius rationes & ſoluit, ad rationes illas reſpondens. tertiò aliam quæſtionem ſoluit, & ſolutionem impugnans tenet ipſius contrarium.

c *Intra menſem.* Iſte terminus inualuit de ſtylo & more curiæ. Idem tamen dicas de quolibet alio termino maiori vel minori in literis expreſſo. Solet autem curia ſic ſcribere: Beneficium eccleſiaſticum cum cura &c. etiam ſi dignitas &c. ſi quod vacat ad præſens vel vacabit in tali &c. quod per te vel procuratorem tuum ad hoc legitimè conſtitutum intra vnius menſis ſpatium poſtquam tibi vel eidem procuratori vacatio huiuſmodi innotuerit, duxeris acceptandum: conferendum tibi &c. diſtrictius inhibentes venerabilibus &c. ne de illis interim etiam ante acceptationem huius diſponere quoquo modo præſumant: ac decernentes irritū & inane &c. tamen ex hac litera videtur quòd minus plena clauſula, ſcilicet habens mandatum cum poteſtate acceptandi & ſpatio temporis & decreto ſufficiat. Sed quæritur, an talis expectans poſsit acceptare poſt menſem beneficium adhuc vacans? Videtur quòd ſic: cùm hæc clauſula in ipſius fauorem appoſita ad ligandas manus ordinarij, in ipſius expectantis odium non debeat retorqueri. de reg. iur. quod ob gratiam. li. vj. cum ſuis concor. & hoc placet Archi. [c] de præben. dudum. li. vj. & videtur expreſſum. e. lib. & tit. ſi tibi abſenti. non credo quòd ſi clauſula reſeruationis & poteſtas executoris adiungitur beneficio vacaturo, quòd acceptabit impetrans intra menſem: vt in tex. & in forma quam ſuperius ſcripſi: quòd poſt menſem per expectantem acceptari poſsit beneficium vel ei conferri. Et tunc ad regulam, quod ob gratiam. reſpondetur vt ibi no. quòd hoc inducit forma mandati. per decret. cui de non. de præben. lib. vj. Ad decre. ſi tibi. reſpondeo quòd loquitur cùm collatio præcedit acceptationem, ſcilicet cùm beneficium ab ordinario purè cōfertur, & poſtea ad acceptandum terminus aſsignatur. tunc enim cùm prima pura collatio per illius termini lapſum perempta non ſit, prouiſus re integra poſt terminum acceptabit: hic verò acceptatio præcedit collationem cuius faciendæ poteſtatem executor non habet, niſi intra tempus limitatū fuerit acceptatum. fateor tamen quòd ita poſſet eſſe diuiſa reſeruatio à ſpatio temporis, quòd locus eſſet opinioni contrariæ: vt ſi dicatur, beneficium quod in tali loco vacauerit, quod duxeris acceptandum, tibi conferendum collationi noſtræ præſentibus reſeruamus: inhibentes ne intra menſem poſtquam tibi de vacatione conſtiterit, aliquis de illo prçſumat quacunque authoritate diſponere &c. ponderetur ergo reſcriptorum tenor. de priuileg. porrò. Si autem ſecundum nouā formam papa dat canonicatū: & circa præbendam dat beneficium acceptandi intra menſem: tunc licet reſeruatio & executoris poteſtas adiungatur præbendę, intra menſem acceptare poterit: vt. ſ. dixi: ita quòd poſt menſem ex vi reſeruationis acceptari vel per executorem conferri non poſſet: quia tamen canonicus eſt, ex vi canonicatus videtur quòd ſi nullus ibidē expectat, etiam poſt menſem ſibi petenti per ordinarium conferri debet, & cum decreto, id eſt quòd alteri collata non tenet. per decre. ſi clericus. ij. reſpon. de præb. li. vj. ſed hoc caſu poſſet dici contrarium quia in caſu decret. ſi clericus. expirauerat poteſtas executoris: ſed hic adhuc durat quo ad aliā quę vacabit ſi acceptabitur intra menſem. nil ergo mirum ſi ibi ordinarius aditur. Item ſicut nec ibi ordinarius habet poteſtatem ſuper neglecta [d]: ita nec hic. & hoc teneas.

*Acceptare valens intra mēſem, an poſt menſem acceptare poſsit.*

*c Cuius dictū fortificat de Ancha. per l. is qui bonis §. j. ff. de ceſſ. bo. tamē tenet cum gl. per l. Thais §. intra. ff. de fidei cō. li. & ſequitur Imo. Font.*

*Reſcriptorum tenor eſt ponderandus.*

*d Dicit Imo. ſi nemo ali⁹ ibi expectet, ordinarius poterit ex ſua libertate conferre negligenti. Font.*

Gloſſa ſequens primò ſoluit vnam quæſtionem. ſecundò ſoluit incidentem ex tertia.

d *Notitia.* hoc determinabit in fine. Et not. quia in iſta forma non eſt locus decre. ne captandæ. e. tit. lib. vj. vt poſsit acceptare primum incertum quod vacabit. illa enim locum habet vt ibi patet, cùm ſimpliciter ſcribitur de beneficio quod duxerit acceptandum: tunc enim poteſt ſe fortunæ ſubmittere acceptādo primum vacaturum, vel vlterius ex cauſa: ſed quando ſcribitur de beneficio quod à vacationis notitia intra menſem duxerit acceptandum: hęc verborum forma nō patitur quòd vacaturum acceptet: fateor tamen quòd vacans poteſt acceptare, etiam ſi vacabit tempore gratiæ. verbum enim notita vacationis, præſentem & futurū includit, dummodo vacet. de priuile. quia circa, nec obſtat ſi pręcedat verbum, quod vacabit in reſeruatione. ſine verbo præſentis temporis, ſi quod vacat. nam illud vacabit quod vacans reperitur: vnde dicit lex quòd verbum oportebit, tam præſens quàm futurum tempus ſignificat. ff. de verb. ſign. l. verbū. in princ. tit. Ad idem eod. tit. verbum erit. & aliud eſt dicere vacabit: aliud vacare inchoabit. & hoc conuenit huic menti. ſecus vbi mens reſiſteret: vt ibi.

*Oportebit, præſens & futurū tempus ſignificat.*

e *Afferat.* Si. de priuile. ſi papa. lib. vj.

Gloſ. ſeq. commendat & fortificat, obiicit & ſoluit.

f *Quin etiam.* Summè fuit vtilis iſta particula: cùm enim executor datus cum clauſula acceptandi, poteſtatem non habeat in conferendo beneficium, niſi ex quo fuerit acceptatum: tota die collationibus opponebatur quòd non valebāt, quia non præceſſerat acceptatio: & quia ipſius præcedentis acceptationis deficiebat quandoque probatio, ſuccumbebat expectans. licet igitur verbum acceptationis non exprimat: ſatis eſt tamen quòd petit cōferri, vel recipit collatum. Multa ſimilia colligas ex no. de iis quæ ſi. à maio. parte cap. ex ore. de app. ad audientiam. & cap. dilecti. ij. vnde ex quo per inſtrumentum de promiſsione conſtat, præſumitur interrogationem præceſsiſſe. inſti. de inutit. ſtip. §. ſi ſcriptum. ff. de verb. oblig. ſciendum. Sic ſatis eſt quòd hæres ſe immiſceat, licet verbo non adeat. inſtitut. de hæred. qualit. §. pen. ff. de acquir. hæred. Iulianus. §. ſi ſeruum. & l. ſi quis extraneus. §. interdum. Tamen quandoque non ſufficit facti proſecutio. de appell. ab eodem. j. reſpond. lib. vj. de elect. eccleſia. j. de baptiſm. cap. j. & penulti. ſed in decreta. ab eod. eundo ad iudicem appellationis non ſatisfit iuri volenti per apoſtolorum delationē ipſum iudicem inſtrui. Electio & baptiſmus formas habent, nec ſine illis ſufficeret animus, etiam de quo cōſtaret, ſed cùm hic ſolum de animo & acceptatione quæratur: de illo ſatis conſtat per hic expreſſa. Ioan. And.

*Facti proſecutio quādoque non ſufficit.*

g *Executorem.* Licet petitio & collatio. de quibus hic loquitur, requirant executoris præſentiam, cùm aliàs de acceptatione non apparet: acceptatio tamen ſine præſentia executoris fieri poteſt: dummodo de illa fides fieri poſsit, vt no. eod. titu. quia cunctis, ad ſi. lib. vj. quod etiam ibi placet Innocen. Hoſtien. Archid. & Guli. in Spec. de act. & peri. §. penultim. verſic. item not. ad ſi. licet Compoſt. videatur velle contrarium. de reſcrip. capitulum. in gloſſ. magna circa ſi. verſic. quid ſi literæ.

*Acceptatio beneficii ſine executoris præſentia fieri poteſt.*

h *Aut.* Nota alternatiuam. ſufficit ergo alterum.

i *Præſenti.* Idem in procuratore habēte ad hoc ſpeciale mandatū, quod probat ſtylus curiæ quē præmiſi & ſcripſi de prę ben.



collatum; ipſum ex hoc acceptare & collationem taliter ſibi factam valere cenſemus. Cæterùm [a] vt tam diuturnis vacationibus quàm fraudibus & litibus occurratur, prædictæ vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere ex quo ipſa vacatio in loco [b] vel eccleſia [c] huiuſmodi beneficij publicè nota erit [d]. Imputet quidem ſibi ſi hoc caſu quo de ipſius commodo agitur, id quod per ſe vel per alium ſcire potuerit [e], ignorauit.

ben. accedens. ad hoc finis huius ca. ibi, vel per alium. Sicut & electio per procuratorē fieri poteſt. de elect. quia propter & cap. penult. & matrimonium contrahi. de procura. ca. fin. li. vj. facit etiam eo. lib. de reg. iur. poteſt quis. & ff. de procura. ſi is qui Stichum. & ff. de lega. j. ſi ſic. §. ſi quis ita. Nō ob. ff. de verb. obli. l. vlt. in princ. & l. ſi ſtipulatus fuerim. in prin. quæ non loquuntur in procuratore.

*Electio fieri & matrimoniū contrahi per procuratorem poteſt.*

Gloſ. ſeq. quæſtionem ſoluit.

a *Cæterum.* Aequiſſima & expediens fuit etiam hæc prouiſio.

b *Loco.* Si locus vbi ſita eſt eccleſia, carere habitatoribus: ſatis videretur ponderanda notitia loci viciniori. facit ſupra ea. cōpil. de foro cōpetē. quāuis. de elec. vbi periculū. §. porrò. lib. vj.

c *Vel eccleſia.* Not. per alternatiuam, quòd ſatis eſt quòd in eccleſia ſit publica: licet in loco vel oppido ſit occulta.

Gloſ. ſeq. ſub dubio fortè ponit dictum, per quod etiā ſoluit quatuor dubia, & ſolutionem fortificat.

d *Nota erit.* Forte quo ad hunc caſum inductus eſt rigor iſte quòd menſis currat etiā ei qui non fuit in culpa: vt quia tantum diſtabat à loco beneficij quòd poſt factam gratiam cùm tūc vacaret, vel paulopoſt vacaſſet, intra menſem id ſcire non potuit: vel procuratorē habebat in loco, ſed mortuus eſt; vel his ſimile. per hoc tamen quod in hoc caſu ſpecialiter ſtatuitur: vt probat litera quæ ſequitur in hoc caſu, & qđ præcedit ibi prædictæ vacationis, non recedo ab eo quod not. de præben. ſi clericus. lib. vj. hic enim datus eſt menſis in literis qui currit à tempore notitiæ. Determinat ergo quando dicatur habere notitiā in hoc caſu: ibi verò punitur ſimpliciter negligentia, & ſic non ſe tangunt. Et idem dico de iis quæ notaui de reſcrip. capitulum. ſuper glo. & ita dico etiam quod hic dicitur, locum non habere in caſu decre. ſi pluribus. de præben. lib. vj. Vnde ſi papa contulit proprio motu præbendam ſi qua vacabat in eccleſia: & duæ æquales vacabunt: notitia vacationis poſtquam currūt decē dies prouiſo ad eligendum, non recipietur per hunc modum: quia ibi forſan tempore quo fiebat gratia, vel prius erat notitia vacationis, de qua hic dicitur, quam forſan impoſsibile eſſet ſcire prouiſum intra decem dies: & ſic in totum ſibi periret priuilegium optandi qui non fuit in culpa. & idem dico de extrauag. Ioannes quæ incipit, ſuſcepti. circa medium. ſed dato quòd hic ſubſit impoſsibilitas vel deſit culpa: durat tamen circa alia beneficia priuilegium acceptandi. facilius ergo procedit hic iſte rigor: vt in prin. dixi. & tamen ex litera ſequenti videtur colligi quòd vbi ita deficit culpa, quòd nec per ſe, nec per alium ſcire potuiſſet, non eſt locus huic rigori.

e *Scire potuerit.* Imputatur ergo illi qui ſcire potuit inquirendo. ſic etiam imputatur illi qui ſcire potuit peritiores conſulendo. ff. de bono. poſ. l. in bonorum. vnde dicitur quòd vigilantibus &c. ff. de iis quæ in fraudem credi. l. pupillus.

*Imputatur ei qui peritiores cōſulere potuit.*

DE REBVS ECCLESIAE &c.

*Continuatio.* Viſum eſt ſuprà de conceſsione præbendæ & eccleſiæ nō vacantis. poſſet aliquis dubitare, vtrum res eccleſiæ poſsint alienari vel non: ideo annectit rubricam, de rebus eccleſiæ non alienandis.

*Diuiſio.* Onaſteriorum.} Tria facit. Primò prohibet. Secundò ibi, Si quis. punit & decernit. Tertiò excipit ibi, Verum. Io. And. CASVS. Quidam religioſus prior alicuius prioratus, vel habens aliquam adminiſtrationem in abbatia noſtræ dominæ de Exolduno, conceſsit alicui ad ſuam vitā reditus & fructus ſuæ adminiſtrationis ſiue prioratus: & hoc fecit ſine cauſa rationabili: vel ſi fecerit cum cauſa, tamen ſine decreto abbatis. quæritur, vtrū valeat talis conceſsio? Dicit q̄ non. & cōcedens incurrit pœnas huius. c. Sed quæritur, vtrū religioſus poſsit locare, vel dare ad firmam, aut vendere ad modicum tempus fructus ſuæ adminiſtrationis ſiue prioratus? Dicit quòd ſic. h. d. H. r. Not. quòd religioſus non poteſt alienare fructus & reditus ſui prioratus ſiue adminiſtrationis ad magnum tempus: & ſi contra fecerit, incurrit pœnam ſuſpenſionis, quę ſuſpenſio etiā ſuſpendit à celebratione: & ſi celebrauerit, incurrit irregularitatem. Not. ibi conueatus. quòd abbates aliquando habent ſpecialem iuriſdictionem in prioratibus ſibi ſubiectis: & tunc alienatio fructuū & iurium prioratus poteſt fieri cū conſenſu abbatis & cōuentus, ſeu etiam capituli quando capitulantur: & nō requiritur cōſenſus epiſcopi. Et iſtud hodie ſeruatur: q̄a priores faciūt decretari iſtas alienationes in capitulo generali.

No. q̄ beneficiatus poteſt locare fruct⁹ ſui prioratus ad modicum tempus. Sed quæritur q̄d tempus dicitur modicum? Quidā dicunt per. c. ſi. ne prælati vices ſuas. in anti. q̄ beneficiatus poteſt locare fructus ſui beneficij ad ſeptem annos: ſed cōmunis opinio eſt quod poteſt locare ad decē annos. No. ibi cupientes occurrere diſpendiis. i. damnis, q̄ melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt cauſam vulneratā remedium quærere. Not. inhibemus perpetuo edicto. i. prohibemus ſtatuto in æternū duraturo: quia volumus q̄ iſtud edictū ſiue ſtatutū de rebus eccleſię non alienandis, ſit perpetuum, ita quòd nunquam alienentur res eccleſiæ. No. reditus, tus, tui, penultima correpta. & dicitur à redeo, redis, & ſignificat duo. Redit⁹ enim dicitur quod redit: quia ſingulis annis redeat. Vnde Ouidius de ſine titulo. Turpe tori reditu cenſus augere paternos. Item reditus. i. reuerſio. Vnde Ouidius in epi. Vela queror reditu, verba carere fide. Et dic redditus. i. cenſus qui ſingulis annis redduntur. Not. poſſeſſiones. Poſſeſsio, ſecundū Azo. C. de acqui. & retinen. poſſ. eſt corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente. Vel ſic: Poſſeſsio eſt ius quoddam quo aliquis rem corporalem vere in poteſtate habet. Et dicitur corporalis rei, ideo quia ſola corporalia poſsidentur. Incorporalia autem dicuntur quaſi poſsideri, & quaſi tradi per patientiā & vſum. Nam incorporalia non poſſunt corporaliter apprehendi: ſicut ſunt iura & ſeruitutes, & ideo nō poſsidētur c. cōqueſtus. de fo. compet. in gl. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi viam. & tamen prçſcribuntur. Poſſeſsiones ſunt agri, fundi latē patentes, publici, priuati, quos etiam in initio quiſque vt potuit occupauit atque poſſedit, vnde & nuncupati ſunt. Inde poſſeſsiuncula, culæ, id eſt parua poſſeſsio. nomen diminutiuum de poſſeſsio. Not. in verbo, conuentus. quòd ſicut non licet prælato ſine conſenſu capituli agere, ſic nec contrahere. Lau. qui alleg. de iudi. cauſam. Sed primum regulariter non eſt verum. de reſcrip. edoceri. dic vt ibi. Item nec ſecundum niſi quando contractus ſapit alienationem: vt hic. Zaba.

*Reditus quid dicitur. Verſus. Verſus.*

*Poſſeſsio quid eſt.*

Clemens v. in concilio Vienneſi.

*Religioſus qui concedit alicui ad vitam vel certum tempus iura reditus vel poſſeſsiones adminiſtrationis cui præeſt, ſuſpenſus eſt ab officio, niſi duo concurrant: nec valet conceſsio. duos caſus excipit, hoc dicit, Ioannes And.*

CAPITVLVM I.

Monaſteriorum & aliarū adminiſtrationum regulariū diſpendiis occurere cupientes, perpetuo [f] prohibemus [g] edicto, ne quis religioſus [h] monaſterio, prioratui, eccleſiæ ſeu adminiſtrationi cuiuis [i] præſidens, iura, reditus [k] aut poſſeſsiones [l] eiuſdem, alicui [m] ad

f *Perpetuo.* Id eſt generali, vel perpetuò duraturo. de elect. vt circa. & ca. perpetuo. lib. vj.

*Perpetuum dupliciter exponitur.*

g *Prohibemus.* Saltem quo ad pœnam fateri oportet quòd eſt iuris noui editoria.

Gloſſa ſeq. notat à contrario, & incidens dubium ſoluit.

h *Religioſus.* ſeculares ergo clericos non comprehendit hæc conſtitutio: ſed ſi tales conceſsiones faciunt, dic vt legitur & no. xvj. q. j. poſſeſsiones. de iis quæ fiunt à prælatis. continebatur. ſi aliàs alienāt, locus eſt canoni. xij. q. ij. monemus. e. tit. ſi quis. ſi locant, dic vt no. ne prelati vices ſuas. c. ſi.

Gloſ. ſeq. exponit, & quæſtionem ſoluit.

i *Cuiuis.* Id eſt ſiue perpetuæ ſiue temporali, maximè enim propter obedientiarios qui faciebant hos contractus reuocari timentes ad clauſtrum, emanauit hæc cōſtitutio: & dato quòd non ſint obedientiarij. facilius remouentur à ſuis adminiſtrationibus. de accuſat. qualiter. ij. in fine de ſimo. licet. & capit. per tuas. non autem puto eam locum habere in religioſo qui præeſt eccleſię ſeculari, & quaſi clericus ſecularis. & hoc probat principium.

*Religioſus poteſt eccleſiæ ſeculari præeſſe.*

k *Reditus.* differunt à fructibus: vt patebit in fine.

l *Poſſeſsiones.* certas [a] vel omnes.

m *Alicui.* priuato vel collegio.

*a Not. Panor. quòd*

Eius.

*indefinita iuris nõ æquipollet vniuerſali. Font.*

a *Vitam.* recipientis vel concedentis: & talis conceſsio dicitur perpetua.ff pro ſoc.l.j.& no.x.q.ij.perpetua.

b *Pecunia.* an dans hanc pecuniam repetat? [a] vide quod no. & dixi eo.titu.ad audientiam.

c *Quouis modo.* ab hac generalitate excipit duos modos in fine cap.

*a Ita, ſi habebat bonã fidem: ſi malam, datur fiſco, aut pauperibus. gloſ. Bar. in l. iubemus. 2. §. ſane. C. de ſa. ſan. eccl. Font.*

d *Neceſsitas aut vtilitas.* ſufficit alterum. ſic alibi æquiparantur hæc duo. de ætate & qualitate, quæris. de præbend. expoſuiſti. & in diſpenſationibus j.quæſtione.vij. tali. & facit eod.titu.dudum.lib.vj.

e *Vtilitas.* de ſyndi. c.vnico.

Gloſſa ſeq. notat à contrario, & illud determinat.

f *Non habeat.* Innuit quòd ſi habeat conuentum, non requiritur conſenſus prælati. hoc verum quo ad euadendam

vitam eius, [a] ſeu aliud certum tempus, pecunia [b] etiam inde recepta quouis modo [c] concedat: niſi neceſsitas [d] aut vtilitas [e] monaſterij, prioratus, eccleſiæ aut adminiſtrationis huiuſmodi hoc expoſcat, conuentus ſui, aut ſi conuentum non habeat, [f] prælati proprij [g] aſſenſu ad hoc nihilominus [h] accedente. Si quis autem contra hoc fecerit, pœnam [i] ſuſpenſionis ab officio [k] eo ipſo incurrat, nec ex conceſsione ipſius recipienti ius aliquod acquira-

huius conſtitutionis pœnam. ſed aliàs ad validandum contractum perpetuum requiritur omnis ſolennitas alienationis.eodem titul. dudum libr.vj. & conſenſus epiſcopi.xij.q.ij.abbatibus.&.c.ſeq & cap.placuit.& xvij.quęſt.iiij.in venditionibus.

Gloſ.ſeq.dupliciter exponit, & notat pro Inno.

*Religioſi quem habent pro proprio prælato.*

g *Proprij.* De epiſcopo videtur intelligendum in non exemptis per iura allegata in fine proximæ gloſſæ: in exemptis, de papa de priuileg.auctoritate.§.j.lib. vj.forſan intendit iſte textus approbare quod recitabat Innocentius de tranſactionib.ſtatuimus.vbi dicit quoſdam dicere quòd abbates qui habent eccleſias ad ſe pertinentes pleno iure, poſſint in illarum alienationibus auctoritatem præſtare. & facit infrà de ſtatu monacho. attendentes. poſt princip. & quod nota. in authent. de alienat. & emphyt. contract. in princip. collatio.ix. & hoc communiter ſeruatur, quod videtur fieri poſſe, ex quo habẽt epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi.ad hoc de priuileg.abbates.in fin.lib.vj.vnde dicebat ipſe Innocen.de priuileg.cùm & plantare.§.in eccleſiis. & placet ibi Hoſtien.quòd presbyteri non poterant alienare, nec maximas cauſas agere ſine conſenſu patronorum exemptorum: quia tales exempti vices epiſcoporum gerũt, arg.xij.quæſt.ij.ſi qua.& cap.placuit, de vo. magnæ. §. cùm igitur.cum concor.

*Abbates exempti vices epiſcoporum gerunt.*

h *Nihilominus.* id eſt, non eo minus quòd ſubſit neceſsitas vel vtilitas in contractu.

Gloſſa ſequens ponit dictum, & remittit.ſecundò quærit & remittit.

*Pœna de ſui natura eſt perpetua.*

i *Pœnam.* quæ de ſui natura perpetua eſt, ex quo tempus non adiicitur.de hoc de conſtitut. ex literis. ſed quis abſoluet? Vide quod dixi de ſolut.cap.ij.in fin. & quod dicam infrà de hæret.cap.j.circa finem.

k *Officio.* Vide quod dixi ſuprà eodem verſiculo, infrà de deci.cap.j.

l *Acquiratur.* Si.eod.titu.hoc conſultiſsimo.lib.vj.vbi contractus non valet, & punitur faciens.

Gloſſa ſequens dubium ſoluit, & ſolutionis obiectioni reſpondet.opi. ponit quam improbat, & de incidenti quæſtione remittit.

m *Locationes.* prohibitus alienare, obligare, vel vendere, poteſt locare: & quod plus eſt, conductorem creditoribus delegare.ff.de leg.ij.l.penult.§.inſtituto. Ad id.ff.loca.non ſolet.prælati ergo locant, nec per ſtatutum epiſcopi poſſunt adſtringi vt locent certis perſonis.de loc. cap. ij. Quod autem dixi quòd locare non eſt alienare: illud verum eſt ſi fiat ad modicum tempus, vt hic: & ſic non obſtat eodem titulo, nulli.vt ibi dixi: licet Accur.in prædicto.§.inſtituto. in fin. dicat quòd prohibitus alienare, locet ad centum vel mille annos. ſed non approbatur: & Dynus ibi contra. Si autem prælatus locans ad modicum tempus, intra tempus moritur: quid iuris, nota. ne prælat. vices ſuas. capit.final.

*Locare nõ eſt alienare.*

n *Fructuum.* Concor. de elect. generali. in fin. libr.vj. & quomodo plus eſt in reditu quàm in fructu, ibi not. in gloſ.pe.

Gloſ.ſequens exponit. quærit.po.opinionem quam commendat, ſubdens quinque alias opiniones, & pro pluribus habendis remittit.

o *Ad tempus modicum.* Determinat tam verbum locationes, quàm verbum venditiones: vt ſit ſenſus quòd locatio ad modicum tempus, & venditio fructuum ad modicum tempus, non includatur in prohibitione. Sed dubitatur quod dicatur modicum tempus gloſſa ff. de ſuperfic. l.j. §. quod ait, dicit id relinquendum iudicis arbitrio. allegat. ff. de iure delib. l.j. in fi. & ff. de effrac. l.j. §. j. & facit de offic. delega. de cauſis. de accuſat. inquiſitionis. j. reſponſo. & quod nota. de loca. potuit. & quod not. ſuprà eod. hoc conſultiſsimo. lib.vj. & videtur hoc æquum propter varias conditiones regionum. Idem tenuit olim in l.fi. ff. ſi ager vectiga. ſed poſtea in addi. videtur approbaſſe quòd modicum tempus dicatur intra decennium Cod. de præſcript. lon.temp. l. fin.ff. qui & à qui. ma. ſi cum fideicommiſſo. §. Ariſtot. ponit etiam opinionem quæ habet quòd modicum tempus dicatur triginta dierum.ff. de iti. actuque priuato. l.j. §.j. Alij biennium. ff. loca. & condu. cùm domini. inſtitut. de litera. oblig.in fin. Alij quinquennium. facit quod not. Ioannes de coniug. ſeru. licet. & quod not. Hoſtien. vt eccleſ. benefic.capit. vnico.in fin. Alij ſeptennium. ne prælati vices ſu.cap.fin. De diuerſis ſpatiis temporum poteſt argui per ea quæ ſcripſi de fideiuſſo.cap. fin. de cleric. coniuga. Ioannes.in.iiij. quæſtione.

*Temp⁹ modicum quid contineat.*

tur. [l] Verùm præmiſſa ad locationes [m] vel etiam redituum aut fructuum [n] venditiones ad tempus modicum [o] faciendas, declaramus vllatenus non extendi.

## Idem.

*Epiſcopus vnire poteſt eccleſiam alteri, vel loco religioſo donare, etiam non vocato rectore vel defenſore. h.d. Ioan. Andreæ.*

### CAPITVLVM II.

SI vna eccleſia alteri [p] eccleſiæ ſeu dignitati [q] alicui vel præbendæ [r] per epiſcopum, [s]

S *Vna.* Se ſummat duo dicens. Et quas opinio. determinat, j. dicam: ſed principaliter quæ nota. Innocent.& Hoſtien.vt eccleſia.benefic.cap.vnico.in fin. CASVS Papa vel epiſcopus conſiderans paupertatem alicuius eccleſiæ, voluit vnire aliam eccleſiam illi eccleſię certis ex cauſis. Et ponamus quòd iſtæ eccleſiæ habent rectores. quæritur vtrum ad vnionem requiratur conſenſus rectorum? Dicit quòd non. Sed quid ſi velit vnire eccleſiam parochialem alicui monaſterio. quæritur, vtrum requiratur conſenſus rectoris? Dicit quòd non: tamen non aufertur propter aliquod præiudicium ipſi rectori durante vita ſua: ſed quantum ad valetudinem vnionis non requiritur conſenſus rectoris. Sed quid ſi epiſcopus vult vnire eccleſiam ſuæ menſæ epiſcopali: quæritur, vtrum poſsit cum conſenſu capituli? Dicit quòd non: quia non poteſt ſe auctorizare in cauſa ſua: ſed opus eſt quòd adeatur archiepiſcopus. Sed vtrum ipſe poſsit aliquam eccleſiam parochialem vnire menſæ ſui capituli? Dicit quòd non: quia capitulum non poteſt dare conſenſum ad ſuam vtilitatem. Nota quòd epiſcopus poteſt vnire vnam eccleſiam alteri ſine conſenſu rectoris: ſed tamen per hoc non fit præiudicium ipſi rectori. Nota quòd epiſcopus alicui loco religioſo poteſt concedere aliquas eccleſias cum conſenſu capituli.c. paſtoralis. de donatio.in antiq.tamen, vt dictum eſt, non fit præiudicium rectori.cap.conſultationibus.eod.tit.in anti. Nota quòd antiquitus vt epiſcopus eſſet particeps in ſuffragiis aliquorum religioſorum, donabat eccleſiam tenendam cum perceptione iurium & fructuum. Nota per hoc quod dicit decernimus, quòd hìc papa inducit nouum ius. Nota quòd dictio alter, repetit eandem qualitatem. probatur hìc in verbo, alteri. iuncta gloſſa quæ intelligit alteri, ſcilicet eccleſiæ. Simile nota. de dictione alius, de reſcript.ſedes.

Nota quòd eccleſia dari poteſt loco religioſo: & multis modis poteſt eccleſia ſpectare loco religioſo: de quibus. de præben.de monachis. & ſuprà de ſupplen. neglig. præla. cle.vnica.Zaba.

p *Alteri.* Scilicet eccleſię.x.q.iij.vnio. Et ſi ſit alterius diœceſis, per vnionem nõ præiudicatur diœceſano.de relig. do. c.ij.& ſcripſi de priuileg.paſtoralis.

q *Dignitati.* de præben. extirpandæ.§.qui vero.

r *Præbendæ.* vt in prædicto. §. qui vero. & eodem titul. expoſuiſti. & intellige per prædic. decret. etiam de præbenda cathedralis eccleſiæ. non ob.infra proxim.reſponſo, vt ibi dicam.

Gloſ.ſeq.opi.ponit, quam probat, & remittit.

ſ *Epiſcopum.* de exceſ.præla.ſicut vnire. vbi notat.Innocen. & Abbas poſt eum, quòd licet ad abbates ſpectent eccleſiæ pleno

*Abbates eccleſias vnire non poſſunt.*



pleno iure: tamen illas vnire non poſſunt, vel vnam alteri ſubiicere, cum hoc ſit epiſcopale: per prædi.decret. alleg.etiam de conſuetu. cum dilectus. facit quod dicam infra cap. proxi.& infra de ſtat.mo.ne in agro.§. ad hoc. vbi dicam an hoc præſcribere poſsint.

Glo.ſeq. ſucceſsiue ponit duo dicta Hoſtien.quæ improbat.

a *Conſentiente.* Nõ eſt iſte caſus in quo ſufficiat cõſilium, & hic reprobat quod not. Hoſtien. de iis quæ fi.à prælat. nouit. vbi dicit epiſcopum ſine capitulo poſſe donare eccleſiam loco egenti ad ſuſtentationem miniſtrorum. allegat de donat.conſultationibus. Item quia facit quod debet, prouidendo egẽtibus, & in hoc officium ſuum exercet.xij.quæſt. j.præcipimus.& capitu.ſequen.x.quæſt.j.regenda.& capitu. ſequen.xciij.diſtinctio. diaconi. ergo non eſt locus contradictioni.de præbend.extirpandæ.j.& ij. reſponſo. Dicebat tamen quòd tutius erat conſilium canonicorum requirere: ſed prout vides, hic requiritur conſenſus. & ſecundum hoc intellige prædictam decreta. ſicut vnire.in princi.& de priuileg. tuarum. in princi. Notat etiam ipſe Hoſtien. eodem titu.ea noſcitur. quòd de conſuetudine præſcripta poteſt epiſco competere vt ſine conſenſu capituli poſsit conferre eccleſiam alteri eccleſiæ ad ædificationem. Et contraria eodem titulo. tua. & capitulo. paſtoralis. de donat. paſtoralis. intelligit de iure communi: & cùm epiſcopus circa hoc indulgentiam vel præſcriptionem non habet: tamen conſilium præſcribi non poteſt, ſecundum eum. ſecus etiam dixi de voluntaria conceſsione quæ ſine cauſa fieret eccleſiæ habenti congruam ſuſtentationem. argument. j. quæſtio.ij. paſtor. vel quæ fieret laico: ſed non puto hoc præſcriptibile, quòd etiam in caſu licito alienet prælatus ſine conſenſu capituli: vt ſcripſi de dona.paſtoralis.in fin.& facit finis huius capituli.

*Epiſcopi officiũ eſt egentibus prouidere.*

*Epiſcopus an poſsit præſcribere facultatẽ alienãdi res eccleſiaſticas ſine conſenſu capituli.*

b *Vniatur.* De vnione ſatis no. ne ſede va.c.j.xvj.quæſt.j.& temporis.

c *Donetur.* Hic iunge literam infrà, nequaquam id poterit impugnari.& facit quod metus cauſa, cùm dilectus. & quod ibi nota.

d *Rector.* De rectore eccleſiæ, nõ de prælato cui ſubeſt eccleſia, loquitur: cuius conſenſus requiri videtur. [a] j.de ſtat. mo.c.j. §.ad hoc.

*a Idem Panor. Font.*

Gloſ.ſeq.rationem reddit, quam opin.coadiuuat, & oſtendit reprobatam opin.Hoſtien.

e *Vocatus.* non extitit, quod eſt infrà. Et ratio huius ſumitur de dona. conſultationibus. fit enim talis vnio vel donatio ſine præiudicio rectoris: vt ibi. Dicebat ergo Innocen. in decreta. vt noſtrum. quòd dignitas inſtituta diminui non poterat irrequiſito illo cuius erat, ſine cauſæ cognitione.

Notat tamen Hoſtien. de exceſsib. prælator. ſicut vnire. quòd epiſcopus eccleſias vnire non poterat ſine collatione vel conſenſu ambarum eccleſiarum. allegat eodem titulo capitulo primo.& de iis quæ fiunt à prælatis.cap.j.& in hoc dicebat eum à papa differre: vt ibi ſcripſi. quod hic reprobatur.

*Vnio duarum eccleſiarũ poteſt fieri ſine cõſenſu ambarum.*

Gloſ.ſeq.docet quid approbat, ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.

f *Vacabat.* Approbat quod notat Innocent. & Hoſtien. vt eccle.bene.vt noſtrum. in fine, vbi tenent eccleſiam vacantem vniri & donari poſſe: ſicut & dignitas vacans ſupprimi poſſet.de conſtitut.cùm acceſsiſſent. Contra, ne ſe.vacan.c. j.vbi ſede vacante non diſſoluitur vnio.æque igitur videretur quòd tunc fieri non poſſet. Solu. illud in epiſcopalibus ſedibus. Vel ibi papam principalius mouit ſecunda ratio: ne ſcilicet notari poſſet de ſubita mutatione, & quòd ordinationem prius factam feciſſet contemplatione perſonæ tunc viuentis, nunc defunctæ: aliàs etiam vnionem epiſcopatuũ facit mortuo altero epiſcopo: vt decimaſexta quæſtio. j. & temporis.

*Eccleſia vacans vniri & donari poteſt.*

Gloſ.ſeq.ponit obiect.& ſol. quam fortificat per ſimilia, & per opinionem.

g *Defenſor.* Videbatur contrarium: quia ſi res eccleſiæ vacantis ex cauſa dignitati donetur, oportet defenſorem dari: vt eodem tit.dudum.libro ſexto. Eſt ergo hoc de caſibus in quibus minus prohibetur, vbi maius permittitur. poteſt enim eccleſia vacans dari ſine defenſore, vt hic: ſed poſſeſsio vel res eccleſiæ non: vt ibi. Et eſt ſimi.de elect.nemo deinceps. libro ſexto. & quod nota. de conſuetu. cum dilectus. in iiij.gloſ.de tranſlat.cap.vlt.in gloſ.penult. Dicebat Inno. de elect.ſignificaſti. vt ibi ſcripſi ſuper gloſ.ij.quòd epiſcopus & capitulum poterant aliquid ſtatuere ſuper beneficio

*Minus prohibetur quãdoque vbi maius permittitur.*

Clementinæ.

ſuo conſentiente [a] capitulo vniatur, [b] aut religioſo loco donetur, [c] ex eo quòd rector [d] ipſius ad hoc vocatus, [e] vel ſi vacabat, [f] defenſor [g] ei ſuper hoc datus non extitit: nequaquam id poterit impugnari.

Quòd ſi epiſcopus [h] (ſui etiã capituli accedente conſenſu) menſæ ſuæ, [i] vel ipſi [k] capitulo [l] aliquam duxerit eccleſiam [m] vniendam: hoc irritum

vacante: & electus illud ſeruare tenebatur. alleg.decr.vt noſtrum.quod intelligit ibi Hoſti. ex cauſa & ad tempus: [b] ſed perpetuum præiudicium nõ poſſet inferre dignitati vel rectoriæ ipſa ſic manente: licet illam poſſent in totum tollere. de cõſti.cũ acceſsiſſent. vel religioſo loco cõferre.de dona, conſultationibus. & c.paſtoralis. Et ad id quod dicitur, qui poteſt totum, poteſt & partem.de offi.dele. paſtoralis.in prin.ff. de rei ven.quę de tota. reſpondet Hoſti. quod in totũ conferri permittitur, vt diuinus cultus augeatur.de cõſtit.ex parte.& vt pauperes ſuſtententur.de præb.expoſuiſti. Permittitur etiam tolli: quia ſuperflua vel oneroſa, arg.lxviij.diſt.chorepiſcopi.Diminutio vel detractio denegatur: vt eccleſiaſtica beneficia in ſua integritate permaneant: niſi ex cauſa magna. remittit ad decr. dudum.eo.tit.de præb.maioribus.& c.vacante. Et his patet quòd ſæpe id quod min⁹ videtur, eſt maius, eo reſpectu quo ius plus illi reſiſtit ex cauſa. [c]

*b Idem Panorm.*

*c Placet doc. Font.*

Gloſ.ſeq.iuſtificat, & dicit quid approbat & reprobat.

h *Quòd ſi epiſcopus.* Quod hic dicitur, probabatur olim per ca.queſti ſunt.xvij.quæſt.iiij.& approbat quod no.ibi Ioan. in §.præ.& quod no.de dona.paſtoralis.& reprobat quod not. Inno.in d.c.vt noſtrum.vt eccl.be.vbi tenebat quòd auctoritate capituli ſui epiſcopus poterat eccleſiam in ſuos vſus conuertere.

Glo.ſeq.primò rationem reddit, quam per opi.coadiuuat. Secundò arg.à minori.queſtionem ſoluit.Tertò no.ad duas opin.Hoſt.& vtranque determinat.

i *Menſæ ſuæ.* vt dicebat Ioan.in glo.prius alle.epiſcopus nõ poteſt auctorizare in facto proprio: ſicut nec œconomus.x. q.ij.hic vſus.in fi.nec tutor.ff.de aut.tu.l.j. & l. pupillus. nec prælatus.de inſti.c.ſi.& idem de capitulo: vt ſtatim ſequitur. quod etiam tenebat Guliel.in Spec.de iis quæ fi.à præl.in fi. & facit quod dixi poſt Inno.de cenſi.prohibemus. ſuper gl. ij. Et no. quia ſi non valet vnio, cum alter ſolus, ſcilicet epiſcopus vel capitulũ, auctorizat in facto proprio: fortius non valeret cum authorizaret vterque: vt ſi communiter menſæ epiſcopi & capituli per eos vnitur eccleſia. Facit autem hęc litera ad no.per Hoſti.in ſumma de deci.§.& vtrum, ver.xij. in fin. vbi tenet quòd laicus habens decimam per antiquum feudum ab alia eccleſia, non poteſt illam donare epiſcopo, ne ipſe epiſcopus auctorizet in facto proprio. Puto tamen quòd bene poſſet illam donare capitulo epiſcopali, auctoritate epiſcopi: & eſt ratio: quia cùm in caſu illo ſufficiat auctoritas epiſcopi ſine capitulo, vt dixi in decre.cum apoſtolica.de iis quæ fi.à præla.non poteſt dici quòd capitulum eo caſu auctorizet in facto proprio. ſed in vnione vel datione eccleſiæ ſecus: cum ibi conſenſus capituli ſit neceſſarius. de iis quæ fi.à præla.tua.de dona.paſtoralis. Itẽ facit pro & contra ad id quod ipſe Hoſt.no.de conſti. cùm acceſsiſſent.vbi tenet quod dignitas non confirmata per papam, de eccleſia cathedrali tolli poteſt per ipſius capitulum ex iuſta cauſa, & epiſcopo auctorizante: ſi bona epiſcopi & capituli ſint diuiſa. ſi verò eſſent communia, nónne auctorizaret epiſcopus in facto ſuo? Sed dicit tunc recurrendum ad archiepiſcopũ vel ad papam.de iure pat.nullus. Videtur quòd cùm iſte non ſit de caſibus archiepiſcopo reſeruatis, qui not.de offi.ordi. paſtoralis.quòd eo caſu & iſto de quo tex. loquitur, ad papã ſit neceſſe recurri. [d]

*Epiſcopus non auctorizat in facto proprio.*

*Decimam an poſsit per laicũ darẽ epiſcopo.*

*Dignitas an poſsit tolli de eccleſia, & per quem.*

*d Idẽ Pan. dicens gloſ. mente tenendã. Fõ.*

k *Ipſi.* ſuo ſcilicet.

Gloſ.ſeq.in quæſtione remittit. ſecundò diuerſitatem ponit, & rationem reddit.

l *Capitulo.* Cũ capella curata donatur capitulo, quis habeat eius curam, vide quod ſcripſi poſt Hoſtien.de præben.expoſuiſti.ſuper gloſ.iij. & eod.tit.cùm non ignores.in princ. Et nota quia ſingulari præbendę etiam maioris eccleſiæ poteſt vniri eccleſia per epiſcopum & capitulum: vt ſ.proxi.reſpõ. capitulo verò non: vt hic. & ratio ſumitur. xij.quæſti.ij.qui manumittitur.cum ſuis concor. quia capitulum non auctorizat in facto proprio, cùm ſingulari præbẽdæ capituli vnitur eccleſia.

*Præbendæ ſingulari maioris eccleſiæ poteſt per epiſcopum & capitulum eccleſia vniri.*

Gloſſa ſequens ponit dictum Hoſtiẽ. quod dicit declarari debuiſſe.

m *Eccleſiam.* Declarari debuiſſet, an ſit idem in donatione quam facit epiſcopus capitulo ſuo de eo quod ſpectat ad menſam ſuam. quod notat Hoſtien. de iis quæ fiunt à prælat. nouit. & ponit caſum de epiſcopo abundante, & capitulo egente: & dicit quòd valet. inducit quod ſupra dixi in gloſſ.non eſt. Dicit etiam quòd non ob. iuramentum de non alienando, cùm non ſit propriè alienare quod in dominio eccleſiæ retinetur. [e] ff. de legatis. ij. vnum ex familia. &

*Epiſcopus capitulo ſuo donare poteſt de iis quæ ſpectant ad menſam.*

*e Gl. ſequũtur Panor. Font.*

ſia,& l.Imperator.§.ſin.& l.ſeq. dicit tamen quòd tutius eſſet quòd illud fieret ſuperioris auctoritate. inſti. de auctor. tut.in fine.

Gloſ.ſeq.ſub dubio quæſtionem ſoluit, & contra ſolutionem allegat.

a *Decernimus.* Licet ratio huius iuris ſit antiqua:forte noluit cõprehendere præterita.Et eſt ſi.de po ſtu. ca.vnico. lib.vj. Sed contra hoc facit litera ſequens, quæ conſuetudinem dãnat:conſuetudo verò notat tẽpus præcedens: ergo videtur præterita reſpicere.

Gloſ.ſeq.exponit, & dat ſimile.

b *Quauis.* ſcilicet etiam cuius contrarij vel initij non ſit memoria.[a] Damnãtur ergo hæc conſuetudo quòd quis auctorizet in facto proprio. Alibi quòd quis ſit iudex appellationis à ſe interiectæ.de conſue.c.ij.lib.vj.

*a Idem Panor.dicens gl.procedere ſi ponãtur verba ſimilia,ſcilicet quanto cunque tẽpore,nulla cõſuetudine.ſecus tamen ſi ſimpliciter dãnetur conſuetudo:ſicut præſcriptione ſimpliciter dãnata non intelligitur ſtatim de omni præſcriptione. c.j.de præſcri.lib. 6. vide hic do.Cardi. §.quòd ſi epiſcopus. 2.col.ver. 8.quæro. Font.*

eſſe decernimus [a] & inane, cõtraria quauis [b] conſuetudine non obſtante.

## DE RERVM PERmutatione.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Collatio de beneficiis cauſa permutationis vacantibus facta aliis quàm permutantibus,non tenet.h.d.Ioan.And.*

### CAPIT. VNICVM.

B NE conceſsione iuris vtẽtibus [c] præſertim circa ſpiritualia illudatur: [d]

DE RERVM PERMVTATIONE.

Viſum eſt ſ. de bonis eccleſiæ non alienandis: dubitaret aliquis vtrum res eccleſiæ poſſent permutari:hoc eſt de vna perſona in aliam transferri: ideo annectitur rubrica, de rerum permutatione.

NE conceſſione.] Se ſummat ponens ius nouum & æquiſsimum præmiſſa ratione,decidens caſum dubium ibi, ſi qua beneficia. Et determinat decretalem,inter cætera. de præben. & ſupra eodem titulo.cùm vniuerſorum. Præſupponendum eſt primò illud quod habetur in capit. vnico.eo. titu. in vj. videlicet quòd beneficium quod eſt reſignatum in manibus ſuperioris cauſa permutationis faciendæ,quòd per talem reſignationem non dicitur beneficium vacare: ſic quòd poſsit alteri qui non ſit de cõpermutantibus, conferri. Secundò præſupponendum eſt quòd actus legitimi non recipiunt diem nec conditionem: & ſicut collatio beneficij non poteſt fieri ſub conditione, ita nec reſignatio.

CASVS. Cùm poſsideres iuſtè & canonice aliquod beneficium mihi propitium, & ego poſsiderem aliud beneficium tibi propitium, affectabamus permutare adinuicem huiuſmodi beneficia. Et tractauimus de permutandis beneficiis noſtris:qui tractatus eſt permiſſus, dummodo non fiat pactio arreſtata inter partes: ſed totum ponatur in arbitrio ſuperioris.acceſsimus ad epiſcopum, & ſupplicabamus vt ipſe vellet acceptare reſignationes cauſa permutationis faciendæ. epiſcopus recepit reſignationem: & ſic vacauerunt noſtra beneficia. quæritur, vtrum epiſcopus poſsit illa beneficia vacantia conferre & dare quibus voluerit? Dicit quòd non: ſed tuum mihi, & meum tibi conferre debet. h. dicit.H.r. Colligo aliqua notabilia. Primò,quòd quis non debet decipi legis auctoritate. Secundò,quòd beneficia vacantia cauſa permutationis faciendæ non poſſunt conferri niſi cum compermutantibus. Nota tertiò quòd volentibus permutare ſua beneficia, licitum eſt exprimere quòd reſignant cauſa permutationis faciendæ, & non aliàs.

Nota quòd maximè in ſpiritalibus debet euitari illuſio. ſic etiam duplicitas, & fraudandi voluntas. xxij.quæſtione ij. ne quid. xxiiij. quæſtione v.excommunicatorum. de poſtula.cap. fin. Nota finaliter quòd ante permutationem poteſt præcedere tractatus,de hoc in gloſ.in verſi.volentibus. Zaba.

c *Vtentibus.* per hanc literam dico decre. hanc locũ habere vbi in fraudem expectantium fieret permutatio: cũ illi non vtantur conceſsione iuris:ſed ius fraudent.eo.tit.c.vnico.li. vj.de renunc.c.vlt.eo.lib.

d *Illudatur.* Concor.clemen.ſ.de renunciat.ca.vnico.& ibi concor.

*Hoſpitalia an permutari poſsit.*

e *Beneficia.* Includit etiam hoſpitalia & loca ſimilia quæ permutari poſſunt his caſibus quibus in beneficium conceduntur:quę habẽtur j. de reli.domi.quia cõtingit.§.vt autẽ. illa verò quæ non conceduntur in beneficium, non videtur poſſe cum beneficiis permutari,cum beneficiorum adinuicem permutatio fieri debeat.

f *Ex cauſa.* Bene ergo licet renũtianti in actu renuntiationis hoc exprimere, quòd renuntiat permutationis cauſa: & A dato quòd hoc non exprimatur,ſatis eſt quòd cõſtet ex cõiecturis,vel prius actis.

g *Volentibus.* Ergo tractatus permutationis inter partes procedere poteſt: tamen ipſa permutatio expeditur ſuperioris officio.& vide quod ſcripſi ſ.eo.quæſitum.

*Permutatio expeditur ſuperioris officio.*

ſi qua beneficia [e] ex cauſa [f] permutationis ab aliquibus reſignata,aliis quàm ipſis permutare volentibus [g] conferantur, [h] nullius hoc eſſe volumus [i] firmitatis.

Gloſ.ſeq.generaliter intelligit,dicẽs quòd epiſcoporum eſt permutare.& rationem reddit.quęrit de capitulo vacante ſede, & ſoluit diſtinguendo.in ſi. ampliat textum, & ſoluit contrarium.

h *Conferantur.* per illos in quorum manibus fiebat reſignatio, vel per alios collatores. Hoc tamen ſcias quòd epiſcoporum eſt permutare, vel permutationibus auctoritatem preſtare,& non inferiorum: vt not. Hoſtien. in ſumma huius tit.§.quis poteſt.verſi.& nunquid. & dixi ſupra eo. quæſitum.cùm enim concilium Turonen. prohibet permutationem: contra id non diſpenſat, niſi cui permiſſum eſt. & idem Archid. eodẽ titu.capitulo vnico.libro ſexto. & facit quod not.ſupra cap. proxi. in princ. ipſi tamen inferiores quorum eſt conferre vel eligere, habent conſentire:vt not.in prædict.decret.vnica. Quid de capitulo vacante ſede epiſcopali, poterit ne permutationi auctoritatem præſtare? Puto quòd ſic: cùm hoc ſit iuriſdictionis epiſcopalis in qua tunc ſuccedit.de maior.& obedien.iis quæ.& capitu. cùm olim.eodem titu.cap. vnico.libr.vj. cum concord. hæc vera, niſi beneficia illa vel alterum illorum ſpectarent ad collationem epiſcopi ſolius ſine capitulo: quia cùm in talium beneficiorum collationem non ſuccedant:ergo nec in conſenſu quem neceſſe habet præſtare collator. & idem ſi habet eligere vel præſentare:vt ſcripſi,ne ſede vacante.capitu ij. ne vna via concedatur C quod alia prohibetur.de regu.iur.cum quid.libro ſexto. Si verò vnà cùm capitulo haberet facere prædicta: cum capitulum tunc poſsit conferre, eligere, vel præſentare, ne ſede vacan.cap.vnico.libro ſexto. ergo poterit vt capitulum conſentire, & vt epiſcopus auctorizare. Puto autem quòd hoc decretum afficiat nedum collationem, ſed etiã omnem electionem, poſtulationem & præſentationem quæ fieret de alio ad aliud beneficium ſic renuntiatũ. hoc enim eſt de mente:& eadem ratio eſt.[b] Et decret. de præbend.cùm in illis. lib. vj. loquitur in impetrationibus beneficiorum quæ ſunt odioſæ.

*Epiſcoporum & nõ inferiorum eſt permutationibus auctoritatem præſtare.*

*Capitulũ ſede vacãte poteſt permutationibus auctoritatẽ præſtare.*

*b Nota nõ exorbitantia ex identitate rationis extẽdi.Font.*

i *Volumus.* Hoc iure nouo: quaſi innuat quòd olim in hoc caſu neceſſaria erat gratioſa prouiſio, & ſic ſoluantur nota. eod.titu.cum vniuerſorum.de præben.inter cætera. ſicut aliàs in ſimili caſu agitur ad intereſſe.ff.de præſcrip.verbis.l. naturalis.in prin.& in fine.

## DE TESTAMENTIS ET vltimis voluntatibus.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Ordinarius loci rationem exigit à religioſis etiam exemptis de teſtamentorum executionibus quas geſſerunt: & ſi circa id deliquerint,illos punit.*

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS *voluntatibus.*

*Continuatio.*

Viſum eſt ſupra de actibus viuentium: nunc videndũ eſt D de actibus decedentium, ſiue morientium: ideo annectit rubricam,de teſtamentis &c.

*Diuiſio.*

REligioſis.] Primò ponit motiuum conſtituentis.Secundò,conſtitutionem. Tertiò,pœnam. Et incipe conſtructũ ibi,volentes. Præſupponendum eſt primò quòd ad curã epiſcopi ſpectat & pertinet vt vltimę voluntates demandẽtur executioni. Et ex officio poteſt cogere executores vel hæredes ad exequendum huiuſmodi voluntates, & ad reddendum rationem de iis quæ fuerunt relicta à teſtatore.Secundò præſupponendũ eſt quòd religioſi non poſſunt deputari executores alicuius teſtamẽti ſine cõſenſu ſui abbatis. CASVS. Titius tendens ad mortẽ facit ſuum teſtamentũ. inſtituit pauperes hæredes, vel aliqua legata eis reliquit. ad exequendum ſuam volũtatem fecit ſuum executorem aliquem religioſum, qui acceptauit huiuſmodi officiũ executoris,petita prius licentia à ſuo abbate,& obtenta. Epiſcop⁹ voluit cogere illum religioſum vt oſtẽderet qualiter fuerit executus voluntatem teſtatoris. dicit ille religioſus quòd erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi, & quòd nõ tenebatur corã eo comparere.quæritur vtrũ iſte religioſus bene dicat? Dicit quòd non:imò non obſtante ſua exemptione poteſt com-



teſt compelli ad reddendum rationem: & ſi deliquerit, epiſcopus poterit illum punire. Nota quòd religioſus datus executor ab aliquo teſtatore, non poteſt huiuſmodi officiũ acceptare,niſi petita & obtenta licentia à ſuo abbate. Not. quòd epiſcopus poteſt cogere hæredes quando non ſunt executores ſpecialiter deputati, ad reddendũ rationẽ qualiter impleuerũt voluntatem defuncti.

Not. quòd ſi executor teſtamẽti deliquerit in exequendo teſtamento, epiſcopus poterit illum punire. Not.caſum in quo exẽpti perdunt priuilegiũ exemptionis:videlicet ſi fuerint deputati executores alicuius teſtamenti. Alium caſum habes in ca.j. j.tit. proxi. Not.ꝙ quis dicitur præſcindere materiam delinquendi, quando obuiat rei quæ poſſet eſſe cauſa delinquendi: vt hic clarè patet. Nota quòd conſummatio teſtamenti dicitur executio teſtamenti. ſi. ſ.eo.titu.Zabar.

### CAP. VNICVM.

REligioſis [a] etiã exemptis,deputatis [b] ad executionem cuiuſlibet [c] vltimæ voluntatis,circa ipſius executionis officium, (quod vtique [d] non poſſunt niſi à ſuperiori ſuo petita ſuper hoc licentia & obtenta [e] ſuſcipere [f])volentes pręſcindere materiam [g] delinquendi, Præſentis conſtitutionis auctoritate ſtatuimus quòd tales [h] etiam ſi prælationis fungantur officio, locorum ordinariis [i] debitam reddere,[k] ipſiſque ordinarij ab eiſdem abſque dolo, fraude ſeu negligentia de ſuſceptæ executionis officio teneantur exigere [l] rationem:

Gloſ.ſeq.dicit quid determinat.

a *Religioſis.* Quo ad rationem per executorem reddendam determinat quod no.in Spe.de inſtru.edi.§.nec verò aliqua. ver.ſed an ſimplex.q̃d quaſi ad literam ponit Arch.lxxxviij. diſt.epiſcopus tuitionem.

Gloſ.ſeq. tractat quid de deputatis,ſoluens diſtinguendo tria membra,& in tertio ſubdiſtinguit.

b *Deputatis.* No. ꝙ non dicit deputandis;per quod videtur velle quòd conſtitutio reſpiciat præterita; quod verũ puto de futuris geſtionibus fiendis etiã per iam deputatos, quamuis exemptos.& facit quod no.ſ.ea.compi. de æta.& qual.vt hi qui in gl.quod poſteris.de vi.& hone.cle.ca.ij. poſt prin. Sed in præteritis geſtionibus factis iam per exemptos ante hanc conſtitutionem,non puto quod hæc decre. locum habeat. ad quod facit litera ſequens. conſtat enim quòd circa iam geſta præcidi non poteſt materia delinquendi. Si verò exemptus religioſus prius deputatus iam ante conſtitutionem partem geſſerat;partem verò geſsit per conſtitutionẽ: ſi ratio poſt geſtorum non connectitur prius geſtis, quia ſingulis annis percipit certos reditus quos cõuertit in certos pios vſus,de poſtea geſtis rationem reddat.ad hoc de elect. ſi eo tempore. libro.vj. ſed ſi ratio pòſt geſtorum ſine prius geſtis inutilis videretur: non tamen cogetur ad illam reddendam. ad hoc ſupra de app.ſuper eo.j. reddat ergo papæ,legato,vel ſuo ſuperiori:vt quo ad illam ſtemus antiquo iuri.

*Volũtas vltima quid cõprehendit.*

c *Cuiuſlibet.* Comprehendere vult etiam codicillos. & vide quod ſcripſi eod.titu. ſuper rubrica. ADDITIO. Dicit Paulus quòd vltima voluntas comprehendit omnem teſtamentorum ſpeciem: ſiue ſit militare vel priuatum, ſolenne vel nuncupatiuum.C.eo.hac conſultiſsima. & l. iubemus.& de his per Hoſt.in ſumma.eo.§.iij. & in Spec. de inſtru.edi. §.compendioſe.ver.ad huius autem.Zenzelinus dicit quòd comprehendit quamlibet vltimam voluntatem: ſiue ſit teſtamentum, ſiue codicillus, ſiue donatio cauſa mortis, ſiue epiſtola:cùm indiſtinctè loquatur.ff. de effra.l.j.de priuileg. quia circa.dicit etiam Paul.quòd procedit quod hîc dicitur, etiam ſi vltima voluntas ſit confecta in ſanitate,dum tamen ſit morte confirmata.xiij.q.j.ca.ſi.de cele.miſ.cum Marthæ. Zabar.

d *Quod vtique.* Interpoſitio:quæ tamen habebatur eo.titu. c.ij.lib.vj.& de clauſtralibus loquitur:vt ibi no.

*Teſtamenti exequendi licentia religioſo data an per ſuperiorem re integra reuocari poſsit.*

Gloſ.ſeq.primò dicit quid reprobat.ſecũdò quęrit,arguit negatiue,& ſoluit.

e *Obtenta.* Reprobatum videtur quod diſputando ſoluerat dominus meus, in hoc caſu tacitã licẽtiã ſuperioris ſufficere.quod vide in Mercu.eo titu. ſub litera g.aliàs ſub litera s. Sed dubitatur, nũquid ſuperior qui religioſo dedit licentiã ſuſcipiẽdi hoc executionis officiũ, poſsit licentiã reuocare re non integra,vt fortior ſit quæſtio? Et videtur ꝙ reuocari non poſsit,cùm ſit adſtrictus rationi reddẽdæ: vt hîc:& qui



A ſemel ſuſcepit,exequi cogitur.eo.tit. Ioannes. puto ꝙ malè facit ſine cauſa reuocando,non tamen credo ꝙ ſubditus reſiſtere poſsit,cũ velle non habeat. & optimè facit. xxxiij.q. v.manifeſtũ.tunc ergo perficiet executionẽ collega ſi quem habet,vel is de quo teſtator prouidit,vel epiſcop⁹. quod dic vt eod.titu.ca. ij.lib. vj.& vt ibi no.in gl. penult.

Illos quos circa id deliquiſſe repererint, in aliorum exemplum [m] pœna debita [n] (quocunque non obſtante priuilegio [o]) puniri.

f *Suſcipere.* Fratres minores non licentiãtur hodie ad hæc officia, nec illa ſuſcipiunt.quod dic vt j. de verb.ſig.exiui.§. proinde. verſi. item quòd executiones. & §.cupientes. ver. verum etiam.

*Fratres minores non poſſunt eſſe teſtamẽtorũ executores.*

g *Materiam.* Cõcor. de vſuris ca.j.lib.vj.

Glo.ſe.quæſtionẽ ſoluit.

h *Tales.* Scilicet religioſi etiã exẽpti. & per hoc puto ꝙ in ſecularibus exemptis nõ habeat locũ quod hic dicitur. & licet ſubſit eadẽ ratio: ſatis eſt tamẽ ꝙ eorũ priuilegiis cõſtitutio iſta nõ derogat.[a] & fuit forte impulſiua ratio: ꝙ religioſi plus delinquebant in his.eſt ſi.j.de cen.ca.j.& de priuil.ca.j.& de pœ. cupientes.poſt prin.de ſent.exc.c.j.de deci.c.j. & vide quod not.in j.gloſ.

*a Nota bñ Card.ꝙ licet ius odioſum extendatur per idẽtitatem ratiõis: nõ tamen extenditur ad caſum priuilegiatũ: vnde poſſet inferri quòd priuilegiũ nõ tam facile perditur ſicut ius cõmune. de quo Galia. in l,centurio.Font.*

## DE SEPVLTVRIS.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Excommunicati ſunt etiam exempti qui in caſibus nõ permiſsis defunctos ſepeliũt* B *in cœmeteriis tempore interdicti: vel qui ſcienter ſepeliunt excommunicatos publicè,nominatim interdictos,vel manifeſtos vſurarios. Ioan.And.*

### CAPITVLVM I.

EOs qui [p] propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora non ſine con

i *Locorum ordinariis.* Non dicit diœceſanis.& facit ad id q̃d ſcripſi eo.tit.Ioannes.ſuper ver.diœceſanum.

Gloſ.ſeq.alleg.concor.quærit & remittit.

k *Reddere,* rationem teneantur:quod ſequitur.concor.j.de relig.domi.quia contingit.§.illi etiam. Quid ſi teſtator libe C rauit eum ab onere rationis reddendæ? Vide quod ſcripſi eo.tit.Ioannes. in pe.q. vbi etiam aliquid de modo rationis reddendæ no.& in Spec.prædi.§. nunc verò. verſi.ſed nunquid ſecundum dictum.

Glo.ſeq.notat,per quod dubium ſoluit.

l *Exigere.* No.ꝙ duo ponit, vt diuerſa:per quod videtur ꝙ iſti executores etiam ordinariis non petentibus rationem reddere debeant:ſi tamẽ offerunt: ſed ſi ordinarius nõ recipit,eis non imputabitur.de reg.iur.imputari.lib.vj.

m *Exemplum.* ſuprà ca.compi. de offic. ordi.cap.j.cum ſuis concor.

n *Debita.* arbitraria, ex quo certa ſtatuta non eſt. de offic. deleg.de cauſis.

o *Priuilegio.* j.c.proxi. & vide quod ibi dicam.

DE SEPVLTVRIS.

Viſum eſt ſ.de teſtamẽtis: verùm quia teſtatores in teſtamento eligũt ſuas ſepulturas:ideo annectit rubricam,de ſepulturis.

*Diuiſio.*

EOs qui. p] Primò punit.Secũdò tollit obſtãtia: ibi,Nullo. CASVS.Certis ex cauſis poſuit epiſcopus iſtã ciuitatẽ ſub interdicto eccleſiaſtico: cuius interdicti effectus eſt, vt tẽpore in- D terdicti non adminiſtrentur myſteria diuina: exceptis duobus,videlicet baptiſmatis,& euchariſtiæ. Durante interdicto aliquis mortuus elegit ſepulturã apud locũ noſtræ dominæ Burdegalen. vel apud aliũ locum exemptũ ab epiſcopo vel archiepiſcopo. modo quæritur, vtrum iſti exẽpti poſsint impune tradere ſepulturæ corpus iſtius mortui? Dicit ꝙ non: imò ipſo facto ſunt excommunicati. Et idem dicendum eſt ſi aliquis tradat ſepulturæ alicui eccleſię excommunicatum publicè,vel interdictum,vel publicũ vſurarium. No.temeritatis. Temeritas,tis,id eſt fatuitas,præſumptio.& habemus temere aduerbium:vt ſ.in cle.de ſum. trinit.& fide catho. No.contemptum,id eſt ſpretum. No. interdicti.Quid ſit interdictũ,dixi ſ.in cle.quamuis.de for. compe. & ibi dixi ꝙ ſunt plura interdicta: & promiſi vobis ibi dicere de aliis interdictis quæ hic ſubiiciã,& cõtinuabo ad alia ſ. videlicet ꝙ eſt interdictũ quod dicitur interdictũ de mortuo inferendo: & habet locũ, vt quis non prohibeatur mortuũ & inferre & ſepelire quò licet ei inferre & ſepelire:vt ff.de interd.l.j.in prin. vt ſi via prohibeatur,vel ſepulchrum ædificare, vel lapides ad ædificandum per fundum ducere:vt ff.eodem.l.j.§.prætor ait. & §. ſi iter mihi. §.vim

*Interdictũ de mortuo inferendo, ad quid datur.*

habere: & §. fi. Item eſt interdictum momentaneæ poſſeſſionis:& eſt illud quo agitur de poſſeſsione retinenda, ſicut vti poſsidetis: vt ff. vti poſ. l. j. §. j. vel agitur de poſſeſsione adipiſcenda: vt eſt quorum bonorum, quorum legatorum, vel quo agitur de poſſeſsione recuperanda: vt vnde vi. ff. eo. titu. de interdictis.

§. j. Item eſt interdictum, ne quid in loco ſacro fiat. Et omnia ſequentia huiuſmodi dantur cuilibet de populo ad prohibēdum ne fiat: contra quam prohibitionem ſi quid actum fuerit, interdicto quod vi aut clam, ſuis ſumptibus vel deſtruere cogetur omne quod factum fuerit, aut in priſtinum ſtatum reducere vel reddere tenetur: vt ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. ait prætor quod in via. Item interdictum, ne quid fiat in loco publico vel itinere: & hoc interdictum prohibitorium eſt: & tam publicis vtilitatibus, quàm priuatorum per hoc proſpicitur. Loca enim publica vtique priuatorum vſibus deſeruiunt iure ſcripto ciuitatis: vt l. j. §. j. Item interdictum, ne quid fiat in mari, vel flumine publico ripáve eius quo peius nauigetur: aut in via publica quo peius eatur. Hoc interdictum datur perpetuò omnibus: & in omnes habet B condemnationem in id quod actoris intererat: vt l. j. in fin. ff. de via publi. & itinere publico reficiendo. Item interdictum, ne quid fiat in flumine publico, vt aliter fluat quàm priori æſtate fluxit, id eſt vt aqua fiat altior, depreſſior, rapidior cum incommodo accolentium: vt ff. ne quid in flumine publico. l. j. in princi. §. non autem omne. Item interdictum de noui operis nuntiatione, datur ei qui prohibetur ædificare, niſi poſtquam ſatiſdederit: vt ff. de no. ope. nuntia. l. prætor ait. §. hoc autem interdictum. Item interdictum de loco publico fruendo, eſt publicæ vtilitatis cauſa propoſitum: quia tuetur vectigalia publica: ergo quis prohibetur vim facere ei ſocióve eius qui cōducit locum publicum fruendum ab eo qui locandi ius habuit, quo minus loco publico ſibi frui liceat ex lege locationis vel conductionis. & hæc habentur, l. j. §. j. in princ. ff. de loco publico fruendo. Item interdictum de precario, quod reſtitutoriū eſt, datur ei qui precario rogauit, & precario habet: immo etiam ſi non rogauit, dum tamen poſsideat: vt ff. eod. l. j. in rebus. §. j. & per totam l. precarium videtur rogare & habere, ſi rogauit pro ſe, & habet pro ſuo: vel ſi rogauit procurator ſuus vel negotiorum geſtor, & ipſe ratum habet: vt ff. C eod. l. certè. §. j. dum tamen accipiat in perſonam ſuam contractum, aliter non. ff. de acquiren. poſſeſ. l. poſſeſsio. §. fina.

*Interdictū de precario, cui datur.*

Item interdictum quod vi aut clam, datur aduerſum eum qui in loco alterius aliquod opus conſtruxit vel deſtruxit: dum tamen factum ſit in ſolo. ff. eodem titu. l. j. §. hoc interdictum. Et etiam ſi vi, id eſt per violentiam: aut clam, id eſt occulte ſine notificatione alteri facta fecit: cum timeret ne ſi ſciret, ſibi prohiberetur: vt ff. eodem titu. l. j. Item interdictum quorum bonorum, à prætore inuentum eſt. Et datur filio emancipato aduerſus hæredem vel poſſeſſorem, vel contra illum qui pro hærede vel poſſeſſore poſsidet, ad vniuerſa bona adipiſcenda, non ad ſingulares res. Et eſt duplex, ſcilicet directum & vtile. Directum datur ei qui eſt bonorum poſſeſſor. Vtile datur ei qui ſuccedit iure ciuili ex teſtamento vel ab inteſtato. Item interdictum quorum legatorum, competit hæredi ad repetendum legata quæ ſine voluntate eius legatarius occupauit. Repetet itaque hæres vt deducat falcidiam: alioquin ſi repeteret ſtatim recepturus, exceptione doli poterit remoueri. Item interdictum de riuis, eſt vtiliſsimum: quia riuos, ſpecus, & ſepta reficere & purgare prætor aquæ ducendæ cauſa permittit: dum D tamen non aliter aquam ducat, quàm priori æſtate fluxit: vt in l. j. in princ. ff. de riuis. Item interdictum Saluianū competit domino fundi aduerſus colonum in ſua domo habitantem, & eius hæredes de rebus coloni tacitè pignoratis pro mercibus quas colunus in fundum intulit: vt l. j. ff. eod. titu. Item interdictum de tabulis exhibendis, datur omnibus quibus aliquid eſt adſcriptum in tabulis, vel pure, vel in diem, vel ſub conditione, ſiue ſint hæredes ſiue legatarij, ſiue fideicommiſſarij. Interdictum de ripa munienda, merito propoſitum fuit. Nam ripas fluminum publicorum reficere & munire vtiliſsimum eſt: ne ob id omiſſum nauigatio deterior fiat: vt in l. vnica. §. j. ff. de ripa munienda. Item interdictū vt in flumine publico nauigare liceat: eſt quo proſpicitur ne quis in flumine publico nauigare, nauem, ratem vel agere, vel in ripa onerare prohibeatur: ſed vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat: vt l. vnica. §. j. & in prin. ff. eodem titu. vbi ſubdit Vlpianus. Lacus eſt qui habet perpetuam aquam. Stagnum verò, quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem: quæ quidem aqua plerunque hyeme colligitur. Foſſa eſt receptaculum aquæ manufactum. Item interdictum vnde vi, locum habet cum A quis poſſeſsionem ſoli per vim amiſit. Et datur directè contra deiectorem illi qui vi de poſſeſsione alicuius rei immobilis deiectus eſt ſine omni cauſa: vt reſtituatur poſſeſsio de qua deiectus eſt, & omnia ablata: imò dato quòd ibidem eſſent aliqua quę penes violentum fuerint mortua, vel aliquæ res quæ caſu fortuito perierunt, nō propter hoc liberabitur, ſed in totū condemnabitur ad earū æſtimationem: quia nec mortalis nec fortuitus caſus liberat deiectorem. Item interdictum de vi & vi armata, cū interdicto vnde vi, datur & proponitur ei qui deiectus eſt. Fuit enim equiſsimum vi deiecto ſubueniri: ergo ad recuperandā poſſeſsionem hoc interdictum inuentum eſt. Ne quid enim per vim admittatur, legibus proſpicitur publicorum & priuatorū: necnon conſtitutionibus principū: vt l. j. ff. eo. tit. §. hoc interdictū. & §. ſeq. Item interdictū vti poſsidetis, locū habet in rebus immobilibus, ſcilicet dū de fundi vel ædiū poſſeſsione contenditur. inſti. eo. tit. de interdictis. §. ſed interdictum. Habet etiā locum in incorporalibus: vt in quaſi poſſeſsione. & datur poſsidenti ciuiliter, & poſsidenti B naturaliter: vel etiam quaſi poſsidenti gratia retinēdę poſſeſsionis. Et proponitur quoties inter litigatores contentio eſt vtrum poſsideant: quia alteruter magis ſe poſsidere affirmat.

*Interdictū ria ripa munienda, quare muniendū eſt.*

*Lacus, ſtagnum, & foſſa, differunt.*

*Interdictū quorū bonorum eſt duplex.*

*Interdictū vnde vi, cōtra quē datur.*

*Interdictū vti poſsidetis, habet locū in rebus immobilibus & incorporalibus.*

**tēptu clauiū [a] eccleſiæ, in cœmeteriis [b] interdicti tēpore [c] in caſibus nō cōceſsis à iure, [d] vel excōmunicatos [e] publicè, [f]**

Item interdictū vtrubi, idem eſt cum interdicto vti poſsidetis: niſi quòd in hoc differunt: quia illud interdictum ſcilicet vtrubi, locū habet cum quæſtio eſt de retinēda poſſeſsione rerum mobiliū: vt ff. vtrubi. l. vnica. §. hoc inter. Sed vti poſſidetis, locum habet cū queſtio eſt de retinenda poſſeſsione rerum immobilium. Item interdictū de vxore deducenda, marito datur aduerſus & cōtra eū qui dolo eam retinet ſine voluntate mariti, licet ipſa volente. ff. eo. tit. de interdi. l. j. Et de omnibus iſtis interdictis nihil ad propoſitū noſtrū, niſi in illa ſignificatione: vt dixi ſ. in cle. quamuis. de fo. compe. quia tēpore interdicti nulla cōferuntur ſacramēta, vel nulla ſolenniter celebrātur diuina: & tēpore interdicti interiecti ſolū confertur baptiſmus & pœnitētia & alia: vt dixi ſ. in illa cle. in princ. Sed omnia iſta alia interdicta ſcripſi pro dominis canoniſtis: vt ipſi nō habeant pœnā ad illa interdicta inueſtigāda: quia ipſi quàm plures allegantias abhorrēt: ideo cōtinuetis adinuicē iſta interdicta: quia vtile eſt illa ſcire. Not. ibi, Decernimus. quòd toties quoties vtitur papa hoc verbo deC cernimus, ipſe nouū ius inducit. No. quòd temeritas reprobatur. xvij. q. iiij. ſi quis, ne cle. vel mo. c. ij. li. vj. No. de pluralitate clauium, de hoc in glo. ij. & xx. diſt. §. j. Zaba.

*Marito datur interdictū de vxore deducenda.*

*Ius nouum per verbū decernimus inducitur.*

Gloſ. ſeq. dubium ſoluit.

Eos qui. per hoc quòd dicit eos, includit cuiuſcunq; profeſsionis viros, clericos, & laicos: includit etiam mulieres. & de hoc de elec. generali. lib. vj.

a *Clauium.* de exceſ. præla. c. ſi. de pœnis. c. ſi. & no. pro pluralitate clauium. de hoc remiſsionem dedi de ſum. tri. cap. j. ad fin.

Gloſ. ſeq. notat & fortificat.

b *Cœmeteriis.* ſi igitur in campis & locis priuatis eos ſepeliant, non eſt locus huic pœnæ: quòd intelligo etiā ſi locus ille eſſet vicinus vel contiguus eccleſiæ vel cœmeterio: quia ex quo ad vſum cœmeterij non eſt per epiſcopum benedictus. de conſe. diſt. j. nemo. non erit locus huic pœnæ. quare autem in cœmeteriis corpora ſepeliantur, vide no. xiij. q. ij. cum grauia.

c *Tempore.* quo tempore interdicta eſt eccleſiaſtica ſepultura. de pœ. & remiſ. quod in te. de priuil. vt priuilegia.

Gloſ. ſeq. ponit duo exempla, & dubium ſoluit.

D d *A iure.* hoc dicit propter clericos qui ſeruauerūt interdictum: quibus conceditur eo tempore ſepultura cum ſilētio, & abſque campanarum pulſatione: vt in prædi. decret. quod in te. & propter priuilegiatos circa confratres, de quibus in prædi. decre. vt priuilegia. In quatuor verò feſtiuitatibus in quibus eo tempore celebrari poteſt alta voce &c. de quibus in decre. vlt. §. pen. de ſent. excom. lib. vj. nō puto poſſe mortuos ſepeliri, licet multoties fuerit contrarium obſeruatum. & hoc bene probat decre. cùm & plantare. §. quòd ſi. de priuile. & ille §. qui diebus illis permittit participationem diuinorū, de audiendis officiis loquitur, non de ſacramentis: quod patet ex diuiſione cap. Item ceſſat cauſa ibidem expreſſa de ſpe reconciliationis.

*Sepeliri nō poſſūt mortui tempore interdicti, etiā in quatuor magnis feſtiuitatib.*

e *Excommunicatos.* ab homine vel à iure: & intelligas de excommunicatione maiori. de ſent. excom. ſi quem. licet enim excommunicati minori ſic decedentes ſepeliendi non ſint: vt no. Inn. e. tit. ſacris. huic tamen pœnæ tunc locus nō eſſet. de hæreticis qui excōmunicati ſunt, ſpecialiter fuerat prouiſum. de hære. c. ij. j. reſpon. lib. vj.

Gloſ. ſeq. tractat quæ ſint excom. publica: & quod de occulta, ibi no.

f *Publice.* de hoc de re iudi. ad probandū. de exce. exceptionem. in



nem. in glo. pen. quæ glo. non placet ſimpliciter quo ad caſum iſtum, licet enim fatear illum publicè excommunicatum contra quem publice lata eſt ſententia, licet denuntiatus non ſit: cum prædicta decret. ad probandum, non dicat publice nuntiatum, ſed publice excommunicatum: non tamē fateor quòd hoc ipſo quòd excommunicatus eſt per iudicem, loco quo iudicare cōſueuit pręſentibus officialibus ſuis & partibus, vel altera contumaciter abſente, dicatur publice excommunicatus: ſed ex qualitate fori, multitudine ſcilicet vel paucitate officialium & aſtantium, dicatur publica vel non publica: ita quòd in hoc veritas rei ponderetur: [a] vt quo ad hunc caſum videamus an præſumantur ſepeliētes ſcire, vel ſaltem ſit caſus quo ſit eis imputandum ſi ignorarunt quod publice ſciebatur. xij. q. ij. B qui & humanis. aliàs poſſet eſſe occultus: licet per iudicem in banco coram duobus vel tribus fuerit promulgata. facit in authen. de litig. §. omnē verò. col. viij. ad hoc mouet mēs & ratio iuris præponderanda verbis: [b] & quod alleg. ibi in glo. non probat: vt ibi dixi. & vltra iura quę communiter allegantur de do. & contu. c. ſi. de eo qui mit. in poſ. c. ſi. de cle. non reſi. ex tuæ. ff. de inſti. ſed & ſi. §. j. & ij. bene facit cle. ſ. de elect. cauſam. §. verum. & facit ſupra de iudic. diſpendioſum. de fo. compe. quamuis. facit quod no. Compoſt. de conſue. cum dilectus. quod ſcripſi de elect. illa. in glo. magna circa ſi. Et per hoc quòd dicit publice. dico quòd ſi eſſet occultus, dato quòd ſepeliens ſciret, non eſt locus huic pœnę. An verò ſit locus excommunicationi minori, no. de priuil. de ad hæc in glo. j. additur autem hic pœna ad pœnam quā ſtatuit decret. epiſcoporum. de priuile. lib. vj. quæ per hāc ſublata non eſt.

*Excommunicatus per iudicem in loco iudiciali, an dicatur publice excommunicatus.*

*a Placet de Anch. Imo. qui mihi videntur probare gl. vbi eſt imponēda pœna: ſed aliàs in iudicio excōmunicatus, dicetur publice excommunicatus. Font.*

*b Facit gl. Zen. in extrauag. execrabilis. §. ſtatuimus. in verbo, immiſcere. Font.*

**aut nominatim [a] interdictos, [b] vel vſurarios manifeſtos [c] ſciēter [d] ſepelire [e] pręſumunt, decernimus ipſo facto excommunicationis ſententię ſubiacere: [f] à qua nullatenus abſoluantur, niſi prius [g] ad arbitriū diœceſani epiſcopi eis quibus [h] per præmiſſa fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem:**

**Nullo eis [i] circa præmiſſa exemptionis vel quouis alio priuilegio [k] ſub quacunque forma [l] verborū conceſſo, aliqualiter ſuffragante.**

a *Nominatim.* concor. de priui. cùm & plantare. §. excōmunicatos. & vide quod ibi no. ad idē e. tit. vt priuilegia. de pręben. in Lateran. de cle. excom. propoſuit. & eſt ſi. s. ea. comp. de vi. & ho. cle. c. j. & per hāc literam & prædictas ſimiles videtur quòd poſsit in cœmeterio ſepeliri interdictus nō nominatim: dummodo locus interdictus non ſit.

b *Interdictos.* videtur ſufficere quòd interdictum ſit tale, quòd priuet ſepultura: vt in caſu de ſent. excom. is cui. ij. reſpon. lib. vj. facit quod ſcripſi poſt Inno. & Hoſti. hoc eo. tit. ſacris.

Gloſ. ſeq. remittit, excipit, determinat, id declarans.

c *Manifeſtos.* qui ſint manifeſti, no. de vſu. c. j. & ij. in princ. libr. vj. & intelligas niſi cautum ſit de reſtituendo: vt ibi, & puto ſufficere quo ad ſepulturam: non dico quo ad validandum ipſius teſtamentū quòd caueatur poſt mortem. [e] quod verū intelligo in illo qui iuſsit ſatisfieri de vſuris: aliàs enim non ſufficeret cautio hæredum, cum deceſſerit in peccato. de vſur. quia in omnibus. & hoc probat litera illius decret. quanquam de vſu. lib. vj. in princ. & in fin. j. reſpon. accumulatur autem hæc pœna ad pœnam prædicti Lateran. concilij, quæ adhuc hodie locum habet, cùm expreſſe ſublata non ſit.

*e Secus ergo ſi ante mortem. nō obſtat. l. filius. & l. eius. ff. de teſtam. imò idem ſi poſt mortem: vt voluit Ioā. And. in ca. quāquam. de vſu. lib. 6. in col. ſi. ad ſi. quanquam Imo. hic negat ibi hoc dici per Ioann. And. Fon.*

d *Scienter.* requirit ergo ſcientiam hæc excommunicatio. concor. de ſent. excom. ſignificauit. & c. cum deſideres. & de hæret. c. ij. in prin. lib. vj.

Gloſ. ſeq. declarari petit quinq; dubia, circa quæ ponit nouem modos quibus iura loquūtur: inducit tres rationes pro, & vnam contra.

e *Sepelire.* hic occurrūt dubia quæ principis declarationē plus quàm gloſſantis opinionē expoſcunt, ſ. an portantes ad ſepulturam, qui tamen non ſepeliunt, ſint excōmunicati. Item quæritur de concomitatibus funus. Item de fodientibus, fabricantibus vel aperientibus ſepulchrum. Item de prælatis, clericis, vel miniſtris eccleſiarū in quarū cœmeteriis ſepeliuntur, qui id nō prohibent vel patiūtur. Item de iis clericis vel laicis qui portant cereos, cruces, & ſimilia. Et circa hoc aduertendum, quòd quādoque iura prohibent in cœmeterio ſepeliri: vt hic, & de priui. ad hæc. de ſent. excom. is cui. ij. reſpon. lib. vj. Quandoque in cœmeterio tumulari. eo. tit. ſacris. Quandoque ſepulturæ tradi. de vſu. quia in omnibus. de hære. ca. ij. j. reſpon. lib. vj. Quandoque ad ſepulturam admitti. de vſur. quanquam. lib. vj. eo. lib. de priuil. epiſcoporū. Quandoque ſepulturæ clericos intereſſe. de rap. ſuper eod. Quādoq; corpora cum pſalmis ad ſepulturā duci. xxiij. q. v. placuit. Quādoque iubent ſepultura carere. de torneа. c. j. de pœ. & re. omnis. Quandoque præcipiunt extra cœmeteriū ſubterrari. de ſta. mo. cum ad monaſterium. Quandoque per-

*Sepultura vario modo à iuribus inhibetur.*



A mittunt cum ſilentio tumulari. de pœ. & re. quod in te. Cùm ergo hic puniat ſepelientem, non admittentem, intereſſentem, vel cooperantem (ſepelire autem eſt mortuum humo vel tumulo condere) videretur ſolos humo vel tumulo corpus imponentes ligatos eſſe. facit pro hoc æquitas: ne ex vnius funere multitudo ligetur. Item cōſtat quòd portantes & cōcomitantes, vel fabricātes, ſi nō ſequeretur talis ſepelitio, excōmunicati non eſſent. In contrariū eſſet hęc conſtitutio ludibrio, ſi vnus ſolus ribaldus vel ſeruiens per quē poterit id expediri, ligari dicatur reliqs vſitatis pompoſe & ſolenniter expeditis.

*Sepelire, eſt mortuū humo vel tumulo condere.*

Gloſ. ſeq. remittit, dubium ſoluit, remittit etiam de quæſtione, & de ipſius dubio incidenti quod ſoluit.

B f *Subiacere.* alios caſus quibus quis ipſo facto excōmunicatur per has cle. vide no. j. de ſent. excom. c. j. hanc autē pœnam locū habere non puto in aliis caſibus quibus denegatur ſepultura: quos habes no. eo. tit. ex parte. de ſta. mo. ca. ij. & cap. cum ad monaſterium. Quid de illo qui ſepelit manifeſtum vſurarium, excommunicatum publice, nominatim interdictum & tempore interdicti: nunquid vna vel quadruplici excōmunicatione ligabitur ex hoc facto? vide de hoc plene quod ſcripſi in quæſtione Gualterij: ſiue tantum vna ſola, ſiue pluribus ſententiis ex his diuerſis cauſis quarum quælibet per ſe ſufficiat, excommunicatus dicatur, planum eſt quòd de omnibus debet ſatisfacere, & ab omnibus abſolui. de quo ſatis no. de offic. ord. ex parte. de ſent. excom. cum pro cauſa.

*Excōmunicatio an multiplicetur multiplicato delicto.*

g *Niſi prius.* concor. cle. ſ. de ſequeſt. poſ. cap. vnico. & vide quod ibi not. Ioan. And.

Gloſ. ſeq. ſucceſsiue de duobus quęrit & ſoluit. ponit duo dicta Inno. & Hoſt. & ſecundum determinat.

h *Eis quibus.* ſed qui ſunt hi? forte intellexit de eis quorum fauore fuerant latæ ſententiæ excommunicationis, vel interdicti in loca vel perſonas quo ad vſurarios illos quibus fieri debebat reſtitutio. ſi qua etiam violentia in his fuiſſet C illata clericis vel miniſtris illis, etiam fiet ſatisfactio. Item ſi illorum corpora vel oſſa diſcerni poſſunt, exhumanda ſunt. eodem titu. ſacris. & hoc in vltimis tribus caſibus. Sed quid de primo? Dic quòd ſi ille fuit pœnitens, licet non debuerit ſepeliri, tamen non exhumabitur, ſaltem poſt relaxatum interdictum: vt not. de ſententia excommunic. ſi ciuitas. in gloſ. penult. libro ſexto. & not. Innocen. & Hoſtien. in decret. vlti. de exceſ. prælat. ad fin. & fa. quod no. de ſent. excommun. à nobis. ij. in gloſ. penul. not. etiam Inno. & Hoſti. in prædi. decret. vlt. quòd pœnitens qui ſepultus non fuit in cœmeterio propter interdictum, relaxato interdicto debet in cœmeterio ſepeliri. Innocen. alleg. de ſenten. excom. cum illorum. & Hoſtien. in prædi. decret. à nobis. & dicunt quòd ex quo pœnitens eſt mortuus, mortuaria ab eo licite recipi poſſunt: cùm pro ipſo ſit orandum, alleg. xj. queſtio. iij. quæcunque. ſecus ſi non fuiſſet pœnitens. lxxxviij. diſt. ca. fin. & vide quod poſt eos dixi de ſenten. excom. cum voluntate. ſi intelligas de mortuariis quæ ipſe pœnitens de loco interdicto reliquit in morte, verum puto. Idem ſi intelligas de mortuariis quę poſtea darentur cum funere ſepulto in cœmeterio poſt relaxatum interdictum. De funeralibus verò quæ D darentur cum funere ſepulto de facto tēpore interdicti, nō puto clericos licitè recipere poſſe: quia viderentur participare delicto.

*Sepultus in cœmeterio tempore interdicti, an debeat exhumari.*

i *Eis.* ſic ſepelientibus.

k *Priuilegio.* vt ſi priuilegiati eſſent contra decreta. j. de priuileg. lib. vj.

l *Quacunque forma.* Arg. quòd generalia & derogatoria verba ſufficiant. fa. de hæret. ſicut. j. ca. proxi. ver. nos etenim. & per Dy. de reg. iur. quòd ſemel. lib. vj.

DVdū. Duę ſunt principales partes. In prima prooemiū Clemētis innouās in concilio cōſtitutionē Bonifacij, & caſſans reuocatoriā Benedicti. In ſecūda conſtitutio, ibi, Bonifacius. quæ ſubdiuiditur in titulū, & conſtitutionē, ibi, ſuper cathedrā. quæ conſtitutio præmittit exordiū, in quo dicit ſe vigilē circa ſcādala cleri tollenda. Secūda ibi, Ab olim. narrans diſcordiā prædicatorū & minorū cū clero ſuper prędicationibus, cōfeſsionibus, & ſepulturis. Et primò prouidet circa prædicationes. Secūdò ibi, Statuimus. circa confeſsiones. Tertiò ibi, Huiuſmodi. circa ſepulturas. Quartò ibi, Nos etenim. reuocat priuilegia, cōſuetudines, ſtatuta &

*Diuiſio.*

pacta contraria. Quintò ibi, Cæterùm. hortatur & præcipit prædictos ordines, & profeſſores ipſorum per clerum benigne tractari, & contrafacientibus comminatur. Præſuppónendum eſt quòd facultas prædicandi verbum Dei pertinet ſolis epiſcopis & rectoribus parochialiū eccleſiarum de iure communi. Itē facultas audiendi confeſsiones, iniungendi pœnitentias, & abſoluendi, de iure cōmuni pertinet epiſcopis, & archiepiſcopis, & rectoribus parochialium eccleſiarum. Item facultas funerandi, id eſt ſepeliendi, pertinet ſolis rectorib⁹ parochiarum: & non pertinet monaſterijs, niſi reſpectu ſuorum fratrum. Item præſuppone quòd minores & prædicatores fuerunt priuilegiati in iſtis tribus. quod priuilegium fuit eis conceſſum multum largè: poſtea fuit caſſatū huiuſmodi priuilegiū: & tunc quia erant magnæ diſcordiæ, ideo huiuſmodi prædicandi facultas eis fuit data, videlicet ꝙ ipſi poſſent prædicare in ſuis domibus & alijs locis publicis: niſi epiſcopus vellet prædicare, vel prædicari facere: quia tunc ipſi ceſſant. Quantum ad ſecundam facultatem ipſi minores & prædicatores petant licentiam pro audiendis confeſsionibus ab ipſis epiſcopis: & licentia obtenta eligant ex fratribus idoneiores ad confeſsiones audiendas, & abſoluant à peccatis, niſi à caſibus epiſcopalibus: tamen abſoluere poſſunt à caſibus epiſcopalibus ſi ſibi fuerit permiſſum ab epiſcopo. Quantum ad tertiam facultatem, ipſi minores & prædicatores poſſunt ſepelire corpora mortuorum, dum tamen ſoluant quartam vel legitimam rectori eccleſiæ parochialis. Item ipſi non debent procurare quòd aliqui eligant ſepulturam in domibus ipſorū vt faciant eis donationes inter viuos quas facerent inter mortuos: aliàs ipſi rectores habebunt quartam ſiue legitimam, ac ſi illi feciſſent donationem in morte. hoc intendit totum iſtud magnū capitulum. No. quòd de iure communi officium prædicandi ſpectat ad epiſcopos & rectores parochiarum: tamen etiam ex ſpeciali priuilegio poteſt competere alijs. & non extenditur iſtud priuilegium ad alios mendicantes, cùm ſit odioſum: ſed crederem quòd alij mendicātes etiam haberent ſimile: ſed illud non eſt clauſum in corpore iuris: ideo ſi eis moueretur quæſtio, ipſi tenerentur probare. Not. ꝙ prædicatores & minores ſolùm habent facultatem prædicandi in ſuis domibus & locis publicis. Not. quòd parochianus dimiſſo proprio curato poteſt fratribus priuilegiatis cōfiteri: nec tenetur petere licentiam à ſuo proprio curato: licet eſſet ſibi meritorium, ſi peteret propter bonum obediētiæ.

*Prædicandi officiū ad quos ſpectat.*

Not. formam quam debet quis obſeruare in confeſsionibus audiendis: quia primò debet audire confeſsionē: deinde pœnitentiā iniungere, & poſtea abſoluere. Et ſi confitēs ſit excommunicatus, tunc presbyter debet illum abſoluere ab excommunicatione. Not. quòd iſti prædicatores & minores, id eſt Iacobitæ & Chordigeri eandem habent poteſtatem quam habent rectores parochiarum. Item no. quòd ipſi habent ius liberæ ſepulturæ. Et dicunt doctores, quòd ſi conſuetudo ſit quòd primò portetur corpus ad eccleſiam parochialem, & ibi rector ſeu curatus liberet eis illud corpus, ꝙ illa conſuetudo eſt ſeruanda: ſed aliàs ipſi mendicantes poſſunt proceſsionaliter ire ad domum defuncti, & portare corpus: licet glo. teneat cōtrariū: quia in hoc nō approbatur. Not. de verbo, innouamus. quod exponit Lau. id eſt reſtituimus: quia fuerat reuocata. de reſcr. quamuis. lib. vj. ij. q. iij. §. notādum. & dicit Lau. ꝙ innouare nihil aliud eſt niſi canones qui in deſuetudinem abierant, reparare. xviij. diſti. propter. No. ibi, Bonifacius. quòd conſtitutiones fiunt ad perpetuam memoriam, pro qua etiam fiunt inſtrumenta &

*Confeſſor quem ordinē ſeruare debet antequā abſoluat.*

A ſcripturæ aliæ: & ſic recipiūtur teſtes & publicantur. j. q. vij. ſaluberrimum. Zabarel. No. quòd quòd quæſtio erat inter rectores ſacerdotes & clericos ex vna parte, & iſtos fratres ex altera. Ex hoc colligit Pau. quòd nedum ſacerdos ſed clericus habeat partem oblationum & funeralium. ad hoc de fil. presby. c. propoſuit. & cap. ex parte. quod ſatis videtur verum ſecundū eū: niſi conſuetudo vel ſtatutum aliud inducat. de verb. ſig. cum inter. In cōtrarium tamen facit litera. j. in verſi. verùm. ibi, ſacerdotibus & eccleſiarum rectorib⁹ &c. Soluit quòd illud nō excludit portionem clerici, ſi eſt in eccleſia cauſa iuuandi ſacerdotem, qui ſine clerico celebrare & alia ſimilia facere nō poteſt. de conſe. diſtin. j. iubemus. & de vita & honeſt. cler. vt quiſquis. Not. in verſi. hora illa duntaxat &c. quòd in cōcurſu prædicationis præferūtur prælati iſtis fratribus. habent enim prælati in hoc ius potentius, vtpote ordinariū, & ius commune: fratres autem extraordinarium & priuilegiū: ſed in concurſu talium fortius eſt ius commune quàm ſingulare: & ordinarium auxilium quàm extraordinarium: vt l. eius militis. §. ſi militia. ff. de teſta. mili. & l. in cauſæ. ff. de minori. §. cauſa. Et potentior eſt nauſa naturalis quàm accidentalis: vt l. qui habent tutorem. ff. de tutelis. & l. libertus. §. præſcriptio temporum. ff. ad municipalem. Petrus de Ancharano.

*Clericus qui eſt ſacerdoti neceſſarius, an habeat partem oblationū & funeraliū.*

## Idem in eodem.

*Pars quæ titulum reſpicit, hoc intendit: Prædicatores & minores in locis ſuis liberè ſepeliunt illos qui hoc liberè elegerint. De funeralibus tamen & quibuſcunque obuentionibus & relictis, etiam de quibus aliàs non debetur canonica, quartam & non vltra ſoluent eccleſiæ parochiali. hoc dicit. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

DVdum à Bonifacio papa octauo prædeceſſore noſtro infra ſcripta edita decretali, Benedictus papa vndecimus prædeceſſor noſter aliam [a] illius reuocatoriam promulgauit: quæ quia (vt probauit effectus) nedum [b] pacis ab auctore [c] ipſius ſperatæ fructum non attulit, quinimò diſcordiæ pro qua ſedanda proceſſerat, fomentum [d] non modicum miniſtrauit, [e] nos eam omnino [f] caſſantes, aliam à præfato Bonifacio editam ſacro inſtante [g] & approbante concilio innouamus, ſubiicientes tenorem [h] illius, qui dinoſcitur eſſe talis: Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. [i] Super cathedram [k] præeminentiæ paſtoralis diuina diſponente clementia conſtituti: etſi [l] multis & arduis quæ in amplum B Romanæ curiæ alueum [m] vndique confluunt [n] quaſi torrens, [o] prægrauemur negotijs, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur: circa id tamen feruentibus votis intendimus, vacamus inſtantius, [p] ac operoſæ ſtudium ſolicitudinis impertimur, vt ad diuini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fideliū animarum

a *Aliam.* quæ incipiebat, inter cunctas.
b *Nedum.* non attulit fructum, quod eſt infra.
c *Ab auctore.* Benedicto.
d *Fomentum.* id eſt nutrimentum.
e *Miniſtrauit.* ſi. de æta. & qualit. ad aures.
f *Omnino.* ſi. de immu. eccle. quoniam.

Gloſ. ſeq. alleg. x. iura huius cōſtitutionis præter iſtud, per quę derogatur priuilegiis vel exemptionibus.

g *Inſtante.* multoties dixi quòd concilia fieri, priuilegiatis vel exemptis non expedit. quod collige ex hoc Viennē. concilio hic, & ſ. c. proxi. & ſ. tit. proxi. c. vnico. & ſ. de ſup. neg. præla. quia regulares. de ſta. reg. attendentes. de reli. do. quia contingit. de iure patronatus, vt conſtitutio. de priuile. religioſi. & c. archiepiſcopo. de pœn. & re. abuſionibus. de ſent. excom. cap. j.

*Concilia fieri exemptis nō expedit.*

h *Tenorem.* ſi. de confir. vti. vel inuti. c. pe.
i *Memoriam.* vide quod no. de re iudi. ad apoſtolicæ. in j. gl. lib. vj.

D k *Cathedram.* ſecundum Hu. Græcū eſt: & ponitur pro alta vel excelſa ſede iudicis prę̨ſidentis: & componitur à cathos quod eſt ſedes, & hedra quod eſt ſponda, quaſi ſpondata ſedes. ponitur etiam pro ſede doctoris. vnde in Græciſmo:

Rex ſolium, doctor cathedram, iudexque tribunal
Poſsidet: ac ſedem præſul, prætorque curule.

quaſi currule: quia ferebantur in curru. De hac cathedra iudicantis & docentis. xl. diſt. multi.

*Cathedra vnde dicatur.*

l *Etſi.* pro quamuis.
m *Alueum.* alueus dicitur venter fluuiorum. dicitur etiam vas factum ad modū aluei fluuij in quo lauantur pedes, carnes, & olera: & dicitur ab aluo quod eſt quoddam vētris receptaculum recipiens cibum.

*Alueus dupliciter ſumitur.*

n *Confluunt.* ij. q. vj. c. ij. cum. vij. c. ſeq.
o *Torrens.* dicitur fluuius vel aqua veniens cum impetu in imbre: quæ in æſtate torreſcit, id eſt areſcit.

*Torrens quid eſt.*

p *Inſtantius.* Nota quòd habens ad multa intendere, ad id quod eſt grauius debet manum apponere: ſicut iuris præſumptione, qui vult ſe liberare, ſoluendo ſe liberat ab eo quod eſt grauius. ff. & C. de ſolutio. l. j. ſecundum Ioan. Mona.

*Grauiora ſunt primò expedienda.*





a *Radicitus.* Fruſtra ramos conatur incidere, qui radicē non euellit. de pœni. diſt. ij. quia radix.
b *Vepribus.* vepres dicūtur ſpinæ quæ vi prehendunt & lacerant carnes & veſtes.

*Vepres ſūt ſpinæ.*

c *Anfractibus.* ſic dicti, quia vndique frangunt, & dicuntur viæ aſperæ plenæ diuerticulis circunfractionibus, & ruinis. & habetur idem verbū de elect. quorundam. lib. vj.

*Anfractus quid notat.*

d *Antiſtites.* hi ſolēt dici epiſcopi, quaſi ante alios ſtantes.

*Epiſcopi dicuntur antiſtites.*

e *Includit.* xij. q. j. duo ſunt. de ætat. & qualit. cū contingat.
f *Exæſtuet.* quaſi ferueat, bulliat, vel caleſcat.
g *Inualeſcat.* quaſi valde valeat, creſcat, & abundet.
h *Ex euidentia.* de elec. quā ſit. in prin. lib. vj.
i *Actibus.* Eccle. 28. Abſtine te à lite, & minues peccata.
k *Præbent.* concor. C. de iudi. properandum. in prin.
l *Aemulo.* concor. proœ. compi. Greg. de hoc ver. no. xliij. diſti. ſcimus. & facit xvj. quæſt. j. c. ij. poſt prin.
m *Satore.* id eſt ſeminatore.
n *Zizanea.* ſeges vel herba peruerſa, ſcilicet loliū. lvj. diſ. naſci. xxiiij. q. j. quoniam. Et quādoque ponitur ꝓ ſorde omnium ſegetum huic literæ concor. de elect. licet.

*Zizania eſt lolium.*

o *Patris.* qui habet quærere conſiliū ꝓ liberis. ff. de adult. nec in ea. in ſi. Ioan. Mona.
p *Exactæ.* quaſi exquiſitæ. C. mādati. in re mandata. Io. Mo.
q *Periculis.* dictis à pereo, peris.

*Periculum dicitur à pereo.*

r *Onuſta.* quaſi onerata. de elect. vbi periculum. in princ. lib. vj.
ſ *Exoſa.* id eſt perfectè odioſa.
t *Salubrem.* quaſi ſalutis vberem.
u *Solertiæ.* vide qđ dixi ſ. ea. compil. de offic. deleg. c. vnico.
x *Ad honorem.* ſi. de vſu pal. ca. ad honorem.
y *Locis eorum.* quicquid eſt intra ſepta vel ambitum, etiā in pratis, vel hortis, vel aliis ſpatiis, videtur includere.
z *Communibus.* in priuatis ergo ſecus.
a *Prædicare.* etiā tēpore interdicti. de ſen. excom. reſponſo.
b *Verbum Dei.* de offi. or. inter cætera. in princ.
c *Prælati.* iure communi vel conſuetudinario, ſecundū Io. Mo. qui dicit rectorem eccleſiæ nō contineri nomine prælati, cum ſ. ſit expreſſus poſt prælatum in verſic. ab olim de vicario tamen dicit idem quod de prælato, quia quod per ſe non poſſunt ordinarij, per alios faciunt. de offic. ordi. inter cætera. & eo. tit. ſi epiſcopus. lib. vj.

*Prælati nomine non venit rector eccleſiæ.*

d *In qua.* hora.

(præciſis radicitus [a] diſsidiorum vepribus, [b] & litigiorum anfractibus [c] omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites [d] ad curam & regimen gregis dominici deputatos, cæteraſque perſonas quas ordo clericalis includit, [e] pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet, [f] inualeſcat [g] concordiæ vnitas, animorum identitas perſeueret: Scimus enim & ex euidentia [h] facti colligimus, quòd non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor, nec ignoramus quòd diſſenſiones & ſcandala prauis actibus [i] aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent. [k] Ab olim ſiquidem inter prælatos & rectores ſeu ſacerdotes ac clericos parochialium eccleſiarum per diuerſas mundi prouincias conſtitutos ex vna parte, & prædicatorum & minorum ordinum fratres ex altera (pacis æmulo [l] ſatore [m] zizaniæ [n] procurante) grauis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata ſuper prædicationibus fidelium populis faciēdis, eorum confeſsionibus audiēdis, pœnitentiis iniungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus qui apud fratrum ipſorum eccleſias ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam. Nos autem pij patris [o] more laudabili, moleſtè ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactę [p] conſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſolicitè reuoluentes quàm ſit plena periculis, [q] quàm onuſta [r] diſpendiis, quamque in diuinæ maieſtatis conſpectu reddatur exoſa [s] diſcordia ſupradicta, Et propterea intendentes paternæ ſolicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimodè ſubmouere, nullis vnquam futuris temporibus fauente domino ſuſcitandam, grandi quoque deſiderio cupientes vt huiuſmodi negotiū quod potiſsimè inſidet cordi noſtro, finem ſalubrē [t] & celerem per apoſtolicæ ſolertiæ [u] ſtudiū conſequatur, diligenti cum fratribus noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem [x] Dei, & exaltationē catholicæ fidei, quietū ſtatum partiū prædictarū, ac ſalutis animarū fidelium incrementū, de ipſorum fratrū cōſilio, auctoritate apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, vt dictorū ordinum fratres in eccleſiis & locis eorū [y] ac in plateis cōmunibus [z] † liberè valeant clero & populo prædicare [a] ac proponere verbum [b] Dei. hora illa dūtaxat excepta in qua locorū prę̨lati [c] prædicare voluerint, vel corā ſe facere ſolēniter prę̨dicari, in qua [d] prę̨dicare ceſſabūt, prę̨terquā ſi aliud de prælatorū ipſorum voluntate proceſſerit ac licentia ſpeciali. In ſtudiis autem generalibus, [e] vbi ſermones ad clerū ex more fieri ſolent diebus illis quibus prædicari ſolenniter cōſueuit, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorundē fratrū, poſſunt iidem fratres & liceat eis liberè prę̨dicare: † niſi [f] fortè illa hora qua ſolet ad clerū in prædictis locis Dei verbū proponi, epiſcopus vel prælatus ſuperior [g] clerum ad ſe generaliter [h] cōuocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſa vrgēte clerum ipſum duceret cōgregandum. In eccleſiis [i] autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant vel debeāt prædicare, vel proponere verbū Dei, niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibus [k] inuitati fuerint vel vocati, & de ipſorū beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licētia fuerit & obtenta, niſi epiſcopus vel prælatus ſuperior per eoſdem fratres prædicari mandaret. Statuimus [l] etiam & ordinam⁹ auctoritate prædicta, vt in ſingulis ciuitatibus & diœceſibus in quibus loca fratrum ipſorum cōſiſtere dignoſcuntur, vel in ciuitatibus & diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca huiuſmodi non habentur, [m] ma-

*† Id eſt publicis, & ideo ait de Anch. papa ſine aliorū præiudicio de eis diſponit. arg. l. ſicut locus. §. ſi. ff. quemadmod. ſerui. amit. ex quo ego infero ꝙ papa poteſt diſponere aliqđ faciendum in re domini temporalis fauore fidei. Font.*

e *Generalibus.* Id eſt locis habētibus ſtudiū ex priuilegio vel cōſuetudine, cuius initij nō ſit memoria. de cle. nō reſi. tuę. infra de priui. c. ij. lib. vj. & in proœmio digeſtorum. §. hæc autem tria.
f *Niſi.* à primo dicto huius ver. excipit, nō à duobus ſequētibus, quod ſatis verba demonſtrant.
g *Superior.* non reſpectu epiſcopi de quo præmiſit, ſed clerici cui ſupereſt de cōſuetudine vel priuilegio, ſecundū Ioan. Mon.
h *Generaliter.* ſecus ergo vbi ſpecialiter vocaret prælatos, doctores, vel his ſimiles.
i *Eccleſiis.* nec ipſarum capellis vel cœmeteriis. de ſen. excom. ſi ciuitas. li. vj. ſecundum Io. Mon. ſecundū quē not. ꝙ in ver. præ. permittitur his prædicare cū certa modificatione, hic prohibetur niſi certis caſibus. quare cū de iure cōmuni illis prædicare nō competat, ſed ſolum prælatis & curatis. j. §. huiuſmodi. reputat illis omnem locū interdictū qui non reperitur hic permiſſus.

*Prædicare ſolis prælatis & curatis de iure cōpetit.*

k *Sacerdotibus.* puto ſufficere ſi iſti ſūt vicarij perpetui, cū ad eos ſpectat cura. de offic. vic. ca. ſi. de præben. ſuper eo. li. vj. & idem puto in temporalibus datis in caſu licito auctoritate epiſcopi, vt de elect. cum ex eo. lib. vj.

*† Supplet Zen. etiam extra monaſteria et loca ſua, vt verba operentur aliquid vltra præcedentia. de ver. ſign. abbate. Font.*

Gloſ. ſequēs ſubdiuidit.

l *Statuimus.* ſecundus articulus cōfeſsionū circa quas ꝓuidet, primò de licentia petēda, ſecundò de confeſſorib⁹ eligendis & præſentandis, ibi, Ac deinde. tertiò limitat locum & numerū, ibi, extra ciuitates. quartò prouidet quando licentia datur, & electi acceptantur, & quando nō acceptātur, ibi: Et ſi iidem. quintò quando denegatur licentia, dat gratiam cum certo moderamine, ibi: Si verò.

m *Non habentur.* dato ergo ꝙ fratres nō haberēt locū Mutinæ, poſſent tamen prę̨lati de quibus ſequitur, ab epiſcopo

giſtri priores, prouinciales prædicatorum, aut eorum vicarij & generales & prouinciales miniſtri & cuſtodes [a] minorum ordinum prædictorū, ad præſentiam prælatorum [b] eorundem locorum ſe conferāt per ſe vel per fratres quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri vt fratres qui ad hoc electi fuerint, in eorum ciuitatibus & diœceſibus confeſsiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volentium audire [c] liberè valeāt, & huiuſmodi confitentibus (prout ſecundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impendere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem: Ac deinde [d] præfati magiſtri, priores, prouinciales & miniſtri [e] ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes, [f] idoneas, vita probatas, [g] diſcretas, modeſtas atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium & officiū [h] exequendum: quas ſic ab ipſis electas repræſentent vel faciant præſentari [i] prælatis, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus & diœceſibus eorundem huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſsiones confiteri ſibi volentium audiant, imponant pœnitentias ſalutares, & beneficium abſolutionis in poſterum impendant: [k] prout ſuperius eſt expreſſum: extra ciuitates & diœceſes in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus & non per prouincias deputari, [l] confeſsiones nullatenus audituræ. [m] Numerus autem perſonarum aſſumendarū ad huiuſmodi officium exercendum, eſſe debet prout vniuerſitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas [n] exigit [o] eorundem.

Et ſi iidem prælati petitam licentiam confeſsionum huiuſmodi audiendarum cōceſſerint, [p] illam præfati magiſtri, miniſtri & alij cum gratiarū recipiant actione, [q] dictæque perſonæ ſic electæ cōmiſſum ſibi officium exequantur.

Quòd ſi fortè iā dicti prælati quenquam [r] ex dictis fratribus præſentatis eiſdē ex huiuſmodi officium nollent [s] habere, vel non ducerent admittendum, eo amoto vel ſubtracto, loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentādus prælatis poſſit & debeat alius ſurrogari. [t]

Si verò iidem prælati præfatis fratribus ad confeſsiones (vt præmittitur) audiendas electis, huiuſmodi exhibere licentiam recuſarint, [u] nos exnunc ipſis vt confeſsiones ſibi confiteri volentium [x] liberè [y] liciteque audire valeāt, & eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impertiri, [z] gratioſè concedimus [a] de plenitudine apoſtolicæ poteſtatis. Per huiuſmodi autem cōceſsionem nequaquā intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis pote-

*Pœnitētiæ impoſitio abſolutionem præcedere debet.*

*Probati & nō probandi ſunt eligendi.*

*Præſens dicitur qui præbetur ſenſibus.*

*a Ex hac gl. cognoſces quādo beneficium dicatur curatū. Pan. in c. de multa. de præben. Font.*

*Numerus præſidentiū ſecundum quantitatem*

*dum quantitatē ſubiectorū eſt deputādus.*

*Confeſſus religioſo priuilegiato, non tenetur iterū confiteri ſacerdoti proprio.*

Mutinen. petere quod ſequitur, & pro ipſa diœceſi electionem facere.

a *Cuſtodes.* priores ergo conuentuales quo ad prædicatores, & guardiani quo ad minores, hoc non poſſunt.

b *Prælatorum.* ſcilicet epiſcoporum & ſuperiorū de quibus præmittit. & patet hoc. j. ibi, in eorum ciuitatibus &c.

c *Audire.* No. hunc ordinē, vt primò audiatur confeſsio, ſecundò imponatur pœnitentia, tertiò fiat abſolutio. nō ergo præcedat abſolutio impoſitionē pœnitentiæ, vt ſic abſolutionem præcedat cordis cōtritio, oris cōfeſsio, operis ſatisfactio, ſaltem affectu.

d *Deinde.* ergo nō prius, non tamen eſt neceſſe ꝙ talem licētiam habeāt, ſed ſatis eſt quòd petāt quo ad hoc vt eligere poſsint.

e *Miniſtri.* ſcilicet generales vel prouinciales. Et no. quia de vicariis priorū prouincialium, & de cuſtodibus nō repetit, de quibus præmiſerat. licet ergo illi petitionem poſsint facere, de qua præmiſit, nō tamē electionem, de qua hic loquitur.

f *Sufficiētes.* vj. qualitates exprimit. Io. Mona.

g *Probatas.* Beatus Bern. ad Euge. Probatos oportet eligi, nō probandos. & facit de præb. in Lateranen. in ſi.

h *Officiū.* quod eſt ars artium. & ætate. & quali. c. cum ſit. Ioā. Mon.

i *Præſentari.* perſonalis ergo præſentatio fieri debet. Nam dicitur præſens qui præbetur ſenſibus corporis. facit. ff. de ver. obl. l. j. in prin.

Gloſ. ſeq. arguit iſtos curatos, tenet contrarium, & rationem reddit.

k *Impendant.* cū determinatione quæ habetur. j. ver. p huiuſmodi. & licet iſta ſint de cura animarū, & articulꝰ præcedens & ſubſequēs, per quod videretur iſtos eſſe curatos ſaltem in tanto, vel ex delegata poteſtate, vt hic, vel ordinariæ, vt j. ver. ſi verò. Dicit finaliter Ioan. Mo. ꝙ iſti non ſunt [a] curati, quod etiā ſecundū eū eſſet quo ad fratres minores contra cōſtitutionē, exiit. de verb. ſig. li. vj. ſit ratio, quia nec ipſi adſtricti ſunt ad executionem vel exercitium iſtorū actuū, nec fideles ſunt adſtricti vt in his ad eos recurrāt, & ſic licet ex priuilegio huius perpetuæ cōſtitutionis hoc poſsint, nō per hoc ſunt cenſendi curati.

l *Deputari.* ſi. de accu. ſicut olim.

Gloſ. ſeq. dubium ſoluit & remittit.

m *Audituræ.* ſi nō electꝰ ſe ingerit, vel electus extra diœceſim in qua deputatꝰ eſt, bona fide illi cōfeſſus & ab illo abſolutus, tutus eſſet quo ad Deū. & vide quod no. de elec. dudū. ij. in gl. quia cum iam deſierit. & quod ibi ſcripſi.

n *Paucitas.* ſi. de vo. quod ſuper his. ver. quamuis. xxj. di. in nouo. in ſin.

Gloſ. ſeq. no. queſtionem ſoluit, & conſulit.

o *Exigit.* No. numerū præſidentiū deputari ſecundū quantitatē ſubiectorū. Si. de vi. & hone. cle. quoniā. cū ſuis cōcor.

ſi autē contendit epiſcopus cū fratribus, dicens minorē numerū ſufficere, recipiat epiſcopus numerū de quo ſibi videtur, de reliquis recurrat ad arbitriū boni viri, id eſt iudicis. ff. de verb. obl. cōtinuus. §. cū ita. ſecundū Io. Mo. qui dicit ꝙ cautè fortè faceret epiſcopus, ſi in principio cū concedit licentiā, taxaret numerū. liceret enim à principio quandoq; quod non liceret ex poſtfacto. ff. de pac. in traditionibus. C. de do. quę ſub mo. l. j. & l. perfecta. facit de condi. app. verū.

p *Conceſſerint.* quā ſine cauſa reuocare nō poſſent. de re. iu. decet. lib. vj.

q *Actione.* ſi. de cēſi. cum apoſtolus. ante mediū. de immunit. eccle. aduerſus.

Glo. ſeq. arguit ad quæſtionem, & contrarium ſoluit.

r *Quenquam.* videtur ꝙ omnes refutari non poſsint. dic contra ſecundū Io. Mo. cum hoc verbū iuris æquipolleat vniuerſali, & extēdatur in edictis pretorū. ff. vi. bo. rap. prætor. §. homines. ff. de conſtit. pe. l. j. §. j. de neg. geſt. l. j. §. j. & iij. alias ſecūdū eū fieri poſſet fraus cōſtitutioni, quę multa requirit in talibus fratribus. ſ. ver. ac deinde.

ſ *Nollent.* factum & propriū motū, non cauſæ cognitionem denotat, ſecundum Io. Mo.

t *Surrogari.* ſi nō recipitur, ſed ex iuſta cauſa, quia non eſt qualis ſ. deſcribitur, ſibi imputēt qui malum elegerūt, ſi ſine cauſa ſuccedit papæ licētia, vt ſtatim ſequitur, ſecundū Io. Mo.

Gloſſ. ſeq. ſupplet tertium caſum.

u *Recuſarint.* ſi non recuſat expreſſe, ſed nō dat vel negligit, videretur quòd locum haberet hoc priuilegium poſt trinā monitionem vel requiſitionem, per decre. j. de ſupp. negli. præla. & facit de appel. ab eo. lib. vj. & ſ. ea. compil. de appel. quamuis.

x *Volentium.* fortè non intellexit de religioſis, qui ſecundū ſuorum ordinū ſtatuta ſuis prælatis confiteri debent, vt etiā dicebat conſtitutio Benedicti.

Gloſ. ſeq. notat contra opinionem.

y *Liberè.* denotat quòd non eſt neceſſe licentiā ſacerdotis parochialis haberi. & eſt ſi. de pręb. licet epiſcopus. li. vj. cuius contrarium videtur hic velle. Io. Mo.

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium, reſpondens ad cōtrarium, & opi. ponit.

z *Impertiri.* abſoluti ergo nō habebūt neceſſe vlterius confiteri proprio ſacerdoti. nec ob. decre. omnis. in prin. de pœ. & remiſ. quę intelligitur de illo qui alteri legitimè cōfeſſus non eſt, vt dicebat Benedictus in cōſtitutione, inter cūctas. Et vide quod ſcripſi poſt Hoſt. in c. omnis. ſuper verbo, proprio. huius tamen contrarium tenebat prolixè hic Io. Mon. niſi cum iuſta cauſa ſubeſſet nō confitēdi proprio ſacerdoti. Ioan. And.

a *Concedimus.* concor. ſ. ea. compil. de fo. compe. quamuis. §. volumus.

Gloſſa



ſtatem in hoc impendere ampliorem quàm in eo curatis vel parochialibus ſacerdotibus eſt à iure conceſſa, [a] niſi forſan eis eccleſiarum prælati [b] vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendam. Huiuſmodi [c] quoque ſtatuto & ordinationibus noſtris adiicimus, vt fratres dictorum ordinum in eccleſiis vel locis ſuis vbilibet conſtitutis liberam (vt ſequitur) habeant ſepulturam, [d] videlicet quòd omnes ad eam recipere valeant qui ſepeliri elegerint in locis & eccleſiis memoratis. Verùm ne parochiales eccleſiæ & ipſarum curati ſiue rectores qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta (quibus noſcitur de iure competere prædicare, [e] ſeu proponere verbum Dei, & confeſsiones audire fidelium) debitis & neceſſariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur, [f] auctoritate apoſtolica conſtituimus & ordinamus eadem, vt dictorum ordinum fratres de obuentionibus omnibus [g] tam funeralibus [h] quàm quibuſcunque & quomodocūq; relictis diſtinctè vel indiſtinctè, † ad quoſcunque certos vel determinatos vſus, de quibus etiā quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure; [i] necnō de datis [k] vel qualitercūque donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis de qua deceſſerit, [l] quomodocunque, directè vel indirectè [m] fratribus ipſis vel aliis pro eiſdem quartam [n]

*Epiſcopus reſtringens poteſtatē curatorū, an reſtringat poteſtatem fratrum circa confeſsiones priuilegiatorum.*

*Lac & lanā lites producunt.*

*Funeralia*

*quæ ſunt.*

*† Iſta verba dicit Old. conſ. 289. (ꝙ vide) loquū de legatis factis vniuerſo collegio fratrū, non de iis quæ ſiunt alicui ſingulari fratri, quia de illis non eſt dāda quarta. argu. l. tutor petitus. §. 1. ff. de exc. tu. l. à filio. §. fi. ff. de ali. et ciba. leg. Font.*

*Quarta debetur de legato in vita ſoluto.*

Gloſ. ſeq. exponit & remittit. quæſtionē ſoluit. ſolutionis obiectioni reſpondet.

a *Conceſſa.* hoc intēdit, quòd in caſibus epiſcopis reſeruatis non poſſunt abſoluere, & qui ſint illi, not. de pœn. & re. ſi epiſcopus. li. vj. & hic per Io. Mo. & plenè per Hoſti. in ſumma huius titu. §. cui confitendum. in ſin. ij. col. Dicit autem hic Io. Mon. ꝙ epiſcopus caſus de quibus ante hanc conſtitutionem poterāt curati abſoluere, ſibi reſeruare poſſet hac cōſtitutione nō ob. quia licet fratres ſint exempti, parochiani non. alleg. de priuil. ex orc. eo. tit. per exēptionem. li. vj. Nec dicitur à iure conceſſum, quod iure reuocatum eſt: argumentum. ff. de diuor. l. diuortiū. Itē ſi poteſt arctare poteſtatē ordinariā curatorū, fortius hanc extraordinariam, ne idem ſubditus cenſeatur diuerſi iuris quo ad curatos & quo ad fratres. de priuil. quia circa. ſit ergo ſenſus ꝙ non abſoluat frater quē non abſoluit curatus. iſta igitur accidentalia & de bene eſſe, non mutant ſubſtantialem & ordinariam poteſtatem epiſcoporum. de hæret. per hoc. libr. vj. Non ob. ſi dicas quòd hoc erit auferre vel decurtare priuilegium, quod fieri non poterit, etiam indirectè. de priuileg. quāto. quia licitum eſt cuilibet facere quod libet in re propria, dummodo non faciat animo iniuriādi, nec alicui faciat iniuriam &ce. de electi. cum eccleſia Vulterana. cum ſuis concor.

b *Prælati.* epiſcopi & ſuperiores. vnde videmus quòd hodie aliquibus ex illis concedunt caſus reſeruatos.

c *Huiuſmodi quoque.* circa partē iſtam plures queſtionis occurrunt, quàm circa præcedētes. ratio patet, quia hic de lanæ & lacte vel reditu agitur, ſed non ibi. vidi autē & habeo formam cuiuſdam literæ quæ dicitur ab ipſo Bonifacio epiſcopo Moren. emanaſſe ad querelā cleri Moren. quæ quaſdam ex illis determinat, declarādo & iudicē dando in modū conſeruatoris, quas infra ſubiungam, & rationes quas inducit, per iura probabo.

d *Sepulturam.* quam aliàs de iure communi non haberēt, ex quo populū non habent. & hoc ſcripſi poſt Innoc. & Hoſti. eo. titu. c. j. in princ.

e *Prædicare.* vide quod ſcripſi poſt Inno. & Hoſti. de hæret. excommunicamus. j. §. quia verò.

f *Debeatur.* ſupra eo. titu. cap. j. xij. quæſt. ij. quicunque ſuffragio.

Glo. ſeq. tractat de diſtributis in ipſos de mandato defuncti vel ſine, per executores vel legatarios.

g *Obuentionibus omnibus,* declarat prædicta cōmiſsio, quòd ſi non relinquitur fratribus, ſed frater datur executor ad certam ſummā diſtribuēdā arbitrio ſuo, vel ſibi legatur aliquid diſtribuendū, quam ſummam, vel quod legatum ipſe executor vel legatarius poſtea diſtribuit in eoſdem, quòd debetur quarta, cum eo caſu recipiatur ab executore vel legatario vt à miniſtro. ff. de lega. ij. ſi quis Titio, & ſi cui plus quàm per legem Falcidiam. l. diuus. Nec ob. litera. j. ad quoſcunq; certos &c. quæ cum cauſa dubitationis tollendæ adiecta fuerit, obuentionum generalitatem nō minuit. ff. man. qui mutuā. & ff. de reg. iur. quæ dubitationis. Idem ibi declaratur quando nil relinquitur fratribus, ſed decedens mandat executori vt ipſis fratribus det aliquid vel promittat, quia cum illud palam capere poſsint, relicti iure cenſetur & debetur quarta, ſicut & fideicommiſſum tacitum non capaci dimiſſum ſubiacet Falcidiæ. probātur hæc. ff. de iure ſiſci. l. iij. §. ſi quis. & §. quando. ff. de iis qui vt indig. l. in fraudem. C. ad legē Falcidiam. l. iij.

Gloſſa ſequens ponit ius reuocatum, ex quo infert duo rigoroſa.

h *Funeralibus.* declarauerat Benedictꝰ illa eſſe funeralia quę cum funere deferuntur, in prædicta cōſtitutione, inter cunctas. & ibi ſtatuerat de candelis quæ dantur ad manus, quartam non deberi. ſed ex quo reuocata eſt illa cōſtitutio, puto etiam de illis candelis deberi. & licet hoc ſit rigoroſum, hoc tamen vult iſta litera, & verbum omnibus, quod præcedit: & quibuſcūque, quod ſequitur. p hæc verba etiā puto eos teneri de iis quę legātur pro miſsis dicendis.

Gloſ. ſequēs quæſtionem ſoluit & remittit.

i *De iure.* vt patet de teſta. c. ſi. de ver. ſign. ex parte. iij. Et per hoc patet ꝙ illa conſtitutio eſt iuris veteris correctoria, & ſic reſtringenda, & ad alios quàm ad prædicatores & minores non extendēda, vt no. de reg. iur. quæ à iure. lib. vj. & eo. lib. de regula. cōſtitutionē. ADDITIO. Iſta cōſtitutio eſt veteris iuris correctoria, cū debeatur quarta vigore eius etiam de relictis priuilegiatis. cōtra. c. ſi. de teſt. ideo meritò eſt reſtringēda, vt dicit hæc gl. Abbas Siculus.

Gloſ. ſeq. dicit quid de legato in vita ſoluto.

k *Datis.* declarat prædicta commiſsio, quòd ſi teſtator legatum ſoluit in vita, nihilo minus debetur quarta, quia videtur ſoluere vt legatum: vnde legatarius illud iterum poſt mortem non petit: & ſi Falcidiæ locus ſit, illam propterea non euadit. primum probatur Cod. de lega. l. filia. ff. de leg. ij. Lucius. j. & l. Lucius. ij. §. impuberem. ad idem ff. ad leg. Falcid. cum quo. §. fin. ſecundum probatur. Cod. ad leg. Falcid. in donationibus. & l. penul. Cod. fami. erciſ. ſi cogitationem.

Gloſ. ſeq dicit quid de ſepulto in ipſorum habitu.

l *Deceſſerit.* hac ratione declarat prædicta commiſsio ꝙ licet tales petant cum illorū habitu ſepeliri, quarta debetur. nam etſi ad ipſorum religionem tranſirent in ęgritudine de qua decederent, deberetur quarta. eo. tit. de his.

Gloſ. ſeq. tractat quid de dato vel relicto ſingularibus fratribus.

m *Indirectè.* per hoc dicit cōmiſsio prædicta patere, quòd quarta debetur de iis quæ teſtatores relinquunt vel dant in infirmitate de qua decedunt, vel dari mādant poſt mortem, de hoc in teſtamento mentione non facta, ſingularibus fratribus, ad eorum commoditates, puta emptiones librorum vel veſtium: addens rationē, quòd id eis vel conuentui quęritur, ſicut per monachum monaſterio, per ſeruū domino, & patri per filium. xij. quæſt. j. non dicatis. xviij. q. j. cap. j. in fin. inſtitu. per quas perſonas. in prin. C. eo. titu. l. j. in fin. & l. vlt. & in legato ſerui inſpicitur perſona domini, & an ſibi legare potuerit, & ex tali legato poteſt dominus fideicommiſſo grauari. hæc probantur. ff. de lega. j. l. cum filioſa. de lega. ij. ſi alienus ſeruus. de hæredi. inſtitu. l. non minus. C. de hæredi. inſtitu. l. neque. Non ob. prædictis de teſta. requiſiſti. ad fin. quod loquitur in illo qui poteſt habere proprium. Ioan. Andreas.

Gloſ. ſeq. quærit, recitat opin. contrarias, & declarat circa primam.

n *Quartam.* quæro an prædicatores & minores teneantur ad hanc quartam de iis quæ relinquuntur eiſdem per eos qui apud illos non ſepeliuntur? Prædicta commiſsio recitat quòd nō leuis opinionis doctores dixerunt quartam deberi eccleſiæ parochiali de omnibus relictis à ſuis parochianis, etiam ſi ſepulti fuerint apud illam. placuit autem hæc opinio Hoſtien. Petr. & Aegid. Sed Tancr. gloſſ. Innocent. & Abb. contra, quæ opin. placet Archidiac. & mihi, vt ſcripſi eodem titulo. capitulo primo. & hic Ioan. Mon. Dicit demum illa commiſsio, quòd ex qualitate perſonarum, & quantitate relictorum, & ex præteritis præſumi poteſt fraus, maximè quia quando non tenebātur ad quartam, ſepulturas præcipuè diuitū totis viribus procurabant, & vt

dicis

dicit ex his iura quandoque præſumunt fraudem & faciunt coniecturas: ſuppoſita verò fraude conſtat quòd debetur. de teſtamen.offic.& c.requiſiſti.in fi.& c.ſi.primum probatur de renun.c.ij.lib.vj.ff.ſi quis omiſ.cauſa te.l.vj.& l.Iulianus.de actio.emp.Iulianus.aliàs inter eum.§.ibidem.de vſu. qui ſemiſſes. de pig. act.l.vel vniuerſorũ. de lega. j. ſi ſeruus plurium.in ſi. Ioan. And.

Glo.ſeq.tractat an legatum integrũ ſoluendũ ſit fratribus.

a Largiri. per hoc dicebãt ipſi fratres, quòd hæredes debebant eis ſoluere integra legata quorũ quartã curati de manibus ſuis recipere debebant: ſed declarat prædicta cõmiſſio, quòd ſicut Falcidia eſt in bonis hęredis, ſic iſta quarta in bonis eccleſiarũ parochialiũ: quare curati eam vẽdicare poſſunt: & inhibere hæredibus, vel per fideicõmiſſum grauatis, ne illã ſoluant fratribus: præcipue cùm illos ſuſpectos habere poſſint, quòd ſibi nõ ſoluãt eãdẽ. ad hoc ff.ad Trebel. hęres. in ſi.ff.ad leg. Falc.lineam margaritarum.

Gloſ.ſeq.tria dicit circa funus: primò deferendũ ad eccleſiam parochialem.

b *Integrè.* ita quòd nõ diminuetur propter obuẽtiones quas habuit parochialis ſacerdos in miſſa funeris dicta apud ſuã eccleſiam priuſquã funus portaretur ad fratres, ſecundũ Io. Mo. quia iuri cõmuni ſtatur vbi non eſt mutatũ. alleg. de ele. conſtitutio.li.vj. Dicit etiam quòd ſi cõſuetudo habet, ſemper prius funus portabitur ad propriã eccleſiã. Iſta enim decret. non tollit conſuetudines, niſi pręcedẽtibus aduerſas. Dicit etiam, quòd vbi non eſt conſuetudo, etiã eſſet deferendum: vt ſic haberet miſſam in propria eccleſia: & ſic recipiat ibi vltimũ vale à ſuo curato. alleg. in arg. de conſe.diſt. v.nõ oportet.ij. nec iſtud electioni ſepulturæ repugnat, ſed concordat.

c *Onerare.* concor. ſ.ea. compil. de foro compe. quamuis.§.pe.in ſi.

d *Coërceri.* innuit quòd ad quartã coërceri poſſent: ſed propter exemptiones ipſorum non habet clerus à quo iuſtitiã conſequi poſſit: & de hoc ſummè conqueritur.

Gloſ.ſeq.no.ad quæſtionem, de qua remittit.

e *Verbo.* hic videtur expreſſum, quòd valeat priuilegiũ vel A gratia apoſtolica de qua conſtat, licet ſcriptura ſuper ea confecta non ſit. de quo ſatis not. Archid. in procę.vj.& vltra ea quæ ibi allegat, bene facit.xxv.q.ij.inſtitutionis.& quod ibi no. de hoc vide in mercu.ſub rub.de priui.

f *Forma.* concor.ſ.eo.c.proxi.in ſi.Io.And.

*† Dicit Lau. quòd iſte verſic. hoc vult dicere quòd fratres nõ procurabũt quòd id quod aliqui erant relicturi in infirmitate vel morte, & in caſu in quo curati erant ſuã partem habituri, reliquatur fratribus in ſanitate, vel alio modo diſponatur, ita quòd totũ cedat fratribus, & curatis fraudetur portione. Et ponit Lau. exẽplũ: vt quia procurãt reliqui ſororibus S. Claræ: vel amicis de quibus confidunt qui nõ tenentur ad portionẽ: & ſic fit fraus de perſona ad perſonã. de prim.quãto.& hanc fraudẽ hic prohibet ſecundum Paul. non tantum in relictis ſed etiam datis & donatis in morte, & dari vel donari mãdatis: vt in text. dicitur. Card.*

*Sepultura alibi electa, an ſit funus ad eccleſiam propriam prius portandum.*

*Priuilegiũ*

*etiam ſine ſcriptura valet.*

partem (quam authoritate apoſtolica taxamus & etiam limitamus) parochialibus ſacerdotibus & eccleſiarum rectoribus ſeu curatis largiri [a] integrè [b] teneantur: Facturi † & curaturi, quòd nec alij nec aliis à quibus quarta huiuſmodi minimè deberetur, ad ipſorum fratrum vtilitatem vel commodum huiuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data vel donata procedãt, ſeu quòd B in morte vel ab infirmis huiuſmodi dandum vel donandum fratribus ipſis exiſteret: in eorundem dantium vel donantium ſanitate ſibi dari vel donari procurent. In quibus per ipſos vitandis eorum intendimus conſcientias onerare [c]: vt ſi (quod abſit) per fratres ipſos dolo vel fraude quidquam in hac parte agi fortaſſe contigerit, præter id quòd eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri volumus, etiam diſtricta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis.

C Vltra portionem autem huiuſmodi nihil valeant parochiales rectores, curati & pręlati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neque ad id à quoquam poſſint aliqualiter coërceri [d]. Nos etenim (vt in cunctis æqualiter & pacificè fauente domino procedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo [e] ſeu ſcripto, ſub quacunque forma [f] vel expreſſione ſeu conceptione verborum, à nobis vel prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus cuicunque ordinum prædictorum conceſſa, necnon conſuetudines, conuentiones, ſtatuta & pacta [g] inquantum ſunt præmiſsis vel alicui præmiſsorum [h] contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus & irritamus: quinimo caſſa, vacua & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis.

Cæterùm vniuerſos eccleſiarum prælatos cuiuſcunque præeminentiæ, ſtatus vel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parochiales, & curatos ſiue rectores prædictos, præſentium tenore rogamus & hortamur attentè, nihilominuſque eis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus pro diuina & apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines & profeſſores eorum habentes affectu B beneuolo commendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales ſe ſtudeãt exhibere: ſic eos in prædicationis officio & propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus aliis ſupradictis tanquam cooperatores [i] eorũ idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant, vt proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum C ſalutis incremẽta felicia procurentur. Nec ipſos lateat quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines & profeſſores eoſdẽ vbere fauore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos non immeritò turbaretur, nec eadem æquanimiter pati poſſet: quin ſuper hoc prouiſionis opportunę remedium adhiberet: ipſoſque nihilo minus cęleſtis indignatio principis digna pro meritis rependẽtis, cuius obſequia fratrum ipſorum ſedulitas cu D rioſa proſequitur, minimè præteriret.

Gloſſ. ſeq. tractat quid de pacto firmato per ſententiam & confirmationem.

g *Pacta.* dicit Ioan. Mon. quòd ſi ſuper pacto quod erat ſuper ſepultura, ſententiatũ erat per papam, & confirmatũ pactũ ante hanc conſtitutionẽ: quòd per iſtam literã illa ſententia & confirmatio nõ tollitur, imò ſtabit: quia non eſt expreſsè ſublatum. C.de appel.præcipimus.in ſi. nec ſequitur, pactum eſt ſublatum: ergo & pactũ firmatum ſententia & confirmatione [a].

Plus enim poteſt hoc tale quàm hoc ſimplex. facit de pact. quamuis. de iureiuran. licet. de foro competenti. cap. fin.lib.vj. inducit etiam auth. vt cùm de ap.cogn. in princ. & §.j.coll.viij. vbi no. legem nouam non extendi ad cauſam pendentem vel deciſam, etiã ſi ad pręterita referatur.

h *Præmiſſorum.* ergo non ſolum vltimum articulum de ſepulturis, ſed etiam pręcedẽtes duos reſpicit, ſecundum Io. Mon.

i *Cooperatores.* de offi.ord. inter cætera.in ſi.

*a Ro.ſing. 7.per gl.dicit pactum iuratũ non tolli per clauſulam, non ob.pact.vi de Rot.ã in nouis deciſ.ccxcviij. Cor.in repe.rubr.de iureiur.in 21.priui.et remiſſiões ibi poſitas, & gl.cum ibi per me notatis.ca.cũ non deceat.de ele.lib.6.Fon.*

*Hoc tale plus poteſt quàm ſimplex.*

## DE DECIMIS, PRIMITIIS, & oblationibus.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Ponit quatuor caſus in quibus religioſi grauãtes vel fraudãtes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos quorum intereſt, non deſiſtunt intra menſem, vel de vſurpatis vel retentis intra duos menſes non fecerint emendã, ſuſpenſi ſunt ab officiis, adminiſtrationibus, & beneficiis: & talia non habentes ſunt excommunicati. Secundus, tertius & quartus caſus ibi, ſeu qui. Ioan. And.*

DE DECIMIS, *primitiis & obla.*

Viſum eſt ſ. de vno iure parochiali. ſ. de iure funerandi: verũ quia eſt vnum aliud ius parochiale, ſcilicet ius decimarum: ideo &c. De iuribus parochianorum vide Panor. in rub. de parochiis & alienis parochianis. in ant.

*Continuatio.*

Religioſi. &c. Pręſupponendũ eſt quòd licet religioſi cuiuſcũq; ordinis teneantur ſoluere decimas de fructibus ſuarũ poſſeſsionũ: tamen ſunt aliqui exẽpti, vt non ſoluãt decimas de terris quas proprijs manibus excolũt, & excoli faciũt ſuis propriis ſumptib⁹: ſimiliter nõ ſoluũt decimas de fructibus animalium. Secundò præſupponendum eſt, quòd iſti religioſi exempti aliquãdo committebãt fraudes: quia coniungebant animalia ſuorũ vicinorũ cum ſuis vt fraudarent eccleſias parochiales à decimis: vel etiã fingebant emere animalia, & dimittebant empta apud venditorẽ.

*Primò ponit conſtitutionem cũ ſuis pœnis, quam ſecũdò moderatur, ibi, Cæterũ.*

CASVS.



CASVS. Sum in titulo de decimis, vellem informari de tali dubio, ſcio quòd ſanctitas veſtra aliquos religioſos priuilegiauit vt non teneantur ſoluere decimas de fructibus poſſeſsionum ſuarum quas propriis manibus excolunt: vel etiam quas excolunt propriis ſumptibus, nec etiam de ſuis animalibus: ſed accidit quòd iſti religioſi tradunt poſſeſsiones ſuas excolendas aliquibus colonis pro certis redditibus, & tradunt illas poſſeſsiones liberas à decimis, vt conſequantur maiores reditus. Item ducunt animalia vicinorum ſuorum cum ſuis, vt vicini ſui nõ ſoluãt decimas. quæritur, vtrum poſsint iſtud facere impune? Dicit Clemens quòd non: imò ſi tales religioſi habeãt adminiſtrationem: poſt vnum menſem poſtquam fuerint requiſiti à rectoribus eccleſiarum reſtituere decimas, ſunt ſuſpenſi à diuinis. Si verò ſint ſimplices religioſi: tunc poſt duos menſes ipſo facto incurrũt excommunicationem: à qua non veniunt abſoluendi niſi poſt reſtitutionem. Sed ponamus quòd laicus donauit ſe & ſua monaſterio priuilegiato, quæritur, vtrum talis laicus debeat ſoluere decimas? Dicit Clemens quòd non. hæc dicit Helias Reguier. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd religioſi priuilegiati magis ſunt puniendi quàm nõ priuilegiati: quia priuilegiati facientes fraudes circa decimas, ſuſtinẽt pœnas hic contentas: ſecus de non priuilegiatis. No. quòd religioſi exempti à ſolutione decimarum, circa decimas nõ debent facere fraudes. No. quòd religioſi iſti non ſunt exempti à decimis: niſi quãdo excolunt poſſeſsiones propriis manibus, vel colore faciunt propriis ſumptibus. Et dicũtur colere propriis ſumptibus quando habent aliquem mercenarium cui tradunt aliquã penſionem annuã: ſiue percipiãt fructus ſiue non. Not. ibi, immiſcentium, contra cap. quod in dubiis, de conſe. eccle. vel alta, admiſtum non ſortitur naturam eius cui admiſcetur: & hoc quia tali admiſtione fieret legi fraus. l. athletas. §. prætor ait. ff. de infa. Item miſta poſſunt hic ſeparari: & de iſta miſtura ſeparabiliũ & inſeparabilium, vide (ait Ancha.) quæ in ſimili notat gl. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de iis qui no. infa. Et Barto. in l. cotẽ ferro. §. dominus. ff. de publi. no. de confiſcatione illicitorum adiunctorum licitis. Fontanus. No. de verbo, vſurpare, quod ſumitur in malum. de elec. generali. vbi de hoc per Arch. No. de verbo requiſitionem. quod cũ ſit in ſingulari, probat hoc caſu ſufficere vnam requiſitionem, & de hoc in gloſ. cõcor. Zabarella.

Glo.ſeq.duo dubia ſoluit.

a *Religioſi.* per hoc verbum, religioſi, patet in ſecularibus clericis vel laicis qui in hoc delinquerent, non eſſe locũ his pœnis. concor. ſ. ea. compi. de teſta. c. vnico. j. de priuile. c. j. & facit quod j. dicam in caſu ſecundo. & poteſt eſſe ratio. quia cõmunius religioſi delinquebant in his: & quia ambire & cõcupiſcere aliena reprobabilius eſt in religioſo. de elec. quorundam. lib. vj. ſi. de hære. accuſatus. in ſi. eo. lib. In religioſo tranſlato ad eccleſiam ſecularem (licet fortè nõ fuerit D de mente) videtur has pœnas locum habere per verbũ vniuerſale quod ſequitur. & facit quod no. de elec. quorundam. lib. vj. in glo. pen.

b *Quicunque.* etiam hoſpitalarios & Ciſtercienſes includit. de quibus eo. tit. ex parte j. Et comprehendit etiã fœminas. de hoc de elect. generali. lib. vj. in gloſ. ij.

*Fœmininũ cõprehenditur per maſculinum.*

c *Noualium.* quid ſit nouale, habetur de verb. ſig. c. j. & cap. quid per nouale. & de priuile. c. vlt.

Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem quando debentur priuatis.

d *Eccleſiis.* per hoc puto conſtitutionem locum nõ habere quando illæ decimæ deberentur priuatis: puta per antiquũ feudũ. de iis quæ ſi. à præla. cũ apoſtolica. vel priuilegiũ. facit. j. ca. proxi. agant. ergo tunc via ordinaria. iſta enim conſtitutio illis noluit ſubuenire. facit e. tit. tua. j.

e *Debitas.* de iure communi vel ſingulari. eſt autem debitũ quod exigitur ab inuito. ff. de verb. ſig. l. debitor. facit. xiiij. q. j. quod debetur. Ioan. And.

*Debitum quid eſt.*

f *Spectantes.* tunc ergo ceſſat conſtitutio, & merito: quia nemini facit iniuriam qui iure ſuo vtitur: vt ſ. de elect. cùm A eccleſia. cum concor.

g *Appropriare.* j. dicit vſurpare. & de his j. dicam.

h *Coloribus.* concor. de elect. auaritiæ. lib. vj. & j. tit. ij. ca. j. §. quia verò.

Gloſ.ſeq.notat pro Aegidio.

### CAPITVLVM I.

Religioſi [a] quicunque [b] qui noualiũ [c] aut alias decimas eccleſiis [d] debitas [e] ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes [f] appropriare [g] ſibi præſumpſerint, aut exquiſitis fraudibus ſiue coloribus [h] vſurpare, Seu qui de animalibus [i] familiarium [k] & paſtorũ [l] ſuorum vel aliorum etiam animalia ipſa eorum gregibus [m] immiſcentium [n], Seu qui de animalibus quæ in fraudem eccleſiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus vel aliis ab ipſis tenenda [o]. Seu qui de terris quas tradunt aliis excolendas [p], decimam ſolui eccleſiis non permiſerint [q], aut prohibuerint [r], niſi poſt requi

i *Animalibus.* per hunc ver. & ſequentem approbata videtur lectura Aegidij dicentis, de eccle. ędifi. cùm dicat quòd priuilegium leproſorum de non ſoluendis decimis, de nutrimentis animalium intelligitur, id eſt de animalib⁹ quę nutriunt. ſic enim adaptantur fraudes quę ſequũtur. ſic ergo videtur intelligenda decre. ex parte. j. ſ. eo. tit. Licet autem religioſi facientes has duas fraudes ligentur his pœnis, leproſi non: ſi aliàs religioſi non ſint: vt dixi in j. gl. Ioan. And.

*Decima dẽ nutrimẽtis animalium non ſunt à leproſis ſoluendæ.*

k *Familiarium.* famulantium ſcilicet. in hoc tamen non eſt vis per id quod ſequitur. intelligitur tamen de non plenè oblatis: vt in fine. & eſt ſimi. de priuileg. authoritate. in fine. lib. vj.

l *Paſtorum.* qui tenentur de cuſtodia. de hoc de reg. iu. quãuis. Ioan. And.

m *Gregibus.* licet ſtrictè grex differat ab armento, quod eſt maiorum animalium, vt equorum & boum, grex verò minorum, vt porcorum, caprarum, & ouium: hic tamen largè ſumitur pro maioribus & minoribus quæ gregantur. & facit. ff. de abigeis. l. fin. Cui verò eccleſiæ debeatur decima de fructu gregis, no. xiij. q. j. §. ij. & eo. titu. ad apoſtolicæ. Ioan. And.

*Grex & armentum differunt.*

Gloſ.ſeq.arguit & reſpondet.

n *Immiſcentium.* hic iunge literã. j. decimã ſolui &c. ex hac miſtura videtur quòd deberent perdere priuilegium etiã circa C propria animalia: vt ſic inutile adiectum vitiaret quod erat vtile. de offi. deleg. cùm ſuper. ſed hic iſta ſunt ſeparabilia. ff. de aqua quotid. & æſti. l. j. §. Trebatius. de quo dic vt not. de reg. iu. vtile. lib. vj.

o *Tenenda.* ſicut ergo priuilegium de decimis laborum nõ extenditur ad terras quas colendas tradũt, vt ſequitur: ita priuilegium de nutrimentis animalium, nõ extenditur ad animalia quæ tradunt aliis nutrienda.

Gloſ.ſeq. primò dicit in priuilegiis duo requiri. ſecundò tractat de quibus colonis intelligitur. tertiò, an coloni teneantur ad decimas.

p *Excolendas.* in priuilegio enim de decimis laborum hæc duo requiruntur, quòd prædia ſint propria. eo. tit. dilecti. & quòd illa laborent propriis manibus vel ſumptibus [a]. eo. tit. licet. & intelligo hoc non ſolum de colonis cenſualibus, ſed etiam partiariis. de vtriſque not. eodem titulo. tua. ij. [b] Dicebant tamen quidam ex his priuilegiatis ſuper decimis laborum, quòd includebantur terræ datæ colonis partiariis: quia ſumptibus ipſorum coluntur, propter partem ſcilicet fructuum quam habent ex culpa coloni. ſed vt dixi in prædicta decreta. tua. & capitu. cùm ſint homines. pars talis coloni potius eſt fructus quàm lucrum. ſubmittit enim illam fortunæ & diuinæ miſericordiæ. quando igitur conducunt operarios, dant certum pretium vel certos corbes pro cultura, dato quòd nil proueniat ex prædio, & tunc ſuis ſumptibus colunt [c]. Sed nunquid coloni partiales vel cenſuales priuilegiatorum ſimpliciter ſuper decimis non ſoluendis tenentur ad decimas? Puto ponderanda verba priuilegiorum. facit de priuileg. porrò. quæ ſi eximunt terras ipſorum ab hoc onere: coloni colentes illas priuilegio participant. ſi verò eximunt perſonas, tunc licet illi de ſua parte non ſoluant, coloni non exempti de ſua ſoluent [d]. facit eod. titu. à nobis. & xvj. q. j. queſti. de priuileg. per exemptionem. lib. vj.

q *Non permiſerint.* facto.

Gloſ.ſeq. addit tertium caſum, de quo quærit. arguit pro. contrarium ſoluit.

r *Prohibuerint.* verbo. In tribus ergo vltimis caſibus punit hęc cõſtitutio non permittentem vel prohibentẽ: in primo, appropriantẽ vel vſurpantem. Sed dubitatur an liget nõ ſoluentẽ: quod videtur per verbũ quod ſequitur, retinere? Nõ puto quòd hoc ſit de mẽte, quòd religioſi non ſoluẽtes de-

*a Idẽ doct. Font.*

*b Idẽ doct. placet de Ancha. & Imo. commendantibus glo. & faciũt hic dicta Bart. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. c. tua. ca. cum ſit. ſ. eod.*

*c Idẽ Imo. de Ancha.*

*d Quia ſeparatorum eſt ſeparata ratio. no. Archi. xj. q. j. ca. clericũ. ſicut fructus eccleſiæ ad firmã datẽ aut vẽditũ imò ſi portantur ad vendendũ, dicit de Ancha. nõ gaudent priuilegio eccleſiæ. facit l. licitatio. §. vltim. ff. de publica. ca. pen. de cenſi. lib. vj.*

cimas

cimas incurrant has pœnas. aliud enim eſt appropriare vel vſurpare:aliud nõ ſoluere: & verbum retinere,quod ſequitur,reſpicit illas appropriatas vel vſurpatas. vbi ergo ex aliquo feudo ſibi ritè donato, vel per priuilegium percipiunt decimas intra certos limites quos excedunt, vel certa quota illis debetur quam excedunt, vel non permittũt,vel prohibent colonos ſuos decimas ſoluere in caſibus in quibus debentur: locus eſt his pœnis.

ſitionem per eos quorum intererit [a] ſuper hoc eis factam [b] præmiſsis [c] deſtiterint intra menſem [d]: aut ſi de iis quæ contra præmiſſa vſurpare vel retinere prǽſumpſerint, intra duos menſes [e] damnificatis eccleſiis emendam non fecerint competẽtem: ſint, & tamdiu maneant ab officiis [f], adminiſtrationibus & beneficiis ſuis ſuſpenſi, donec [g] deſtiterint & ſatisfecerint vt ſuperius eſt expreſſum, Quòd ſi religioſi huiuſmodi adminiſtrationes vel beneficia non habeant [h]: eo caſu quo alij ſupradicti ſuſpenſionis, ipſi ſententiam excommunicationis incurrant, ante ſatiſfactionem condignam nullatenus abſoluendi: priuilegiis non obſtantibus quibuſcunque [i]. Cæterùm præmiſſa [k] extendi nolumus ad animalia quæ per religioſorum ipſorum donatos ſeu oblatos [l] tenentur: dum tamen illi religioſis eiſdem cum effectu [m] donauerint aut obtulerint ſe & ſua. [n]

a *Intererit*. ſcilicet per prælatos & miniſtros illarum eccleſiarũ quibus debentur.

Glo.ſeq.alleg.cõcor. notat differentiam & tres caſus.

b *Factam*.concordat de offic.ordin.ſi canonici.lib. vj.ſufficit autem quomodocunque de hac requiſitione legitime conſtet. non ſic in caſu decre.j. de ſenten.excommun.lib. ſexto. vbi oportet conſtare per publicum inſtrumentum vel ſigillum authenticum:& eſt ſpeciale: vt ibi not. Et ex illo & iſto capit.& ex decret.j.j.de priui. not.caſus in quibus requiſitio partis etiam vnica conſtituit quem contumacem: etiam quo ad incurrendas ſuſpẽſionis & excommunicationis pœnas.

*Vna monitio efficit cõtumaciã.*

*a Dicũt hic de Ancha. Imol.ꝙ habens exercere diuina officia & etiã alia de quibus in gloſ.hic ab illis ſuſpenditur ſi autem habeat ſolũ diuina officia exercere: benignius eſt ꝙ ab illis ſuſpenſus dicatur potius quàm excõmunicatus: cùm excommunicatio ſit nimis magna pœna. ea.nõ afferamus.24. q.j. ꝙ ſi videtur dicere. §. ꝙ ſit excõmunicat⁹ tnec cõrauit repetere officia quaſi ſola ſuſpẽſio ab illis eſſet nimis parua pœna: & hoc crederẽ.Vankel Panor. nil dicunt. de Anch.Imo. glo. non ſatis ſe exẽplificant. Vide ſi quid boni dicat Zaba.Fon.*

c *A præmiſſis*. prohibitione, fraudulenta emptione, & immiſtione.

d *Menſem*. quot dies habere debeat, no.de electi.quàm ſit, lib.vj.

Gloſſa ſequens ponit diuerſitatis rationem, & dubium ſoluit.

e *Duos menſes*. ſupra dat vnum menſem tantùm: quia ſufficit deſiſtere: hic verò requiritur emenda quam durius eſt facere: & ideo datur maius tempus. & videtur quòd iſti duo menſes currunt ab vſurpatione vel retentione: licet ſuperior currat à requiſitione.ſi.de ſepultu.capitu.j.in fin. lib. ſexto. ſed puto de mente quòd requiſitio reſpiciat vtrunq; caſum.

Gloſ.ſeq.declarari petit dubium quod aperit.

f *Officijs*. declarari debuiſſet,an intelligere de diuinis, an de aliis officiis:puta quia ſacriſta,cellarius, camerarius,eleemoſynarius, vel his ſimiles. & pro hac litera & lectura facit de ſolut.c.ij.de reg.iu.in pœnis.lib.vj. pro prima facit, quia infrà non repetit de officiis.

Gloſſa ſequens dubium ſoluit,& opin.ponit quam determinat.

g *Donec*. ſic ſuſpenſi indigent abſolutione: quia de ſatisfactione dubitari poſſet: non ſic in ſuſpẽſis ad tempus determinatum; puta menſem vel annum ſecundum Inno.qui hoc no.de ӕta.& quali.cùm bonę.Satis crederem quòd ſufficiat iudicis declaratio ſuper ſatisfactione ſine alia abſolutione. In excommunicatis verò neceſſaria eſt abſolutio poſt ſatiſfactionem:vt j.patet.

h *Non habeant*. ſimilis diſtinctio. s.ea.compi.de vi.& hon. cleri.quoniam in prin.& circa fi.& j.de ſtat.mo. ne in agro. §.ſi quis.& j.de pœ.multorum.

i *Quibuſcunq;*. per quæ poſſent prędictę ſentẽtiæ impediri. priuilegia enim ſuper decimis illis conceſſa,tollere non intendit:quod patet ex principio.

k *Præmiſſa*. s.ſecundo & tertio caſu.Ioan.And.

l *Oblatos*. de his xxviij. q.j. vt lex continentiæ. vbi not. an tales conuerſi & oblati intelligantur renuntiaſſe propriis, & continentiam vouiſſe. Ioan.And.

m *Cum effectu*.tollit hoc verbum fictiones & fraudes.Item conditiones & pacta,quę ſuſpenſum tenerent taliũ oblationum effectum.

Gloſ.ſeq.declarat,& obiectionem ſoluit.

n *Se & ſua*. non ſufficit ergo quòd bona donaſſent manẽtes in ſeculo ipſorum fructu retento, non obſtat de priuilegiis,vt priuilegia.tales enim confratres ſunt:& in aliquibus priuilegiati:vt ibi:ſed plenè oblati non ſunt:vt hic.

SI *beneficiorum*. Duæ ſunt partes principales, prout duo ſunt dicta. Primò enim declarat ſecũdum quam taxationem, & ſecundum quam monetam ſolui debet decima beneficiorum alicui conceſſà. Secundò prohibet propter illã occupari vel diſtrahi ornamenta diuinis deputata. Secunda ibi,in ver.nec per collectores.imola. CASVS. Certis ex cauſis papa donauit regi Francorum decimam omnium beneficiorum exiſtentiũ in ſuo regno. Ponamus ꝙ aliqua abbatia eſt taxata ad mille aureos, & tamen valet plus vel min⁹: quæritur vtrum rex debeat habere decimam ſecundum antiquam taxã, vel ſecundũ valorẽ ipſius beneficij. Et vtrum quis poſsit ſoluere decimam in moneta loci in loco beneficij: puta ſi collectores decimæ volunt quòd ſoluatur in ſua moneta,& nõ in moneta loci beneficij? Dicit Clemens quòd debet ſolui in moneta loci beneficij. Sed quæritur vtrũ collectores poſſint capere calices & alia ornamẽta eccleſiæ deputata ad ſeruitium Dei? Dicit Clemens quòd non:ſed ſi eccleſia habeat alia bona,illa debent capi. Not.quòd papa ab omnibus eccleſiis orbis, id eſt ab eccleſiis ſibi ſubditis poteſt decimã petere:tamen iſtud non facit niſi cum magna neceſsitate.

## Idem in eodem.

*Decima beneficiorum alicui conceſſa, ſibi debetur ſecundum taxationem, & de moneta currente; nec poſſunt collectores propter hoc diſtrahere vel occupare ornamenta diuinis officiis deputata. hoc dicit. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

SI beneficiorũ [o] decima cui-

No. quòd papa illam decimã poteſt donare principi ſeculari. Not. quòd cùm illa decima eſt data alicui:tunc ipſa eſt ſoluenda ſecundum taxationem antiquam, & nõ ſecundum valorem beneficij. Not. quòd ſicut pro executione rei iudicatæ non capiuntur illa quibus vitã quis ſibi quærit: multo fortius non debent capi illa bona quæ ſunt deputata cultui diuino:ſed ſi eccleſia habeat aliqua bona ſuperflua,tunc poſſunt illa capi. No. de taxatione beneficiorum conſueta quæ attenditur: ſic & aliàs attenditur ſtatus beneficij conſuetus.de præben.cùm de beneficio.lib.vj. & dic taxationẽ, id eſt terminationem.ſic.ff.de vi.tri. & oleo leg.cùm certus.

Not. quòd attenditur moneta currens cenſualis: & in tali facienda eſt ſolutio etiã ſi nõ exprimatur. ff.de lega.j.ſi ſeruus pluriũ.§.ſi.de re.iur.ſemper in ſtipulationibus. de cenſi. c.pen.Zabarella.

Gloſſa ſequens notat ad rubricam. quærit de quinque, & ſoluit.

o *Si beneficiorum*. Not. quòd ſub rubrica de decimis, ponit de decimis beneficiorum quas papa ſæpe impoſuit ſibi vel aliis ſoluẽdas ex cauſa & ad tẽpus.fa. de Iudæ. ad liberandã. de vo.c.ſi.& an in his locũ habeat cõſtitutio, diſpendioſam. s.ea.compi.de iudi.dixi ſuper verbo,decimis. Item per hoc ꝙ dicit beneficiorum, quæritur de quinque. Primò,an includantur hoſpitalia,xenodochia, & loca ſimilia. Secundò, de fabricis. Tertiò,de iis qui habẽt prioratus,domos,grangias,pẽſiones,vel reditus à monaſteriis vel eccleſiis. Quartò, de quotidianis diſtributionibus quæ dantur ſolũ intereſſentibus horis,& de minutis oblationibus an veniant decimandæ.Quintò,quid de capellaniis vel beneficiis altariũ. Et ſciendum ꝙ tempore Clementis quarti & Honorij emanauerũt declarationes ſuper ſolutione decimarũ quas repetitas tẽpore Bonifacij octaui vidi ſub bulla.De primo videtur ꝙ non includãtur.s.ea.compil. de præb. per literas. pro & contra.j.de relig.do.quia cõtingit.§.vt autem. Expeditũ eſt in prędictis declarationibus in principio,vbi ſic dicitur, de reditibus & prouentibus leproſariarum, domorum Dei & hoſpitalium pauperum, qui in vſus infirmorum & pauperum conuertuntur, decimæ non ſoluentur. Secundum etiã expeditur ibi in fine: vbi dicitur quòd de reditibus eccleſiaſticis deputatis ad fabricã eccleſiarum decima perſoluetur. ſubmittit demũ ꝗ de oblationibus & eleemoſynis quæ dantur ad opus fabricæ,nõ debetur decima. Tertiũ etiã ibi eſt expeditũ, quòd ſi habentes prædicta habẽt illa in beneficium vel ex mera gratia,ipſi tenẽtur ad decimã.Si autẽ habent illa ex contractu conductionis ad firmam,vel emptionis fructuũ,vel pro mercede vel remuneratione ſui laboris: tunc illi quorũ eſt proprietas,illa decimare debebũt.Quartum etiam ibi expeditur,quòd de minutiſsimis oblationib⁹ quas recipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarũ pro ſepul-

*Decima debetur de oblationibus.*



ſepulturis & dandis pœnitentiis & de diſtributionibus,ſoluetur decima.De quinto nihil ibi dicitur:ſed videtur quòd non includantur,ſicut nec includebãtur in reſeruatione fructuum quam ſibi fecit dominus noſter. Tu dic contra:quia conſtat illa eſſe beneficia eccleſiaſtica; ex quo ſic ſunt per epiſcopũ ordinata.j. q.iij.quæſitum.& c. penul. de præbẽ. ſignificatum.quod dicitur de reſeruatione fructuũ, facit ꝓ: quia niſi fuiſsẽt excepta,intelligerẽtur incluſa.

uis [a] ſimpliciter [b] cõcedatur ad [c] tempus: ſecundum taxationem [d] decimæ in illis partibus in quibus fiet cõceſsio, conſuetam [e], & ad monetam [f] currentem [g] † communiter ipſa decima leuari poterit & debebit: Nec per collectores, leuatores, ſiue exactores ipſius decimæ,eccleſiarum calices [h], libros,& alia ornamenta diuinis officiis deputata [i], ex cauſa pignoris vel diſtractionis capi [k] vel recipi volumus,nec diſtrahi,ſeu quomodolibet occupari.

*† Vide quæ dicã in extrauag.Io. xxij.cũ ad ſacroſanctæ.de ſen.excõ.Fon.*

a *Cuivis*. prælato, principi vel alteri. In regno Frãciæ ſæpe practicatur iſte caſus.

b *Simpliciter*. ſi ergo aliquid certũ exprimat papa, illud ſeruabitur.

c *Ad tempus*.hoc dicit: quia perpetuas curia non fecit per tempora, nec facere intendit.facit de reſcript.cap.ſina.lib.ſexto.

Gloſ.ſeq.declarat duas diuerſas conſuetudines.

d *Taxationem*. in quibuſdam partibus ſunt beneficia taxata in communi æſtimatione prouẽtuum: vt ſi taxatum ſit in centum,ſoluat decem:& ſi haberet mille,non plus ſoluet: & ſi haberet ſolum quinquaginta, tantum ſoluet:& hoc voluit reſeruatio fructuum beneficiorum quã nunc fecit papa,qui dat collectoribus electionem an velint recipere fructus ſecundum taxationem decimæ, an velint illud relinquere beneficiato & recipere reſiduũ. In multis tamẽ partibus nulla eſt taxatio:ſed ſingulis annis prout plus vel min⁹ recipit beneficiatus,plus vel minus ſoluit.patet hoc in extrauag. Io. quæ incipit,ſuſcepti.ex quo ergo habet conſuetudo ꝙ plus vel minus ſingulis annis ſoluitur ſecundũ quantitatem fructuum:& illud reſeruabitur. Et quæ expenſæ deducantur,& de quibus fructibus ſoluatur,patet in declarationibus prædictis.Nam inter cætera deducũtur expẽnſæ factæ pro fructibus:& ſine quibus fructus haberi nõ poterant;quod non eſt in communibus decimis.s.eo.cùm ſint homines.

*Beneficia, à quib⁹ petitur decima,quandoque ſunt taxata.*

Glo.ſeq.alium caſum per hunc ſoluit.

e *Conſuetam*. hic iunge literã, ipſa decima &c. & quod hic dicitur, locũ habet etiã cũ papa mandat alicui prouideri de beneficio vſq; ad ſummã tot librarũ paruorum Turon. ad taxationẽ decimæ. inſpicitur enim illarũ partium cõſuetudo in taxatione:vt hic.& ſi non currũt ibi Turon.monetę currentis ad taxationem Turon. fiet cõputatio vel comparatio iuxta pondus & conſuetudinem cambij quę cõmuniter eſſe ſolet, non iuxta caſualem cariſtiam vel vilitatẽ quæ propter caſum accideret.

f *Monetam*. in pecunia enim & nõ in ipſis rebus debet fieri ſolutio decimæ;vt in declarationibus.

*Decima beneficiorum ſolui debet in pecunia.*

Gloſ.ſeq.alleg.concor.declarat,& notat.

g *Currentem*. facit de maleſi.c.ij.cũ fortè currerẽt ibi Turon.bon. vel ſterlingi, collectores volebant ꝙ fieret ſolutio in florenis: vel ſoluentes volebant ſoluere in Turon.vel florenis:cũ illa moneta ibi nõ curreret. hoc prohibet:& hoc dicebatur in illis declarationibus, ꝙ ſoluentes pecuniã cambire non tenebantur. Et no.quòd dummodo moneta cõmuniter currat:licet & alia currat, in illa fieri poterit ſolutio, ꝑ hanc literam:& ſic erit electio ſoluentis.de reg.iur. in alternatiuis.lib.vj.

h *Calices*. concor.de pig.c.j.

i *Deputata*. in aliis ergo non habet locũ hæc prohibitio:vt ſi extant ſcyphi argentei,libri iuris,vel artiũ,vel Romancij, ornamenta,menſalia,lectiſternia,vel ſimilia.

k *Capi*. dicitur in declarationibus, quòd non ſoluentes per ſecularem poteſtatem cogi non debent: niſi non ſoluentis tanta fuerit rebellio, quòd propter eccleſiaſticæ cenſuræ contemptum inuocandum ſit contra ipſum brachium ſeculare.

DE REGVLARIBVS &c.

*Continuatio.*

Quia clericorũ duo ſunt genera: quidã enim ſunt ſeculares,alij religioſi: de primo genere dictũ eſt in titulis præcedentibus:nunc dicendum eſt de alio genere clericorum,videlicet de regularibus.

*Diuiſio.*

VT *profeſſores*. Primò ponitur cõſtitutionis cauſa.Secundò,cõſtitutio,ibi:Sacro. Tertiò,ipſius moderatio:ibi,Ad illorum. Secundò tria facit. Primò prouidet circa vocẽ & locum capituli. Secundò,circa futuras adminiſtrationes vel officia: ibi, Ad prioratus. Tertiò decretum apponit:ibi,Quidquid. CASVS. Eſt aliquis religioſus de ordine mendicantium, qui tractu tẽporis de licentia papæ tranſiuit ad ordinem non mendicantium: videlicet ad ordinẽ ſancti Benedicti,vel ſancti Auguſt.quæritur, an in huiuſmodi ordine poſsit obtinere aliquem prioratum, vel aliã adminiſtrationẽ,vel etiam aliquod beneficium:vel an cogatur remanere ſimplex monachus clauſtralis? Dicit Clemẽs, ſi ante tempus huiuſmodi conſtitutionis talis trãſiẽs ad ordinẽ non mendicantiũ habeat aliqua officia vel adminiſtrationes:illa officia vel adminiſtrationes debent ſibi remanere: ſed tamẽ non habebit vocem in capitulo, etiam ſi alij monachi conſentiant. Sed quid ſi aliquis mendicans poſt iſtam conſtitutionem velit tranſire ad ordinem non mendicantium: quæritur, vtrum poſsit obtinere illa officia & adminiſtrationes? Dicit quòd nõ: nec etiam poſſunt eſſe vicarij pro aliis. ratio eſt in principio ca. Sed ponamus quòd erat religioſus de ordine non approbato:vtrũ iſta conſtitutio comprehendat ipſum? Dicit quòd non. Colligo aliqua notabilia. Primò ex princ.cap.quòd quilibet debet eſſe contentus ea vocatione qua vocatus eſt: niſi vellet dimittere primam religionem,& tranſire ad frugem melioris vitæ. cap. licet.eod. titu.in anti. No.ſecundò quòd ordines mendicantium appellantur ordines paupertatis: nam tales nec in cõmuni nec in particulari quid debent habere. Alij verò religioſi etiam nihil debent habere in particulari, ſed bene in communi. Tertiò, quòd religioſus mendicans de licentia ſedis apoſtolicæ poteſt tranſire ad ordinem non mendicantem,etiam ad ordinem laxiorem: ſed tunc talis mendicans non habebit vocem in capitulo, etiam ſi ab aliis religioſis ſibi concederetur:ſed tales debent eſſe ſimplices monachi clauſtrales.

*Vocationẽ ſuam quiſque ſequatur.*

Not.quòd conſtitutio iſta incipiebat ibi, Sacro concilio. & principium Clementinæ,videlicet,vt profeſſores. eſt cauſa ſeu motiuum quare iſta conſtitutio fuit facta. Vide diuiſionem glo.& maximè glo.in verbo,inibi. quia glo.videtur tenere quòd debemus punctare noſtrum tex.poſt aduerbiũ inibi,& non ante:videlicet ibi,obtineãt. Not.iterum iſtam conſtitutionem: videlicet ꝙ profeſsi ordinum mendicantium,& licitè tranſeuntes ad non mendicantes:licet adminiſtrationem habeant,non habent vocem in capitulo,etiam ſi alij de capitulo id concedant:nec deinceps cõſequi poſſunt adminiſtrationes,prioratus,vel officia,etiã tanquam vicarij: nec pro ſe,nec pro aliis animarũ curam gerere:& irritat cõtra factũ:& vltimò ponit caſum exceptum. Et ratio totius iſtius notabilis eſt, vt profeſſores & religioſi etiã cuiuſcunque ordinis melius maneãt in ſuis religionibus:quia ſi trãſeundo de vno ordine in aliũ,haberent in alio in quo ſecũdo intrant,tantã authoritatẽ,præeminentiã,vel maiorẽ, vt alij: ipſi nunquã vel vix ſtarent in vno ordine per annũ,ſed quolibet anno ipſi exirent & ingrederentur nouũ ordinẽ: ideo conſtitutũ eſt ꝙ tales ſic tranſeuntes, decætero non poſsint obtinere aliquas adminiſtrationes,priorat⁹,vel officia: imò oportet ꝙ ſint ſimplices religioſi. Itẽ propter iſtã rationẽ quæ ſequitur,fuit edita iſta cõſtitutio: quia ſi tales qui tranſeunt forſan de ordine mẽdicantiũ ad ordinẽ nõ mẽdicantium,poſſent habere beneficia, adminiſtrationes &c.multæ orirẽtur diſcordiæ,multa ſchiſmata,id eſt multæ diuiſiones quæ ſæpe producũt & generant ambitionẽ.Nã religioſi qui primò intrauerũt ordinẽ, ſi viderẽt iſtos religioſos qui venerunt de alia religione,aſſumere beneficia vel adminiſtrationes, ipſi ſibi inuiderẽt: & ex illa inuidia orirentur multa alia inconueniẽtia,vt apparet bene inſpiciẽti:quare Clemẽs fuit motus facere hanc cõſtitutionẽ. & iſta ratio habetur in textu in primo capitulo:vſq; ibi,Sacro. No. quòd idem eſt dicere ordo paupertatis, quod ordo mendicantium. & dicit Lau.mendicantes dici à mene quod eſt defectus: ideo luna dicitur mene propter defectus quos patitur. No. caſum in quo non poſſunt illi de collegio alij communicare vocem. de hoc in gloſſa de capitulo.Zabarel.

*Religioſi mendicantes etiam licitè tranſeuntes ad nõ mendicantes,non habent vocem in capitulo:nec ad adminiſtrationes poſſunt aſſumi.*

## DE REGVLARIBVS ET tranſeũtibus ad religionem.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Profeſsi ordinum mendicantium, etiam licitè tranſeuntes ad non mendicantes, licet adminiſtrationes habeant, nõ habent vocem in capitulo,etiam ſi alij de capitulo id concedant: nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, prioratus vel officia, etiam tanquam vicarij: nec pro ſe vel aliis animarum curam gerere: & irritat contra factum. Vltimò ponit caſum exceptum,Ioan. And.*

### CAPIT. I.

VT profeſſore cu-

Gloſſæ

Gloſ.ſeq.quæſtionem ſoluit.

Vt profeſſores. per hãc literam, profeſſores. & quòd j. ſequitur, mendicantes quoſlibet, dico decre. non habere locũ in illo qui intra xv. ſuæ ætatis annum, vel aliàs intra annum probationis fecit profeſsionem in ordine mendicantium, ſi intra ipſum annum exuit, & trãſiuit ad non mẽdicantes, cũ illa profeſsio nõ adſtrinxerit eum ordini in ſpecie, ſed religioni in genere. eo. tit. c.j & c. non ſolũ. & c. cõſtitutionem. lib.vj.

iuſuis paupertatis [a] ordinis eo [b] libentius in qua vocati ſunt vocatione [c] perſiſtere, [d] tranſeunteſque ad non mendicantium ordinem, in eodem conuerſari quietius ſtudeant, quò [e] in ipſis [f] diſcordiarum [g] & ſchiſmatum productiua ambitio [h] reprimatur: Sacro concilio approbante ſtatuimus [i] mendicãtes quoſlibet [k] qui ad non mendicantium [l] ordines etiam auctoritate apoſtolica [m] tranſibunt in poſterum, quive hactenus tranſiuerunt, [n] quamuis nũc prioratus, adminiſtrationes, vel officia, aut curam animarum vel regimen quodcunque obtineant inibi, [o] vocem aut locum [p] in capitulo non habere, etiã ſi hoc ſibi ab aliis [q] liberè concedatur.

Ad prioratus quoque, adminiſtrationes, aut quæcunq; in antea non aſſumi officia, [r] etiã tanquam vicarios [s] ſeu miniſtros vel locum aliorum [t] tenẽtes, quodque animarum curam & regimẽ nec pro ſe poſ-

a *Paupertatis.* vide quod dixi de ſtatu mo. recolentes. in fi.

b *Eo.* id eſt intantum. Ioan. And.

c *Vocatione.* id eſt religione.

d *Perſiſtere.* ſtudeãt, quod eſt j. & habetur hoc j. ad Corint. vij. xxj. quæſt. j. ca. j. eo. titu. licet in princi.

e *Quò.* id eſt in quantum.

f *In ipſis.* mendicantibus, manentibus, vel tranſeuntibus. & hic iunge verbum, reprimatur. & redeas retrograde.

g *Diſcordiarum.* facit ſuprà ca. compil. de ſepul. dudum. poſt princi.

Gloſ.ſeq. contra ambitioſos duo iura & tres rationes inducit.

h *Ambitio.* cõcor. de elect. auaritiæ. in prin. & c. quorundã. in prin. lib. vj. dicit ille Statius Poëta:

*Verſus.*

Ambitus impatiens, & ſummo dulcius vnum
Stare loco, ſociiſq; comes diſcordia regnis.

& Senec. epiſt. lxxviij. Ambitioſis (aliàs ambitioni) non tã iucundũ eſt multos videre poſt ſe, quàm graue aliquem ante ſe.

i *Statuimus.* conſtat quòd aliqui ordines mẽdicantes habebant quædam ex his per priuilegium, quod modo in multis ampliatur, & fit ius commune. ff. de offi. leg. quod trãſlationem. de ſent. excom. c. vlt. lib. vj.

Gloſſa ſequens caſus differentiales colligit, & dubium ſoluit.

*Ordines mendicantium.*

k *Quoslibet,* prædicatores, minores, eremitas ſancti Augu. & carmelitas. de elec. quorundã. de reli. do. c. vnico. lib. vj. & ibi habetur qui dicantur ordines mendicantes. & ex illis iuribus, & hoc c. eo. tit. non ſolũ. & c. conſtitutionem. lib. vj. de ſta. reg. ca. vnico. §. ſanè. eo. lib. de exceſ. prælat. c. vnico. eod. libr. & j. de pœnis, cupientes. in princi. collige differentias mendicantium ad non mendicantes. & adde quod dicam j. de ſen. excom. c. j. & per prædi. §. ſanè. dico hanc cõſtitutionem locũ habere etiam in fœminis ordinũ mendicantiũ, ſi tranſeãt ad non mendicãtes. facit quod no. de elec. generali. in prin. lib. vj.

l *Non mendicantium.* ceſſat ergo conſtitutio cum mendicãs tranſit ad alium ordinem mendicantem, vel cũ ille qui tranſit, eſt non mendicans, ſiue tranſeat ad mendicantem, ſiue ad non mendicãtem: vt ſic ex quatuor caſibus vnum ſolum includat.

m *Apoſtolica.* ab hoc excipit in fi.

n *Tranſiuerunt.* repete, etiam auctoritate apoſtolica. & vide quod dixi ſ. ea. compi. de ætã. & quali. vt hi qui. ſuper ver. in poſterum.

Gloſ.ſeq. premiſſo dicto Ouidij, ponit duas lecturas, obiicit, ponit ſolu. quam impugnat. demum ſoluit, & huic literæ tripliciter reſpondet, & remittit.

*Inibi eſt aduerbium compoſitũ. Ibis eſt ciconia.*

o *Inibi.* aduerbium ex in & ibi cõpoſitũ. Ouidius fecit librum quem intitulauit in Ibim, id eſt contra Ibim. aduerſarium enim ſuũ & corriualẽ, quia cũ vxore ſua mœchabatur, vituperare volens, vocauit illũ Ibim, ab ibis, ibidis, quæ dicitur ciconia, auis vituperabilis, quia immunda ex cauſa quã taceo: aliàs tamen auis commendabilis, quia pia in parentẽs ſenes. quod proſequitur Ambro. in Hexaëmeron. v. dicit ergo ibi Ouidius, Ibidis interea tu quoque nomen habe. Sed iſtud inibi difficilius exponitur, nam clarius formari debuiſſet. Circa quod ſciendum eſt, q̀ hic eſt duplex punctuatio. Prima poſt hoc aduerbium, & tunc exponitur inibi, ſcilicet in ordinibus non mendicantibus, & iungitur ibi, quamuis nunc inibi obtineant prioratus &c. & ſic legendo non prohibet hunc vocem habere in ſeculari eccleſia collegiata, ſi ibidem adminiſtrationem haberet. Sed ſi punctuetur prius, id eſt ante hoc aduerbium, reſultat contrarius intellectus, & exponitur inibi, ſcilicet in eccleſiis in quibus obtinẽt prio-

A ratus, adminiſtrationes &c. Credo tamen quòd prima punctuatio ſit de mente. Sed videtur admirandum quo ad prius tranſeuntes & prælatos, quòd remaneant prælati, & in capitulo vocem non habeãt. Et ſi dicis, capitulum expediet negotia ſine tali prælato ac ſi vacaret ſedes: Reſpõdeo quòd in vacatione eſt iſtud expreſſum quo ad quedã. Item vacatio preſumitur eſſe breuis propter tempora à iure limitata, de quibus no. de elec. ſi electio. lib. vj. in gl. pen. & facit ſ. ea. cõpi. de elec. ne Romani. in fi. ſed prælatus iſte vltra quadraginta annos viuere poſſet. quare non puto hoc fuiſſe de mẽte, q̀ ſi talis eſt abbas vel principalis prælatus monaſterij, q̀ in tractandis negotiis monaſterij vnà cum capitulo vocẽ non habeat. vnde poteſt intelligi litera de voce habenda in capitulo generali vel prouinciali. de ſta. mo. in ſigulis. j. ti. j. c. j. in fi. talis enim abbas vel prior in illis capitulis vocẽ non habebit cum aliis abbatibus vel prioribus, & hoc ſonat litera, aut locum. ſolent enim tales in talibus capitulis ſibi vendicare certũ locũ in numero, puta ſecundũ vel quartũ. facit de priuil. ex ore. Vel intelligatur [a] de prioribus & aliis adminiſtrationem habentibus in monaſteriis, qui tamen nõ ſunt principales prælati monaſterij, & illi in capitulo etiam ſpeciali ipſius monaſterij vocem non habebunt. vnde nec de abbatibus expreſsit litera. Et licet quædam monaſteria regantur per priores, de illis tamen non intellexit. tamen illud verbum, regimen quodcunque, multũ eſt generale. [b] ſed cũ excludat à voce capituli, & capitulum ſit quid diuerſum à principali prælato, [c] non puto quòd ipſum excludat, vt not. ea. compil. de æta. & quali. vt hi qui. in gloſ. cathedralibus & ibi vide.

*a Idẽ Pan. Imo. & de Anch. expreſſè, q̀ poſſet euenire caſus quo nihil ſine principali liceret. de re. eccle. non alien. dudum. lib. 6. Font.*

*b Reſtringe tamẽ ad ſimilia præcedẽtibus. l. fin. ff. de vi. tri. & oleo lega. itẽ hic tex. eſt pœnalis, ergo. Font.*

*c Facit rubric. & nigrum de iis quæ fiunt à præla. ſine cõſenſu capi. iſta vox ſtricta ſignificatione dicit Anch. comprehendit mẽbra, non caput, ſed larga ſignificatione etiã caput. de iis quæ fiunt. nouit. Fon.*

p *Locum.* hoc plus ponit quàm prædi. decr. vt hi qui. fortè

C propter illud quod proximè dixi. & licet prohibeat locũ capituli, non prohibet ſtallum chori, vt ibi dixi.

q *Ab aliis.* de capitulo. & concor. prædic. decre. vt hi qui. & de elec. conſtitutis.

Gloſ.ſeq. exemplicat, & opponit, declarationem poſcens. Secundò quærit, arguit pro. contrarium ſoluit. & allegatis reſpondet.

*Verbũ Dei non debet eſſe alligatum.*

r *Officia.* ergo non poterunt eſſe ſacriſtæ, camerarij, caſtaldi, œconomi, ſyndici, vel his ſimiles. & egerent hæc etiam declaratione. videtur enim includere ſolùm officia ſubiecta eccleſiaſticæ regulæ. pro & contra. j. quæſt. iij. ſaluator. circa medium. Sed vidi dubitari an poſsint prædicare? & videtur quòd ſic, quia verbum Dei non debet eſſe alligatum. ij. ad Timoth. ij. & Apoſtolus ad Philippen. j. Siue per occaſionẽ, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur, in hoc gaudeo, & gaudebo. ad idem xix. diſtinct. ſecundum. vbi dicitur quòd non refert quis prædicet, ſed qualia prædicet. Contrarium puto, cum prædicare ſit officium curæ, & officium & cura ſint eis hic prohibita, ne etiam pro aliis exerceant. Primum probatur de offic. ordi. inter cætera. ſupra eadem compil. de ſepul. dudum. §. huiuſmodi. de hæret. cum ex iniuncto. & ca.

D excommunicamus. §. quia verò. & quod ibi dixi, & ca. ſicut. ſi. de Iudæis, quàm ſit. Auctoritates apoſtoli intelliguntur de iis quibus competit. xlij. diſti. quieſcamus. qui licet propter vanam gloriam vel temporale commodum prædicent, gaudet apoſtolus de prædicatione, licet non de ipſorum motiuo. Ad cap. ſecundum, reſponde vt ibi no. & vide quod no. xcij. diſtinct. in ſancta. xvj. quæſti. j. adiicimus. Fateor tamen quòd in hoc inferior pœna non competit, vt j. dicam. ſed ad hoc valet iſtud ſcire, quia poſſunt prohiberi, & hoc facientes puniri.

ſ *Vicarios.* prouidet ergo contra fraudem qua tales procuraſſent amicos præfici adminiſtrationibus vel curæ animarum, per quos feciſſent ſe conſtitui vicarios. & facit de reg. iur. quod alicui. lib. vj.

*Vicarius non dat vicarium.*

t *Locorum aliorum.* plura ponit, vt omnem fraudem quæ in nomine fieri poſſet, excludat. facit in authẽ. vt nulli iu. li. ha. lo. ſerua. in prin. col. ix. de elec. auaritiæ. & c. fundamenta. lib. vj. cum ſi. & fortè hoc dictum propter id quod not. Hoſt. de offic. vic. c. clericos. vbi dicit quòd vicarius non ſubſtituit alium in vicaria, ex cauſa tamen ad modicum tempus ponit alium loco ſui.

Exercere.



ſint, nec pro aliis exercere. [a]

Quidquid autem in contrarium attentatum fuerit, ſit irritum [b] ipſo iure, quouis priuilegio [c] non obſtante.

Ad illorum autem mendicantium ordines [d] quos apoſtolica ſedes eo modo ſubliſtere voluit, vt eorum profeſſoribus ita in illis remanere liceret, quòd nullũ extunc admitterent [e] ad profeſsionem eorum quibuſcunque conceſſit licentiam generalem ad approbatos [f] alios ordines tranſeundi, [g] præſentem nolumus conſtitutionem extendi.

a *Exercere.* repete, ſtatuimus.

Gloſ.ſeq in hoc decreto diſtinguit.

b *Irritum.* irritat ergo ſuffragium vocis, & promotionem fiendam contra hanc conſtitutionem. illa enim cadũt in decretum iſtud quæ ſunt retractabilia. Sunt enim quædam de officio curæ, quæ ſi exercuiſſent, nõ eſſent irrita: vt baptizare, euchariſtiã dare, & his ſimilia. Itẽ quædam quæ conſiſtunt in facto, & nequeunt non fuiſſe, ſicut prædicare, de quo prædixi. Caſtaldi, & ſimilia. & vide quod dicã j. de hære. c. j. ver. duro.

*Officiorũ curæ quædam ſunt quæ irrita eſſe non poſſunt.*

c *Priuilegio.* prius conceſſo, tamẽ iam cœpit curia tales priuilegiare cõtra hãc cõſtitutionem, nec voluit nec potuit papa legem indicere ſucceſſori. de elect. innotuit. cum concor.

d *Ordines.* approbatos per ſedem apoſtolicam, tamen poſt concilium generale.

e *Admitterent.* ita quòd oportet quòd deſinant in ſeipſis.

f *Approbatos.* etiam minoris religionis,

g *Tranſeundi.* ſingulariter, non collegialiter, vt patet de religi. do. c. vnico. in fin. lib. vj. In his ergo ceſſat ratio inducta in prin. ca. quia non expedit in ea vocatione manere in qua vocati ſunt.

## Idem.

*Pubes per annum deferens habitum nouitiorum non patenter diſtinctum ab habitu profeſſorum, intelligitur profeſſus. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

EOs qui [h] deinceps [i] in diſcre-

B

EOs qui.) Se ſummat. Præſupponendum eſt primò, quòd duplex eſt profeſsio per quam quis obligatur religioni. Quædam eſt expreſſa, quæ ſit per iſta verba, Promitto Deo & tali ſancto, puta ſancto Benedicto (ſi ſit in ordine ſancti Benedicti) & tibi abbati obedientiam, & reuerentiam, & caſtitatem. & iſte talis obligatur irreuocabiliter, dum tamen aliquod impedimentum non obſtet. Alia eſt profeſsio tacita, quæ inducitur pluribus modis. Aliquãdo inducitur quãdo nouitius immiſcet ſe actibus profeſſorum. Aliquando inducitur aſſumptione habitus profeſſorum, & perſeuerat triduo profeſſor. Aliquando inducitur talis profeſsio tacita ex delatione habitus religionis, id eſt portando habitum religionis per annum integram. & iſta eſt materia huius capituli. Secundò præſupponendum eſt, quòd inter habitus religioſorum profeſſorum eſt aliquando differentia latens, id eſt non apparens: aliquando eſt differentia patens & apparens. Differẽtia habituum profeſſorũ dicitur latens, quãdo non eſt differẽtia in colore, ſciſſura, & figura, ſed eſt alia differentia, fortè quia habitus profeſſorũ benedicuntur, habitus autem nouitiorũ non benedicũtur. Vel nulla eſt alia differentia inter habitus profeſſorum & habitus nouitiorum, niſi quia habitus profeſſorũ dantur in capitulo, vel ante magnum altare, habitus verò nouitiorum dantur in alio loco. Vel forſan talis eſt differentia, quia habitus profeſſorũ dantur per abbatem, & habitus nouitiorũ dantur per alium, forſan per priorem vel alium officiariũ ſeu religioſum. Alia eſt differentia inter habitus profeſſorum & nouitiorum, quæ eſt patens & omnibus nota, quæ eſt in colore, vt habitus nouitiorum ſunt alterius coloris ab habitu profeſſorum. Eſt etiam differentia patens in ſciſſura, ſicut in ordine fratrũ minorum, quia nouitij non habent caputiũ ſutum cum ſuo habitu, profeſſores verò habent. Eſt etiã differentia in figura, quia nouitij habent habitum breuiorem in aliqua parte habitus quàm habeant profeſsi. CASVS. Titius intrauit religionem approbatam, recepit habitum, tamen voluit experiri & tentare aſperitates & labores illius, etiam monaſterium voluit experiri mores illius Titij. Ipſe Titius portauit habitum per lapſum vnius anni, nõ proclamauit nec proteſtatus fuit. vtrum per delationem habitus videatur feciſſe tacitam profeſsionẽ? Diſtinguit, aut habitus nouitiorum non ſunt diſtincti ab habitibus profeſſorum, & tũc dicitur feciſſe tacitam profeſsionem: & tunc inducitur profeſsio per lapſum anni, etiam ſi maneret in monaſterio per xx. annos in tali habitu nouitiorum. Si autem habitus nouitiorum & profeſſorum ſunt diſtincti in colore, in ſciſſura, & in forma, ſiue figura: & non accipit alium habitum, niſi habitum nouitiorum, tunc per lapſum anni nõ dicitur profeſſus. No. quòd quis obligatur religioni etiam per tacitam profeſsionem. & quia gloſ. j. videtur iuuenibus intricata propter diuerſitatem caſuum, pono aliquas cõcluſiones. Prima eſt, Delatio habitus manifeſti diſtincti, vt in colore, ſciſſura, vel forma ſeu figura, quantocunque tempore non inducit profeſsionem. hoc probatur hic in fine text. iuncta gl. in fi. Secunda concluſio.

*Profeſſio eſt duplex, ſcilicet expreſſa et tacita, quæ multis modis inducitur.*

*Profeſſio an inducatur per delationẽ habitus religionis.*

A Delatio habitus indiſtincti ſiue per modũ, de quo in c. j. eo. tit. lib. vj. vt quia non ſolum profeſsi & monachi illo vtuntur, ſed etiã gerentes vitam communẽ cum eis, non inducit profeſsionem in eo qui in pupillari ætate eũ aſſumpſit, quãtocunque tempore deferatur, vt probatur in d. c. j. e. tit. li. vj. nec hodie corrigitur per iſtum text. vt notatur hic in gl. ſuper verbo, portauerint. ſecus autẽ in eo qui eum habitũ aſſumpſit in pubertate. inducit enim in eo tacitã profeſsionem poſt annum, vt probatur in d. ca. j. §. qui verò. lib. vj. Tertia concluſio. Delatio habitus extra religionẽ quantocunque tempore nõ inducit profeſsionẽ. Hoc voluit tacitè iſte text. in verſi. in aliqua religione, argumento iſto ſumpto per contrarium, & expreſsius tenet hic gloſſ. in ver. aliqua. quã ſingulariter notabis. facit c. vt clerici. de reg. Quarta cõcluſio. Delatio habitus indiſtincti, vt eſt ille quo vtuntur pariter monachi & conuerſi, inducit intra annum poſt pubertatem profeſsionẽ tacitam. in c. j. e. lib. vj. Quinta concluſio. Delatio habitus diſtincti latenter, puta per benedictionem, inducit per annũ profeſsionẽ in illo monaſterio in quo habitus delatus fuit. Hæc concluſio ſingulariter probatur per iſtum text. aſſumptio autem habitus profeſſorũ inducit profeſsionem in genere, ſi datur perſeuerantia tridui. de quo tamen dicendum vt habetur in c. conſtitutionẽ. e. tit. lib. vj. in fi. etiam ſi talis habitus patenter diſtinguatur ab habitu profeſsi, vt probatur in d. c. j. in fi. nec in hoc ille tex. mutatur per iſtum, quia loquitur in alio caſu ad quẽ litera iſta reſtringitur, vt notatur hic in glo. magna in verſi. hodie verò quo ad hunc caſum. Ex prædictis & ex magna glo. in verſi. ex his. nota triplicem habitum nouitiorum. Et quòd ad profeſsionem faciendam tacitè vel expreſsè requiritur pubertas, ita quòd maſculus debet eſſe xiiij. annorum, fœmina verò xij.

C nec ſufficit ad iſtum effectum q̀ prudentia vel malitia ſuppleat ætatem. & hoc voluit glo. in verb. ætate. No. de habitu nouitiorum. & quo ad hoc dicitur nouitius quicunq; nõ profeſſus. aliter accipitur hoc verbum. j. cle. proxi. §. ſanè. j. vbi de hoc in gloſ. j. ſcholaſticis. Not. de profeſsione quæ obligat ſpeciali religioni in genere. de hoc in gloſ. licet igitur. Zabarella.

*Pubertas requiritur ad profeſſionem faciendam.*

Glo.ſeq. dicit quid determinat.

h *Eos qui.* determinat decretalem, ex parte. eo. titu. & quod ibi no. Ber. & Inno. & ipſe Innoc. & Hoſt. eo. tit. c. ij. & Abb. eo. tit. conſulti. & decre. j. eo. tit. lib. vj.

Gloſ.ſeq. probat quòd ius nouũ continet, dicens quid iure veteri, & quomodo capitulum ſuum caſum non excedit, diſtinguens triplicem habitum.

i *Deinceps.* per hoc patet, & per verbum infra, decernimus, quòd hæc conſtitutio ius nouum ſtatuit, & præterita non reſpicit. Dicebamus enim olim quòd tunc delatio habitus per annum inducebat profeſsionem tacitam, quando erant habitus indiſtincti, & ſic intelligebatur hæc decre. ex parte. eod. tit. vt ibi no. in fin. vlt. gloſ. Si verò erant diſtincti, ſecus, qualiſcunque foret diſtinctio. eo. titu. ſtatuimus. & apertius eod. tit. ca. j. in fin. lib. vj. Hodie verò quo ad hunc caſum di-

D ſtinguimus qualis ſit diſtinctio habitus, an patens altero de tribus modis hic expreſsis: an latens, puta per benedictionem veſtium, perſonam dantem, locum vel formam dationis. ex duabus enim cappis quarum altera eſt benedicta vel data per prouincialem vel in capitulo, altera non, primam à ſecunda decernere neſcis. Primo caſu delatio talis habitus etiam vltra annũ non inducit tacitã, ſecundo ſic. Ideo autẽ dixi quo ad hũc caſum, quia quo ad alios caſus adhuc ſtamus iuri antiquo, vt ſufficiat qualiſcunq; diſtinctio. Vnde adhuc hodie maior qui ſciẽter & ſpontè recipit habitũ diſtinctum per modũ quẽ ſ. dixi latentẽ, ſi perſeuerat triduo, profeſſus eſt. quod dic vt e. tit. conſtitutionẽ. li. vj. Et ex his no. triplicẽ habitum nouitiorũ, diſtinctũ, indiſtinctum, & indiſtinctiſſimum. Itẽ primus, ſ. diſtinctus, duplex, habẽs ſcilicet diſtinctionem latentẽ & patentẽ: vt hic. In habitu ergo nouitiorũ latenter diſtincto, vel indiſtincto, vel indiſtinctiſsimo, dũmodo receptus fuerit ab adulto, delatio per annum inducit tacitam. & hoc indubitatum. Delatio verò habitus nouitiorum patẽter diſtincti, vel indiſtincti, vel indiſtinctiſsimi, vbi receptus fuerit ab impubere, per lapſum anni nõ inducit tacitam. & in his caſibus adhuc verum eſſet quod not. Inno. in

*Habitus diſtinctio quandoq; eſt patens, quandoq; latens.*

*Habitus nouitiorũ eſt triplex.*

decre.

decre.ex parte.& Abbas in decret.conſulti. qui dicebant ꝙ delatio habitus nouitiorum diſtincti quantocunque tempore,non inducit profeſsionem. Et Abbas dicebat quòd vidit literam papalem abſolutoriam conceſſam illi qui talem habitum detulerat ferè per xx.annos. hæc probantur ſuprà e.ex parte.j. & c.ſtatuimus.& eo.tit.c.j. lib.vj.& hîc. Dubitatur tamẽ ne decretalis iſta intẽdat corrigere quòd vltimò dixi de habitu indiſtinctiſsimo recepto ab impubere: vt j.dicam.

a *Aetate.* xiiij.in viro,& xij.in muliere. & requiritur ætas conſummata. ſ.e.ad noſtram. Nec ſufficit quòd prudentia vel malitia ſuppleat ætatem. de hoc ſ. e. poſtulaſti.

b *In aliqua.* ſecus ergo ſi extra religionem: & ſic non corrigitur decr. vt clerici.ſ.eo.

tionis conſtituti ætate [a] nouitiorum habitũ in aliqua [b] religione [c] per annum [d] portauerint [e], hoc ipſo religionem illam [f] decernimus eſſe profeſſos: Niſi huiuſmodi habitus in colore [g], ſciſſura [h] vel forma ſe diſtinctum patenter exhibeat ab habitu profeſſorũ [i].

DE STATV MONACHOrum vel canonicorũ regularium.

Clemens v. in concilio Vienenſi.

*Præmittit exordium breue,in quo conſtitutionis cauſam ponit, & generale interdictum monachorum nigrorum circa*

c *Religione.* per ſedem apoſtolicam approbata. de vo.ca.vnico.lib.vj.ſ.eo.ca.proxi.in fin.ſiue ſit mendicans vel non. Ioan.And.

Gloſ.ſeq.exponit,& dubium ſoluit.

d *Per annum.* integrum. eo.tit.ca.j.lib.vj.ibi,quòd ſi totum &c.& per hanc literam quæ habetur ſ.e.ex parte. & e.tit.c.j. li.vj. patet ſatis eſſe quòd detulerit per integrum annũ,licet annum non exceſſerit.debet ergo nolens obligari,intra annum deponere.ſ.eo.ſtatuimus.Ioan.And.

Gloſ.ſeq. exponit. caſum excipit quem dicit non correctum: & dubium ſoluit.

e *Portauerint.* licet enim ante annos diſcretiõis induerint: ex quo tamen poſt illos per annum portauerũt,ſunt profeſſi.hoc verum,niſi eo caſu tanta eſſet indiſtinctio habitus,ꝙ ſeculares illis conuiuentes vterentur illo. e.tit.c.j.ij.reſpon. lib.vj.Niſi dicatur quòd hæc decr. quæ ſolum ponderat delationem non aſſumptionem, illud corrigat: ſecundũ quod non eſſet hodie dare habitum indiſtinctiſsimum. Sed non credo ꝙ hęc decr.illud corrigat;quod probat litera ſ.nouitiorũ habitum.facit de elect.cùm expediat.lib.vj.cum concor. Item intelligas hanc literam de illo qui ſponte recepit, vel ſaltem portauit: aliàs non obligaret portatio quæ fieret durante probabili metu,quod me.cau.c.j.Ioan.And.

f *Illam.* licet igitur illa tacita profeſsio,de qua eo.ti.conſtitutionem.ij.reſpon. li.vj. obliget religioni in genere,vt ibi: iſta tamen obligat in ſpecie:vt hîc.

g *Colore.* vt quia nouitij album:alij griſeum vel nigrum:apud quaſdam moniales diſtinguuntur profeſſæ per velum album à nigro. Sed communius eſt illud diſtinctiuũ conſecrationis.

h *Sciſſura vel forma.* patet in ordine minorũ,vbi nouitij nõ habent ſutum caputium.

Gloſ.ſeq.addit caſum de quo remittit.

i *Profeſſorum.* adde caſum quãdo proteſtatur ꝙ per lapſum non intendit obligari religioni:& hoc pręcipuè ſi proteſtatio fuit conuentionalis. de hoc ſcripſi poſt Vin.e.tit.ex parte.poſt Hoſt.eo.tit.c.ij.& c.ad apoſtolicam.& de hoc in Spe. de ſta.mo.in vlt.quæſtione.

DE STATV MONACHORVM VEL *canonicorum regularium.*

*Continuatio.* Viſum eſt ſ. qualiter quis obligatur religioni etiã per tacitam profeſsionẽ: verũ quia poſſet dubitare aliquis de ſtatu obligatorum:ideo ſubiicit rubricam, de ſtatu monachorum & canonicorum regularium.

*Diuiſio.* NE *in agro.*] Diuiditur in decem partes: vt patet in rubro.Secunda ibi,Statuimus. Tertia ibi,Sanè.Quarta ibi,Porrò. Quinta ibi,Si quis autẽ. Sexta ibi,Quia verò.Septima ibi,Ad hæc.Octaua ibi,Cæterum. Nona ibi, Ad ampliationẽ. Vltima ibi,Præmiſſa.Imo. CASVS. Vidi ſ.de regularibus,& qualiter quis obligatur religioni: ſed vellem informari de conuerſatione obligatorum religioni,& vtrum ſit eis licitũ vti quibuſcunque veſtibus, cibis, & lectiſterniis ad libitum ſuæ voluntatis? vel vtrum aliquem modeſtiam in prædictis teneantur ſeruare? Dicit Clemens Romanus põtifex ꝙ ipſi debent cauere ne ponant exceſſum in veſtimentis, cibis, & lectiſterniis. Et ratio huius conſtitutionis ponitur in princ.

*Not.primò de laudib⁹ regulæ monachorum. de hoc in gloſ.3. No.ſecundò.ibi in veſtibus,et ibi,in cibis. de moribus*

A huius ca. Et quia c.eſt nimis longũ: ideo accipiatis diuiſionem gl. veſtræ, & procedatis per partes ſecundum diuiſionem. No.quòd iſta cle.habet decem partes. Prima incipit ibi, Ne in agro. in qua ponit exordiũ & cauſam quare fecit iſtam conſtitutionem.& prohibet generaliter monachis ne exceedant in habitu, ſiue in veſtibus, cibis,& potibus, equitaturis, & lectiſterniis. Secundò ibi, Statuim⁹. ſpecialiter ꝓuidet circa veſtes proximas habitui, vt ſunt almutia, caputia, calceamenta, zonę,cultelli,calcaria,ſellæ, & ſrena equorũ: & vltimo circa habitũ ſuperiorẽ. Tertiò ibi, Sanè.ꝓuidet circa ipſorum monachorum confeſsionem, communionẽ: & circa expoſitionem regulæ: & circa inſtructionem ſeu doctrinam paruorũ nouitiorũ. Quartò ibi, Porrò. prouidet circa venationes,& aucupationes:qualiter & quando debent venari. Quintò ibi, Si quis autem.punit aliquos tranſgreſſores iſtius conſtitutionis:& iubet puniri alios ſecundum diſciplinam regularẽ:Sextò ibi, Quia verò nõnulli.prouidet ſeu ſtatuit contra profeſſos eũtes ad curias principum,vel aliàs vagãtes, vel intra ſepta monaſterij arma tenentes.Septimò ibi,Ad hæc prædeceſſorum.prouidet contra ipſorũ ſolitudines.Octauò ibi,Cæterũ prioratus.prouidet de priorum ætate & ipſorum ſacerdotio: profeſsione & habitatione. Nono ibi, Ad ampliationem autẽ. prouidet de monachorũ ordinatione,& de ipſorũ doctrina.Decimò ibi, Præmiſſa igitur omnia,confirmat & innouat decretalẽ.ſ.eo. cùm ad monaſterium.& ca.in ſingulis. Et per partes poteris legere Clementinam.

*reformandis tam in veſtibus quã in cibis,& quo ad cibos dic ꝙ quinq; modis exceditur.de cõſe.diſti.vi. quinque. quos proſequitur Stepha.in quo nõ expedit inſtare.Zabar.*

*exquiſitum ornatum vel notabilem exceſſum in veſtibus,cibis,potibus,equitaturis, & lectiſterniis.*

CAPITVLVM I.

NE in agro [k] dominico, ſacra [l] videlicet monachorum nigrorum [m] religione, indecorum aliquid obrepat, [n] aut vitioſum quidquam pernicioſè in ſegetem [o] coaleſcat, [p] ſed vt in illa [q] po-
B tius flores honoris,& honeſtatis [r] fruct⁹ in vbertate ſuccreſcant: eis [s] in veſtibus inordinatũ [t] omnem ſeu exquiſitũ [u] ornatum aut cultum, necnon

C k *Agro.* habet dominus agrum, vt hîc: & vineam de magiſt.capitu.vltim.in fin.domum. de elect. cùm in cunctis.in princ.de cuſto.eucha. capit.ij. & amplam, in qua ſunt manſiones multæ.de pœnit.diſtin.iiij.in domo. quid vltra? non inſtemus in his: quia ipſius eſt terra, orbis terrarum &c.de deci.tua.ij.

*Dominus habet agrum, vineã,domũ etiam amplam.*

Gloſ.ſeq.alleg.duas concor. & ponens antiquũ & modernum ſtatum ordinis,& duplex ſignificatum coloris,conſtitutionem commendat.

l *Sacra.* concor.ſupra eo,recolentes. in princi.de priuileg. cùm & plantare. in princ.Sanctitatem & venerationem huius ordinis oſtendunt documenta patrum, & abundantia temporalium, quibus monaſteria huius ordinis pullularũt: ſed nunc prohdolor quòd in multis deficiunt verborum & exemplorum documenta: & ad inſtar filij prodigi diſsipatæ ſunt patrum ſubſtantiæ:& quandoque noſtri cupiunt replere de ſiliquis ventrem ſuum. Lucæ xv.xxxvj.diſtinctione. §. hinc etiam ille filius. & cùm habitus nigredo in mortificationem carnis & vitiorum,fuerit inuenta, vtinam meritorum & virtutum obfuſcationes per illam hodie non ſignentur:ad quod optatum laborat hæc conſtitutio. Ioan. And.

*Monachalis ordinis laus & vituperium.*

D Gloſſa ſequens ſoluit dubium, & rationem diuerſitatis reddit.

m *Nigrorum.* in aliis non videtur hæc conſtitutio locũ habere,inquantum ſcilicet ius nouum inducit,ſaluo quod j.dicam.§.ſanè.in prin.& §.quia verò. cum §.ſequẽtibus.& potuit eſſe conſideratio, quia alij monachi communiter habẽt corpus & caput maius: vt Ciſterciẽſes,Camalduleẽſes,& his ſimiles: quo quia carẽt nigri monachi,minus ibi viget correctio.facit j.c.proxi.in prin.

*Monachi nigri habẽt corpus & caput minus quã alij monachi.*

n *Obrepat.* quaſi latenter ſubintret. & eſt idem verbum in proœmio huius compil.poſt prin.

o *Segetem.*xxiiij.q.j.quoniam vetus.lvj.diſt.naſci.

p *Coaleſcat.* quaſi caleſcat,alatur,vel nutriatur.

q *In illa.* religione nigrorum.

r *Honeſtatis.* Eccleſiaſtici. xxiiij. Flores mei fructus honoris & honeſtatis.

ſ *Eis.* interdicentes,quod eſt j.

t *Inordinatum.* beatus Bern.contra Cluniacen. Nullus quidem ordo quippiam recipit inordinatum.

u *Exquiſitum.* hoc ſoluit omne contrariũ,quod de munditia vel ornatu poſſet opponi. quod dic vt no.xxj.q.iiij.in ſumma.&



ma.& per totum de cuſto.eucha.c.vlt.in vlt.gloſ.

a *Cibis & potibus.* de vi.& hon.cle.à crapula.& de his in regula xxxix.& xl.di.capitulis.Dicit autem Anaſtaſius:Abſtinentia continentiæ nutrix eſt: quæ facilius frenos patitur,ſi non deliciarum calcaribus incitetur.

*Abſtinentia eſt continentiæ nutrix.*

b *Equitaturis.*de his infrà dicetur.

c *Lectiſterniis.* componitur lectus cum ſterno:& ſumitur ꝓ lecto ſtrato,& parato,& omni ipſius paramento.

*Lectiſternium quid ſignificat.*

d *Exceſſum.* ſonat in vitium. j. titu. ij. cap.j.

e *Statuimus.* ſecũda pars.

f *Habitui.*floco,cucullæ vel ſcapulari: vt j.dicetur.

g *Nigri, bruni, aut albi.* hos tres colores permittendo, alios omnes vel miſcolos prohibet: qđ multi non ponderant. quod ergo dicit regula.lv. cap.de colore,non cauſentur monachi: nõ intendit quòd omnibus coloribus liceat eis vti:nam etiã ſecularibus clericis ſunt quidam interdicti. de vi.& hon. cle.clerici.ij. ſed hoc intẽdit: quòd non cauſentur inter colores permiſſos ꝙ iſte ſit fixior,pulchrior,vel melior illo.

h *Coloris.*iſti colores ſine tinctura ex lana poſſunt haberi: & ideo potius approbari.

i *Regione.*regio,regionis dicitur à rex, regis, patria ſcilicet quẽ rex regit, & habet diminutiuũ, regiũcula, quaſi parua regio.

*Regio dicitur à rege.*

k *Degunt.* concor. xij.diſti.illud. lxxvj. diſt.vtinam.

l *Subtilius.*vnde dicit regula prædicta c.lj. de groſsitudine non cauſentur monachi.

m *Breuitate.* de vit. & ho.cle. clerici.23. diſt.non liceat.ij.

n *Pugnum.* hoc eſt clauſa manus cũ apprehẽſione digitorũ: & dicitur à pungo. qui enim manu vult pungere, ſtringit pugnum. nõ denudent ergo brachiũ, vt faciunt dominæ, & quidã Hiſpanĩ: nec vtantur guarnachiis quas prohibet hæc litera.

*Pugnus vnde dicitur.*

in cibis [a] & potibus,equitaturis [b] & lectiſterniis, [c] quemuis notabilẽ interdicentes exceſſum. [d]

*Specialiter prouidet circa veſtes habitui ꝓximas,almutias, caputia,calceamenta,zonas,cultellos,calcaria,ſellas,& frenos ipſorum: & vltimo circa habitum ſuperiorem.Ioan.And.*

Statuimus [e] vt ſuperior veſtis ipſorũ habitui [f] proxima, nigri, [g] bruni, aut albi coloris [h] exiſtat iuxta morẽ apud eos ſeruari ſolitum in regio-
B ne [i] qua degunt: [k] nec in qualitate panni regularis excedatur modeſtia, nec quæratur quod pretioſius & ſubtilius, [l] ſed quod vtilius valeat inueniri. Sit etiam veſtis ipſa rotunda per circuitum, & non ſciſſa, nec longitudine nimia, aut breuitate [m] notanda: largas etiam manicas habeat vſque ad pugnũ [n] protenſas, nõ cõſutitias,vel quomodolibet [o] botonatas. Almutius de panno nigro vel pellibus caputiorum loco cum caputiis habitus quem geſtauerint, ſint contenti:iuxta tamen diſpoſitionem abbatis ſciſsis ſuper humeros, [p] & honeſtis caputiis vti poſsint. In veſtibus ſendatum [q] pro foderaturis non portent. Aeſtiualibus [r] largis aut botis altis [s] pro calceamẽtis vtantur. Nullus zonam, cultellum,calcaria cum ornatu deferre, aut cum ſella clauorũ ornatu decorata ſuperfluo,vel nimis aliàs ſumptuoſa, ſiue cum freno ferraturam ad ornatum [t] habente equitare præſumat. Rurſus in locis in quibus fuerit congregatio duodecim [u] monachorũ aut ſuprà,intra ſepta [x] monaſterij abbas, prior, aut alius præſidens portet flocum [y] de panno pro flocis aut cucullis in ipſo monaſterio conſueto: [z] monachi verò alij in monaſte

o *Quomodolibet.* ergo etiam vnum vel duos botonos portare non licet.

p *Humeros.* apud nos communius ſcindunt ante pectus: & tamen infra imponitur pœna. Et aduerte:quia modum ſciſſuræ non reliquit hîc diſpoſitioni abbatis, ſed ſolum in deferendo vel non: ſatis tamen videretur ſufficere diſpoſitio tacita, ſcilicet cùm ipſe abbas caputio vtatur. iſta verò ſciſſura debet eſſe tanta quòd appareat & patens ſit. facit ſ. tit. proxi.c.fina.& quod dixi ſ.ca.compil.de vita & honeſt.cle. cap.ij.

*Sendatum quid notat*

q *Sendatum.* omne ſericũ comprehendit: & vide quod dixi Clementinæ.

A j.ca.j.ſuper ver.ſericis.

r *Aeſtiualibus.*in vulgari vocamus ſtiuale:& ſunt calceamẽta corij quibus in æſtate vtor, & optima ſiunt apud ſanctum Seuerinum.

ſ *Botis altis.* quę capiũt ſupra talos,& aliquid de crure:& ligantur quandoq;: & hos infra vocat ſotulares corrigiatos.

riis in quibus flocos ſoliti [a] ſunt portare,debent etiam vti eis. In aliis autem monaſteriis & intra domos & alios prioratus vbi non eſt tanta congregatio monachorum,cucullas [b] clauſas deferant & honeſtas. Cùm verò abbates,priores,aut alios præſidẽtes & monachos alios extra monaſterium proficiſci contingat: flocũ,cucullam, aut capa [c] clauſam habeant, & ſubtus capam
B ſi eam portauerint, cucullam deferant, aut ſi maluerint ſcapulare. Cùm autẽ ad ſeruiendum in diuinis officiis albis [d] vel ſacris veſtibus induentur, aut cùm occupabuntur in operibus, vti eis liceat ſcapulari. Verum ne ex diuerſa acceptione, quam in diuerſis regionibus huiuſmodi vocabula flocus videlicet & cuculla dicuntur habere, hæſitandi circa præmiſſa materia relinquatur: cucullæ nomine habitum longum & amplum, ſed manicas non habentem: nomine verò floci habitum
C qui longas & amplas habet manicas, non intelligere declaramus.

*Prouidet circa monachorũ cõfeſsionem, communionem, expoſitionem regulæ, & inſtructionem nouitiorum. Ioan.And.*

Sanè [e] † ſingulis menſibus [f] tam in monaſteriis quàm extra (ſublata occaſione quacunque)ad confeſsionem ſaltẽ ſemel accedant omnes & ſinguli [g] monachi. Et in prima [h] dominica menſis cuiuſlibet in monaſteriis ſemper communicent, niſi ex cauſa fortè quã abbati, priori, aut pœnitentiariis monaſteriorum nõ diſ-
D ferant intimare, eorumque iudicio vel abſtineant [i] vel accedant. Regula quoque cum in capitulo legitur ab illo qui præeſt ipſi capitulo, vel alio cui hoc ipſe iniũxerit, propter

t *Ad ornatum.* per hoc verbũ ſ. duplicatũ patet ꝙ quãdo nõ ad ornatũ,ſed ꝓpter ingruẽtẽ neceſſitatem talibus vterentur, eſſent excuſabiles.ad hoc de vi. & hon.cle.clerici. & j.§.porrò.

*Habitum indecentẽ licet ferre ꝓpter neceſsitatem,*

u *Duodecim monachorum.*incluſo prelato. de ſimo.c.ſi. de priuile.ex ore.

x *Septa.* id eſt clauſuram ſic dictã à ſepio,pis.per c.ſcripta aliud ſignificabit: vt dicetur j.de hæreti. ad noſtrum.in prin.

*Septa & ſecta differunt.*

y *Flocum.* in regula nõ habetur hoc nomen:& j. dicet quid ſit flocus.

z *Conſueto.* ſic ergo videtur excuſabiles monachi Angliæ, ſi meliori pãno vtãtur quàm noſtri.

a *Soliti.*cõcor.xxxj. diſt.ca.j. de cenſi.cũ apoſtolus.in fin. Io. And.

b *Cucullas.* de his xx.quæ.iij.præſens. xix.q.iij.c.ij. de æta. & qual.intelleximᵘ.

*Capa vnde dicitur.*

c *Capam.* rondelli qui nũc in vſu ſunt, nõ ſunt propriæ papę:ſiue capa dicatur à capite,ſiue à capio capis: quia totũ hominẽ capiat: non enim habent caputiũ appẽſum.Et no.quia licet ſub capa ſit portandũ ſaltẽ ſcapulare, ſub floco vel cuculla non: quaſi illa ſint habitus, ſed nõ capa.

*† Iſte §. comprehẽdit canonicos regulares,ne rubrica ſit ſuperflua cõtra l.ſi quãdo. ff. de leg.j.& c. ſolitæ. de maior. & obed.Old. conſilio 212.Font. Alba dupliciter accipitur.*

d *Albis.* nõ ponitur pro colore, ſed pro veſte ſacra, de qua ſequitur verſus: Dicitur vrbs alba, veſtitur presbyter alba. vrbs illa de qua loquitur verſus, eſt de prouincia Lombardiæ.

e *Sanè.* tertia pars.

f *Menſibus.*arctãtur ergo monachi ſingulis menſibus ad quod fideles arctantur ſingulis annis. de pœn.& remiſs.omnis. propter religionis enim perfectionẽ aliquid debent ad penſum ſanctæ inſtitutionis adiicere. iiij. diſt.denique.

*Monachi ſingulis menſibus communicent.*

g *Singuli.* concord. de exceſs. prælat. nimis. j. & ij. in fine. Et dubito an per hoc intendat dilatare hanc conſtitutionem quo ad hoc ad alios monachos: quod ſatis eſt honeſtum.

h *In prima.* non puto quòd ſolennitas feſti occurrentis ea die,puta Reſurrectionis, Pentecoſtes, vel patroni monaſterij habeat hoc alterare.facit eo.tit. cùm ad monaſterium. in principio.

i *Abſtineant.* concor.de pœni.& remiſ.omnis.

a *Iuniores.* vbi ergo tales non eſſent, iſta expoſitio nõ fieret. facit de elect. indemnitatibus. §. penu. lib. vj. & j. de iure patro. c. j. §. ſane.
b *Exponatur.* viij. q. j. oportet. xliij. diſt. §. vlt.
c *Nouitiis.* i. ſcholaſticis non inſtructis, qui ſub diſciplina degunt, dato etiam ꝙ ſint profeſsi: cũ eadem & fortior ſit ratio. aliter ſumitur ſupra tit. j. c. adi. cum concor.
d *Fidelis.* nõ ſolum catholicus, ſed etiã diligens, & fidelis & legalis.
e *Inſtructor.* xij. q. j. c. j. xxviij. diſt. de his. in auth. de mona. §. volumus, in fi. coll. j.
f *Porrò.* quarta pars.
g *Venationibus.* Hæ propriæ ſiunt ad beſtias: aucupationes de quibus ſequitur, ſiunt ad aues: inde aucupator, auium captor.
h *Intereſſe.* concor. j. de baptiſ. præſenti. cum concor.
i *Venaticos.* de aliis qui ſunt ad cuſtodiã, non prohibet.
k *Præſumant.* hæc prohibẽtur etiã ſecularibus clericis. de cler. ve. c. j. & ij. cum ſuis concor.
l *Familiaribus.* tenetur quis de facto familiæ. de hoc de reſti. ſpo. cùm ad ſedẽ. in glo. penul.
m *Saltus.* de ſaltibus & viuariis habetur ff. de vſufruct. vſufructuarium venari. j. reſpon. & j. §. Dicitur autem ſaltus nemus raras habens arbores, vbi feræ & venatores & canes bene ſaliunt, dixit quidam: Eſſe nemo ſaltus', ſalientis dicitur actus. Viuaria dicuntur talia loca: quia ibi viuunt & nutriuntur feræ: & circa piſces vtimur hoc verbo. Garenæ non eſt noſtrũ vulgare: & fortè dicuntur à garrio garris. Et quomodo & quare dicantur iſta loca foreſtæ, ſyluæ, inſulæ, & prata, ſcripſi poſt Hoſt. de dona. cùm dilecti. ſuper prima gloſ.

† *No. de regula exponenda vulgariter: quòd ſit ad plenã eius notitiam. Ex hoc infert Paulus ad examinationem teſtium quibus capitula debent legi vulgariter, ſi non intelligunt literaliter: & debent eis exponi de verbo ad verbũ: vt not. in Spe. de teſte. §. nunc tractandũ. poſt princ. Card.*

*Saltus viuaria et garenæ quid notant.*

iuniores [a] vulgariter † exponatur. [b] Nouitiis [c] etiam fidelis [d] deputetur inſtructor [e] tã in diuinis officiis quã in obſeruantia regulari.

*Prouidet circa venationes & aucupationes monachorum. Ioan. And.*

Porrò [f] à venationibus [g] & aucupationibus omnes ſemper abſtineant, nec eis intereſſe, [h] aut canes vel aues venaticos [i] per ſe vel per alios tenere præſumant, [k] nec à familiaribus [l] ſecum morantibus teneri permittant, niſi ſaltus [m] viuaria, vel garenas proprias, vel ius venandi in alienis haberent, in quibus cuniculi vel feræ aliæ forſan eſſent: quo caſu hoc eis permittitur, dum tamen intra monaſteria ſeu domos quas inhabitant, aut eorum clauſuras venaticos canes non teneant, nec venationi præſentiam exhibeant perſonalem. [n]

*Punit certos prædictorum transgreſſores omnes alios puniri iubens iuxta diſciplinam regulæ. Ioan. And.*

Si quis autem [o] præmiſſorum temerarius extiterit violator, regulari [p] ſubiaceat diſciplinæ: Et nihilominus ſi ſotulares [q] non corrigiatos & altos, [r] aut caputia (vt præfertur) [s] non fiſſa [t] portare præſumpſerit, ſi quidem abbas vel prior non [u] habens abbatem proprium fuerit, per annum ſe nouerit à beneficiorũ collatione ſuſpenſum: Si verò alius [x] fuerit, ab adminiſtratione, ſi quã obtinet, ſit per annũ ſuſpenſus. Quòd ſi nullam [y] habeat, eo ipſo per annũ reddatur inhabilis ad adminiſtrationem & eccleſiaſticũ beneficium obtinendum. Si qui verò eorum venationi aut aucupationi clamoſæ, vel aliàs cum canibus aut auibus [z] ex propoſito [a] interfuerit: iuxta præmiſſam perſonarũ diſtinctionem, [b] dictarum ſuſpenſionis & inhabilitatis pœnas per biennium ipſo facto incurrant. Abbate autem vel priore à collatione (vt præmittitur) [c] beneficiorum ſuſpenſo, ad priorem clauſtralem cum conſilio & aſſenſu conuentus, vel maioris partis ipſius, eorũdem beneficiorũ collatio deuoluatur.

*Prouidet contra profeſſos euntes ad curias principum, vel aliàs vagantes, vel intra ſepta monaſterij arma tenẽtes. Io. An.*

Quia verò [d] nonnulli monachorum ipſorũ (ſicut accepimus) ſuaui [e] iugo [f] obſeruantiæ regularis abiecto, interdũ propriis relictis monaſteriis ſe in eis ſecurè morari nõ poſſe fingentes, vel alio colore quæſito, per curias principum euagando diſcurrunt: & niſi à prælatis eorum petita penſio vel ſubuentio aſsignetur eiſdem, conſpirantes in illos, eiſque proditionem vel alia grauia imponentes, eos capi & incarcerari, ipſorũmque monaſteria cõburi procurant, & interdum monaſteriorum ipſorum bona in totũ vel in partem non modicam occupare præſumunt: Nos eorũ in hac parte reprobis auſibus obuiare volentes, hoc edicto perpetuo prohibemus ne monachi aut regulares canonici [g] adminiſtrationem aliquam non habẽtes, ad curias [h] principum [i]

ſ *Præfertur.* in parte. ij. ver. almutiis.
t *Non fiſſa.* ſuper humeros.
u *Non habens.* concor. eo. tit. in ſingulis. in princ.
x *Alius.* quàm abbas, vel prior non habens abbatem.
y *Nullam habeat.* ſimilis diſtinctio. S. ea. compil. de vi. & honeſtat. clericor. quoniam. de deci. cap. j. & infrà de pœ. multorum.
z *Auibus.* ſi ergo ſine his fieret venatio vel aucupatio cũ retibus vel laqueis, non eſt locus huic pœnæ.
a *Ex propoſito.* ſecus ſi ex caſu. & concor. de ſent. excom. cum voluntate. in princ. de ſchiſ. capi. vnico. ver omnem.
b *Diſtinctionem.* vt ſcilicet abbates & priores non habentes, à collatione beneficiorum: alij ab adminiſtratione beneficiorum ſint ſuſpenſi: & non habentes ſint inhabiles ꝑ biennium. & ex maioritate pœnæ patet quòd iſta eſt maior culpa quàm præcedens. xxxiij. quæſt. prima. non afferamus.
c *Vt præmittitur.* reſtringit ergo hanc prouiſionem ad hos caſus. in aliis ergo ſeruetur quod habetur ne ſede vacan. capitu. vnico. libro ſexto.
d *Quia verò.* ſexta pars, cuius cauſa potuit eſſe quod not. Ioan. Mon. de elect. generali. ver. clericos. lib. vj.
e *Suaui.* Matth. xj. in fin. & dic ſuaui iuſtis & appetentibus. de pœnit. diſtinct. j. perfecta. quibus eſt clauſtrum quaſi aqua piſcibus. xvj. q. j. placuit. ij. aliis eſt carcer. de ſentẽ. excommu. vt famæ ad vtrũque. xxviij. diſt. de his.
f *Iugo.* idem verbum in prædict. ca. de his. & de præſumpt. cùm in iuuentute. in prin. & dicitur à iungo, gis. & ſolet vocari ligneum inſtrumentum quo boues iunguntur, & adinuicem arctantur, ſiue etiam iugantur.

*Iugũ vnde dicitur.*

Gloſ. ſeq. oſtendit reprobatam opin. Hoſtien.
n *Perſonalem.* reprobat quod no. Hoſt. de cle. vena. c. ij. vbi dicit per ver. vagationes. quòd ſi reditus clericorum etiã religioſorum conſiſtunt in venatione, puta cuniculorum, vt in Prouincia, vel ferarũ vt in Anglia: licebit illis, tamen tempore cõpetenti, maximè deficiente familia, in propriis perſonis venationem capere & vendere, cùm id non ſit vagari, ſed neceſsitati & vtilitati eccleſiæ ſubuenire, ad quod clerici tenentur. vij. q. j. præſentium. & ca. placuit vt nemini. xvj. q. j. qui verè. & ca. vos autem. quo ad religioſos hoc hîc corrigitur.

*Religioſorũ reditus quãdoque conſiſtũt in venatione.*

o *Si quis autem.* v. pars.
p *Regulari.* id eſt, quam dictat regula, ſcilicet xxiij. capit. & duobus ſeq. & xviij. & duobus ſequent. & de hoc ſcripſi de regu. cap. fin.
q *Sotulares.* à ſub & talo: nec recedit à præmiſſa permiſsione æſtiualium: ſed dicit ſotulares cum illis vtũtur, tales eſſe debere.

*Sotulares vnde dicũtur.*

r *Altos.* de quibus prædixi ibi, botis altis.

g *Canonici.* de hac ergo parte non dubitamus quin liget etiam monachos non nigros.
h *Non habentes.* illos enim quandoque pro ipſarum adminiſtrationum cauſis illuc ire oportet, quas proſequi poſſunt, licet non ſint perpetui. de iudi. cùm deputati.
Gloſ. ſeq. ponit ſecundum Hug. xij. abuſiones clauſtri: primam proſequens, de qua hîc loquitur, & totidem ſeculi, ſecundum Cyprianum.

*Clauſtri abuſiones ſunt. 12.*

i *Curias principũ.* de offi. ordi. quanto. Inter duodecim abuſiones clauſtri enumerat iſtã Hug. de Folleto, li. ij. de animæ clauſtro, ſic dicẽs: Duodecim ſunt abuſiones clauſtri, quibꝰ tota religionis maſſa corrũpitur: prælatꝰ negligẽs, diſcipulꝰ inobediens, iuuenis otioſus, ſenex obſtinatꝰ, monachus curialis, monachꝰ cauſidicꝰ, habitus precioſus, cibꝰ exquiſitꝰ, rumor in clauſtro, lis in capitulo, diſſolutio in choro, irreuerẽtia circa altare. Et hæc ſingula ibi pulchrè proſequitur: & dicit ibi ad propoſitũ, ꝙ cũ dicitur monachꝰ curialis: ex adiuncto



iuncto deſignatur aliquid leuitatis. Ordo enim clauſtri & ordo curiæ, diuerſus eſt: ibi dextra tua repletur muneribus: hîc lauas manus tuas inter innocentes. Ibi pauperũ res violenter auferuntur: hîc à paupere ſpontè offeruntur. Ibi laudatur peccator in deſideriis animæ ſuę: hîc bene ſit iuſto. Et poſt pauca ſubmittit quòd monachus curialis pro ſeculari prĩcipe alpiũ frigora & Italicos calores libẽter patitur, qui ꝓ magiſtro ſpiritali multo minora forſan inuitus pateretur. & huic concor. xlvij. diſt. omnes. Et ex quo circa iſta vagamur, ad religioſorum refrigeriũ ſcire debes, quòd Cyprianus librũ fecit de duodecim abuſionibus ſeculi: dicens quòd ſunt hæ: ſapiens ſine operibus, ſenex ſine religione, adoleſcẽs ſine obedientia, diues ſine eleemoſyna, fœmina ſine pudicitia, dominus ſine virtute, Chriſtianus contentioſus, pauper ſuperbus, Rex iniquꝰ, epiſcopus negligẽs, plebs ſine diſciplina, populus ſine lege: dicens quòd ſic ſuffocatur iuſtitia: & ibi ſingulas ordinatè proſequitur.
a *Speciali.* generalis ergo, puta quòd poſsint ſe qui voluerint abſentare, non ſufficit.

*† Idem ſi inferre attẽtauerũt, & nõ inferant: vt dicit gloſ. in verb. ipſo facto. facit l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſt. tamen Io. And. in c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6. dicit quãdo pœna per legẽ ipſo facto infligitur, requiritur ꝑfecta delicti conſummatio. Font.*

*Seculi abuſiones ſunt 12.*

A

abſque ſpeciali [a] prælatorum ſuorum licentia ſe conferre præſumant. Quòd ſi vt ſuis prælatis aut monaſteriis damnum aliquod inferant, † ad dictas curias ſe conferre præſumpſerint, excommunicationis ſententiam eos incurrere volumus ipſo facto. [b]

Prælatis eorum diſtrictè nihilominus iniungentes, vt ipſos à prædictarum curiarum acceſſu, & aliis quibuſlibet vagationibus & diſcurſu diligenter compeſcere, ac ſuper hoc non parentes eiſdem, ſeuerè corrigere non omittant. Præfatæ quoque ſententiæ, monachos [c] intra [d] ſepta monaſteriorum ſine licentia abbatum ſuorum arma [e] tenentes, [f] decernimus ſubiacere.

*Prouidet circa monachorum ſolitudines. Io. in. And.*

Ad hæc [g] prædeceſſorũ noſtrorum [h] veſtigiis inhęrẽtes, [i] perpetuo prohibemus edicto, ne monachi [k] ſinguli in ſingulis ſibi commiſsis adminiſtrationibus vel prioratibus habitare præſumant: Sed ſi prouentus prioratuum ſeu adminiſtrationũ huiuſmodi duobus [l] fortè non ſuppetant, iidẽ prioratus ſeu adminiſtrationes, niſi per abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis aliis viciniorib us ad eorũ monaſteria pertinentibus, vel ipſorum monaſteriorum officiis, [m] aut inter ſe inuicem, [n] prout erit commodius, cum conſilio & aſſenſu [o] abbatum per locorum ipſorum ordinarios [p] vniantur: Monachis locorum quæ aliis vnientur prioribus, ad clauſtrum [q] primitus reuocandis, & clericis ſeruituris [r] ibidem, de locorum ipſorum prouentibus prouiſione debita facienda.

B

*Prouidet de priorum ætate, & ipſorũ ſacerdotio, profeſsione, & habitatione. Io. in. And.*

Cęterùm [s] prioratus cõuentuales [t] alicui, niſi xxv. annum attigerit: alij verò curã animarũ habẽtes, etſi [u] cura ipſa per ſeculares habeat presbyteros exerceri, cuiquã niſi xx. annũ

C

Gloſ. ſeq. notat ad hanc pœnam duo requiri, & illa ſufficere, & contrarium ſoluit.
b *Ipſo facto.* ad hanc excommunicationẽ contrahẽdã duo videntur neceſſaria. ſ. ꝙ intrauerint curiã, & ꝙ cauſa damnificandi monaſteriũ vel prælatũ: licentiã verò habere vel nõ habere, non puto ponderandũ, cùm hîc non repetatur. hinc eſt etiã ꝙ de licentia prælati intrans curiã, ſi ad hoc intrat, ligatus eſt. ex ſolo igitur exitu clauſtri ob hanc cauſam nõ ligatur. ſi. ne cler. vel mon. c. iij. & vlt. Item ex quo intrauit ob hanc cauſam, licet damnũ non intulerit. ſiue quia nõ potuit, ſiue quia pœnituit, ligatus eſt. ſi. de homi. pro humani. lib. vj. & quod ibi no. nõ obſtat. ff. de furtis, vulgaris. §. qui furti. quia licet is qui domũ intrauit animo furandi, adhuc nõ teneatur furti: tenetur tamẽ iniuriarũ, vel de vi ſi vim intulit: vt ibi. ſic & iſte licet de dãno non tenentur quod nondũ intulit: tamen intrando conſummauit delictum quo ad hanc pœnam.

*Domũ intrãs animo furãdi, an ſtatim teneatur furti.*

c *Monachos.* non repetit regulares canonicos.
d *Intra.* aliàs infra. Et patet per hoc quòd extra tenentem pœna non includit. Ioan. And.
e *Arma.* in cõmuni ſignificatione comprehendunt tela: ſed dicũtur arma ſtrictè quibus defendimur: tela quibus impugnamus. inſtitu. de publi. iudi. §. item lex Cornelia. de homi. ſi perfodiẽs. ſed vt ibi no. telorũ appellatio, etiã fuſtes & lapides comprehendit, & omne quòd arcu & manu mittitur: vt prædicto §. item lex Cornelia. & ff. de verb. ſig. armorum appellatio. nõ puto tamen authorẽ ſic latiſsimè intellexiſſe. Ioan. And.

*Arma & tela differunt.*

f *Tenentes.* veniens deforis ad clauſtrũ cũ armis nõ animo tenendi, nec tenet, ex delatione ligari nõ videtur: vt verbum cum effectu &c. de cler. non reſi. relatum. cum concor.
g *Ad hæc.* vij. pars: & expone, id eſt præter, vel vltra hoc.
h *Noſtrorũ.* ſcilicet Alexandri & Honorij. eo. tit. c. ij. de capel. mona. c. pen. & vlt.
i *Inhærentes.* concor. de iuramen. calum. c. j. & de re iudi. cũ olim. de tornea. c. j. Ioan. And.
k *Monachi.* ſimpliciter loquitur: vnde de omnibus intelligitur. Ioan. And.
Gloſ. ſeq. notat contra. opi. & remittit.
l *Duobus.* ſcilicet priori & ſocio: & per hoc patet non eſſe neceſsè quòd prior habeat duos ſocios: licet quidam cõtra per decre. vlt. de capel. mona. ad quam reſponde vt ibi ſcripſi ſuper verbo, monachos.
m *Officiis.* vt eleemoſynarię, ſacriſtię, cellerarię, & ſimilibꝰ.
n *Inuicem.* quia ſcilicet duo talia loca, quorũ neutrum ſufficit ad priorem & ſocium vnientur.
o *Aſſenſu.* ſi hoc nõ addidiſſet, ſufficiebat cõſiliũ quęrere. de arbi. cũ olim. & licet hîc reqratur cõſenſus abbatis, nihilominꝰ neceſſariũ puto cõſenſum capituli eccleſię cathedralis. S. e. compil. de re. eccle. nõ alie. ſi vna.
Glo. ſe. dicit quid approbat. ſecundò quærit, allegat ꝓ & cõtra. ponit opi. quã approbat cum determinatione.
p *Ordinarios.* approbat quod not. Inn. & Abb. de exceſ. pręla. ſicut. vbi tenent ꝙ abbates eccleſias etiam pleno iure ſibi ſubiectas, [a] venire non poſſunt. & facit quod dixi S. e. cõpil. de re. eccle. nõ alie. ſi vna. de rerũ permu. c. vnico. Quęrit Archi. de præb. cũ ſingula. lib. vj. an abbates poſsint hoc pręſcribere: allegat ꝙ ſic. de exceſ. prælat. accedentibus. Allegat ad cõtrariũ. 100. di. cõtra morẽ. xciij. diſ. illud. tenet quòd poſsint ſaltem circa prioratus ſimplices manuales non habentes curã, ſicut poſſent vnire grangias vel maneria. ff. de le. j. quod in rerum. §. vlt. de leg. ij. Caius. §. j. ff. de verb. ſign. l. locus. ad hanc alleg. facit quod not. de præben. tuæ. Satis videtur per ea quæ no. de præſcrip. auditis. & quæ ſcripſi in prædicta decret. accedentibus. quòd cùm iſtud ſit dignitatis & iuriſdictionis, non ordinis, quòd præſcribi poſsit, tamen cum titulo: niſi præſcriptio ſit talis cuius initij non ſit memoria. de præſcri. c. j. lib. vj.

*a In hoc caſu dubitat Abbas. nã quãdo ſunt pleno iure ſubiectæ, poſſunt abbates in illis exercere epiſcopalia iuriſdictionalia: vt no. glo. ſingularis in cle. 1. de re. eccle. non alie. et facit quod plenè dixit ipſe Abbas in c. ſignificaſti. de foro compe. hæc ex Panormitano.*

Gloſ. ſeq. probat quod dicitur, monachos non manere ſolos, de clauſtralibus intelligi.
q *Ad clauſtrũ.* ſæpius dixi & ſcripſi de capel. mona. c. ſi. quæ concor. huic, ꝙ iura quæ tractant de monachis ne ſoli maneant in capellis, de clauſtralibus intelliguntur: quod patet hîc & ibi. Si ergo monachꝰ eſt perpetuus inſtitutus ad curã populi: & ſic nihil habet cõmune cum monaſterio. xvj. q. j. ne pro. ſociũ non tenet: & ſic ſeruatur de facto: nec occurrit quare abbas talẽ monachũ de ſuo clauſtrali monacho ſociaret: ſed obediẽtiarius qui clauſtralis eſt: qui ſolo nutu abbatis reuocatur ad clauſtrũ, iſte non debet eſſe ſolus, vt cũ ſocio aliqualem ſtabilitatẽ clauſtri ſeruet: & idẽ in regulari canonico: vt eo. tit. quòd Dei. ſuper magna glo.

*Monachi clauſtrales ſoli in capellis manere non debẽt, ſed bene perpetuò inſtituti.*

D

Gloſ. ſeq. exponit, & obiectionem ſoluit.
r *Seruituris.* cum titulo vel ſine. de capel. mon. c. ſi. j. de exc. præ. frequens. ver. quidã. Sed dices ꝙ etiã clericus ſecularis debet habere ſociũ cum quo celebret. de ſi. preſ. veniens. cũ concor. fateor ꝙ eget ſeruitore, ſed non ſocio: & ideo ſufficere poterit talis locus presbytero & ſeruienti, qui duobus monachis non ſufficeret.
ſ *Cæterum.* octaua pars.
t *Conuentuales.* in quibꝰ ſcilicet ſunt plures collegialiter: de quo ſatis ſcripſi de iu. patro. nobis, nõ vt ſinguli. facit de exceſ. præla. dilecta. talis autem poteſt dari delegatus per papã. S. ea. compi. de reſcri. c. ij.
u *Etſi.* pro quamuis. vbi verò curã deberet exercere per ſeipſum, puto ꝙ debeat attigiſſe. xxv. annũ. de elec. cùm in cũctis. §. inferiora. Non ob. ꝙ ſit manualis: facit de elec. nemo deinceps. lib. vj. & per iſtud quãuis, videtur cõparare ad minorem ętatẽ. videtur enim aliquibus ſufficere talẽ eſſe maiorẽ. xiiij. annis, ex quo alius curã exercet. & hoc tollit: tamen

Clementinæ.



de mente

*Clauſtralis curā populi gerere nō debet.*

de mēte iuris non eſt quòd clauſtralis gerat curam populi. de capel.mona.c.j.& quod ibi dixi.

Gloſ.ſeq.alleg. quinque concor. & remittit,& rationē diuerſitatis dicit non reddendam.

a *Xx.annum peregerit.* concor.de regula.ad noſtram.de offi. dele.cùm viceſimū. vbi de hoc plenius. de elec.cum in cunctis: ad idem eo. tit. indemnitatibus.lib. vj.de æta. & qual.ca. vnic.lib. vj. quòd autem hic requiratur annus perfectus, & s. ſufficit inchoatus: eſt de arbitrariis ꝙ pendēt ex principis voluntate.

b *Iſtos vel illos.* ſcilicet conuentuales, vel nō conuētuales curatos. Et no. quòd licet decre. licet canon. de elect.lib.vj. locū non habeat in eccleſiis collegiatis, & aſſumptis ad ipſarum regimē: vt e.tit. ſtatutum. in prioratibus tamen cōuentualibus & religioſis & ipſorū prioribus locum habet: vt hic.

*Licet, canō, in prioratibus habet locum.*

Gloſ.ſeq. no.ſpecialem caſum.

c *Habuerint.* nō dicit receperint. per quod vult cōprehēre etiā iam promotos.& eſt ſi.de elect. cùm in cūctis.§.hoc ſanè. ſed contra dicit litera ſequēs ibi. à tempore collationis &c.ſed ſupplendū videtur, in prius commiſsis à tēpore quo ligat cōſtitutio.

d *Adeptæ.* vel ex quo per eos ſtaret. de elect. commiſſa. lib.vj.

e *Si ante annum.* & ſic non ſunt apti ad ſacerdotiū.s. ea. cōpil. de æta.& qualit. generalem.

f *Rationabili cauſa.* vt infirmitatis, irregularitatis ſuperuenientis ſine culpa ſua, vel pręcedētis, in qua ſufficienter diſpenſatū eſſet.de æta.& quali.tuam.vel his ſimilibus.

g *Conferantur.* concor.de elect.commiſſa.§.porrò.lib.vj.

h *Expreſſè.* Reprobat quod no.Aegi.de ele.cū in magiſtrū. vbi dicebat tēporalibus adminiſtrationibus monaſteriorū poſſe præfici non profeſſos, cū illi ſint quaſi caſtaldi. hîc autem vides ꝙ non ſufficit tacita profeſsio: vt ſic decr. nullus. de elect.lib.vj.etiam in his hodie locum habeat.

i *Conſuetudine.* No. caſum nouū quo dānatur conſuetudo. ſic j.c.proxi.in fi.& j.tit.j.c.ij.§.vt autem.& s.ea.compil.de æta.& quali.vt hi qui.cū ſuis concor. Et not. ꝙ licet damnet conſuetudinē de non reſidendo in prioratibus: non per hoc damnat illam quæ habet quòd tales priores vocem habeant in electione maioris abbatis.de qua no.de penul. c.j.in fine. lib.vj.& dixi de relig.domi.c.fin.

*Conſuetudo de non reſidendo in prioratibus non valet.*

Gloſ.ſeq.not.ſeptem æquiparantias.

k *Reſidere.* collige ex hac conſtitutione, & ex illa.s.ea. cōpil.de ſupplen.negligen. prælat. vnico, quomodo in multis æquiparantur prioratus manuales perpetuis beneficiis: ſcilicet in tempore Lateran.con.de conceſ.præben.c.ij.in cenſibus nouis non imponendis, neque antiquis augendis: in fructibus ipſorum cùm vacant non occupandis: in ipſorum pluralitate non habenda: in ætate, in ordine, in profeſsione, & reſidentia.

*Prioratus manualis æquiparatur in multis perpetuis beneficiis.*

l *Ex ſtudiorum.* de cle.non reſi.relatum.

m *Cauſa rationabili.* propter infirmitatem, aëris intemperiem, capitales inimicitias, vel ſimilia.

n *Ad ampliationem.* nona pars. & huic principio concor. de conſtit.ca.penultimum.

o *Quilibet.* non poteſt ergo negari quin in omnibus monachis locum habeat quod hic dicitur.

peregerit,[a] conferri nequeāt aut cōmitti. Qui autē prioratus iſtos vel illos[b] habuerint,[c] intra annum computandum à tempore collationis ſeu commiſsionis ſibi factæ de eis, & poſſeſsionis eorum adeptæ,[d] vel intra viceſimumquintum ætatis ſuæ annum, ſi ante annum[e] ipſum non conuentuales prioratus eis commiſsi fuerint, aut collati, ſe faciāt ad ſacerdotium promoueri. Quod ſi (ceſſante rationabili cauſa)[f] non fecerint, eo ipſo nulla etiā monitione præmiſſa prędictis prioratibus ſint priuati: qui ipſis iterum ea vice nullatenꝰ conferantur.[g] Sanè prioratus aliquis ſiue adminiſtratio cōmitti alicui vel conferri non poſsit, niſi expreſsè[h] profeſſus fuerit ordinem monachalem, neque prioratus aut adminiſtrationes extra monaſteria obtinentes, permittantur in monaſteriis, ſed teneātur in ipſis prioratibus ſeu adminiſtrationibus (quacunque non obſtante conſuetudine)[i] reſidere:[k] niſi ex ſtudiorum[l] vel alia cauſa rationabili[m] ad tēpus fortè ab huiuſmodi reſidentia excuſentur.

*Prouidet de monachorum ordinatione & ipſorum doctrina. Ioan. And.*

Ad ampliationem[n] autem cultus diuini ſtatuimus quòd monachi quilibet[o] ad monitionē abbatis ſe faciant ad omnes ordines ſacros (excuſatione ceſſante legitima)[p] promoueri.[q] Rurſus vt ipſis monachis proficiendi in ſcientia, via opportuna non deſit:[r] in ſingulis ipſorū monaſteriis quibus ad hoc ſuppetunt facultates,[s] idoneus teneatur magiſter, qui eos in primitiuis ſciētiis inſtruat diligenter.

*Confirmat & innouat decretalē ſuprà eodem, cum ad monaſterium. & ca. in ſingulis, hoc dicit. Ioan. And.*

Præmiſſa[t] igitur omnia, & ea nihilominus quæ fe.re. Innocentius papa quartus prædeceſſor noſter circa ſtatum monachorum ipſorum pro vberiori cultu obſeruantiæ regularis quo ad vſum camiſiarum, abdicationem proprietatis, ſilētium, & eſum carniū, ac de eorum capitulis de triennio in triennium celebrandis, & etiam quo ad quælibet alia ſtatuit[u] (quæ omnia innouamus & approbamus) expreſsè volumus & ſtatuimus firmiter obſeruari.[x]

Idem in eodem.

*Moniales quæ nulli ſubſunt niſi papæ, & canonici ſeculares, per ordinarios: & alia exempta per ſuos prælatos debent annis ſingulis viſitari. Et ponit numerū perſonarum viſitationi intereſſe debentium. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

ATtendētes quòd vbi gubernaculū diſciplinæ cōtēnitur[y], reſtat vt religio naufragetur:[z] prouidēdū cenſuimus eſſe præcipuè ne per cō-

p *Legitima.* quam ſi habet & non exauditur, ſupplicet vel appellet ad ſuperiorē abbatis ad inſtar ſerui ſupplicātis cōtra dominum. C. de preci. impe. offe.l.j. de appell. de priore. de iure pa.nullus.

*Seruus contra dominū ſupplicare poteſt.*

q *Promoueri.* ita & cōtra prohibitionē abbatis promoueri nō debent. de tēpo. ordi.ad aures.

r *Non deſit.* concor. de magiſtris. ca.j. & c.quia nonnullis.

ſ *Facultates.* Si abbas hoc nō ſeruans, dicit facultates non ſufficere: epiſcopus facta de hoc inquiſitione, ſi inueniat illas ſufficere, illū coget ad hoc, vel ponet ibi magiſtrum. de magiſtris.c.ij.

t *Præmiſſa.* decima pars.

u *Statuit.* eo.tit.cū ad monaſteriū. & c. in ſingulis.& ibi vide de his ꝓhibitis.

x *Obſeruari.* præcedēs ergo diſſuetudo circa præſcripta vel ſupradicta nō iuuat: & tamen innouatio iſta de facto non ꝓficit.

ATtendentes. Primò ponit exordiū. Secūdò cōſtitutionē: ibi, Hoc igitur ſacro. in qua primò ſtatuit ꝙ ordinarij ſingulis ānis viſitēt monaſteria monialiū nō exēpta, & exēpta quę ſoli papę ſubſunt: reliqua exempta viſitēt ſuperiores ipſorū. Secundò ſtatuit de officio viſitantiū: ibi, Viſitatores. Tertiò præcipit abbatiſſas benedicēdas debere intra annū poſt confirmationē benedici, & pœnā imponit: ibi, Statuimꝰ. Quartò, ibi, Illas quoque. conſtitutionē prorogat ad canonicas, cum quadā proteſtatione. Quintò ibi, Ipſos autē. determinat comitiuam viſitantiū. Sextò ibi, Si qui verò. punit illos qui viſitātes prędictos impediūt. CASVS. Sanctiſsime pater, vellē informari à ſanctitate veſtra, videlicet vtrum ordinarij, hoc eſt epiſcopi, debeant viſitare monaſteria monialiū, & qualiter debeant viſitare. Dicit Clemens, ſiue monaſteria ſint exempta ſiue nō, ordinarii debēt illa viſitare. ſed ſi ſint exēpta, viſitāt authoritate huius ca. ſibi delegata à papa: ſi non ſint exēpta, tunc viſitāt authoritate ſua ordinaria. Sed quæritur, ſub qua forma debeāt viſitare illa monaſteria? Dicit ꝙ forma hic contenta. No. ibi, monialiū &c. de monaſteriis monialiū viſitandis. Et dicit Pau. ꝙ nomine monialiū non cōprehenduntur monaſteria virorū. ff. de leg. ij. ſi ita ſcriptum. quia fœmininū non cōprehendit maſculinū: vt ibi. pro hoc no. j. §. ſtatuimus. in gl. in abbatibus. iij. No. de macula euitanda in religione. nam ſine macula & ruga debet eſſe ſpōſa Chriſti. xxj. diſt. quamuis. Zabarella.

*Diuiſio.*

y *Contemnitur.* xlv. diſt. Salomō. & c. ſeq. Io. Chryſo. Vbi nō timetur reprehēſor, ſecurus accedit tentator, & facilitas veniæ &c. de vi. & hone. cle. vt clericorum. cum ſuis concor.

z *Naufragetur.* quaſi naufragium patiatur. facit de pœ. diſt. ij. poſt naufragium. xxiiij. q. j. nō turbatur. xxiij. diſt. c. j. poſt princip.





a *Huiuſmodi.* correctionis & diſciplinæ.

b *Chriſto.* xxvij.q.j.quæ Chriſto.

c *Celebri.* Dicitur à cælo.& ponitur pro ſancto, pro ſolēni, pro feſtiuo, pro frequentato.

d *Offendere.* quod grauius eſt, quàm offendere terrenā.de hæret.vergentis.

temptum huiuſmodi[a] in his quę ſe Chriſto[b] voto celebri[c] deſponderunt, quidquam reperiatur incongruū, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam, & diuinā merito poſsit offendere[d] maieſtatē. Hoc igitur ſacro approbante concilio duximus ſtatuendū: vt ſingula monialiū monaſteria per ordinarios,[e] exempta videlicet quæ ita ſedi apoſtolicæ quòd nulli alij ſubiecta noſcūtur, apoſtolica:[f] nō exempta verò, ordinaria authoritate, ac exempta alia[g] per alios quibus ſubſunt, annis ſingulis[h] debeant[i] viſitari. Viſitatores autē huiuſmodi ſolicitudinis ſtudium diligenter impendant,[k] vt moniales[l] ipſæ (quarum nonnullas dolētes[m] audiuimus in ſubſcriptis excedere)[n] pannis ſericis,[o] variorū foderaturis, ſandaliis,[p] comatis & cornutis[q] crinibus, ſcacatis & virgatis[r] caputiolis non vtantur: non choreas,[ſ] non feſta[t] ſecularium proſequantur, non die noctúve per vicos & plateas incedant,[u] aut voluptuoſam aliàs vitam ducant: eaſque ſolertius[x] retrahāt ab inſolētiis[y] quibuſlibet & mundi huius illecebris,[z] ac inducant eaſdē ad impendendum in monaſteriis ſuis deuotum & debitū virtutū domino famulatū. Ad quæ omnia[a] obſeruanda moniales eaſdem (nō obſtātibus exēptionibus & priuilegiis quibuſcunque, quibus tamen quo ad alia[b] nolumus præiudiciū generari) per illos de quibus ſupra dictū eſt, cōpelli[c] iubemus remediis opportunis. Statuimus inſuper vt quæuis ad regimen abbatiarum aſſumptæ, in monaſteriis in quibus abbatiſſæ ſunt ſolitæ[d] benedici,[e] intra annum à ſuæ confirmationis

e *Per ordinarios.* annis ſingulis debeāt viſitari, quod eſt j.

f *Apoſtolica.* authoritate, quā ſequitur.

Gloſ.ſeq. diſtinguit duas ſpecies exemptarum: ad quæſtionem reſpondet.

g *Alia.* iſtorum ergo monaſteriorum exemptorum duæ ſunt ſpecies. aliqua ſunt exempta, quæ non recognoſcunt ſuperiorem niſi papam. alia ſunt exempta, quia ſunt ordinum exēptorū, ſicut monaſteria ordinis Ciſtercien. Camaldulen.& ſimiliū. Illa ergo nō corriget ordinariꝰ loci, ſed abbas vel prior cui ſubſunt. Si aūt monaſteria monialium ſubſunt aliis monaſteriis monialium, cū illa maior ꝑlata clauſuram exire nō debeat. eo.tit.c. vnico. lib.vj. videtur quòd illud monaſteriū ſic ſubiectum poſsit ordinarius viſitare. Archi. in prædi. decre. vnica, tenet ꝙ illa maior prælata per ſe viſitare non poſsit: ſed cùm iuſte ſit impedita, viſitabit per aliū. x.q.j. epiſcopū. facit de offi.ordi.inter.eo.tit. ſi epiſcopus.lib.vj.& ſecundū hoc ceſſabit ibi officium ordinarij.

*Monaſteriorū exemptorum duæ ſunt ſpecies.*

Gloſ.ſeq. in quæſtione remittit, & aliam ſoluit.

h *Annis ſingulis.* an ſufficiat hoc fieri in fine primi anni, & in principio ſecūdi: vide quod ſcripſi eo.tit. in ſingulis. in prin. hæc autem viſitatio fiet ſemel tantùm in anno: iterari tamen poterit ſi ſubſit cauſa. quod dic vt not. de offic. archid. mandamus. de cenſi. cum venerabilis. quod de non exemptis eſt indubitatum: ſed idem puto de exemptis. nec iſta litera contradicit.

*Viſitatio iterari poteſt.*

i *Debeant.* malè faciunt prælati qui has viſitationes omittunt: cum hoc verbum ſit præcepti, & neceſsitatem importet. de appel. oblatæ. in fi. de ſentent. excommu. vt famæ. & ſi quandoque ſapiat honeſtatem: ſed illud ſpeciale. de ſponſa. impu. ca.j.

*Debeo debes, neceſsitatem importat.*

k *Impendant.* capitula ſuper quibus inquirunt viſitatores monaſteriorum, formauit Guli. in Specu. de inquiſitione. §. nunc tractemus. verſi. licet autem.

l *Moniales.* Abbatiſſas includit. de ſimo. cap. fin. de priuile. ex ore.

m *Dolentes.* concor. s. eo. recolentes. in prin. de celeb. miſſ. dolentes. j. de cenſi. ad noſtrum. in prin. s. ea. compi. de elec. in pleriſque.

n *Excedere.* iunge hîc literam, non vtantur. Ioan. And.

o *Sericis.* imò nec habere debent ſericam texturam. xxj. q. iiij. c. j. ſed portare debent veſtes aptas profeſsioni & ſanctimoniæ. xxj. q. iiij. c. ſi. xxiij. diſt. ſanctimoniales. & facit s. ea. compil. de vi. & honeſt. cleri. quoniam in prin. Fulgētius ad Probam. Veſtis talis ſit ſacræ virginis, quæ teſtis ſit intimæ caſtitatis.

*Fulgentij dictum.*

p *Sandaliis.* de his de vſu pal. c. ſi. & xciij. diſtin. §. compagis. & ſunt calceamenta quibus vtuntur epiſcopi induti pontificalibus.

Gloſ.ſeq. tractat an moniales tondeantur.

q *Et cornutis.* per hanc copulam non videtur prohibere comas ipſarum vbi cornutę non ſunt. facit xxx. di. quicunque. & xx. quæſt. iij. ca. ij. vbi tenet hoc Lau. cùm ibi pręcipiat clericos tonderi, & non moniales. apud nos communiter tondentur moniales. & ca. quæcunque. de ſecularibus fœminis intelligitur, quæ in ſui velamen & ſubiectionis ſignū crinibus vtuntur. Refert Vegetius de re militari, ꝙ cum Romanis neruorum & funiū copia defeciſſet, & nō poſſent ad reſiſtendū bellatoribus machinas reparare: Romanę mulieres abſciſsis crinibus eos maritis tradiderunt, per quos reparatis machinis aduerſariorū impetum repulerunt. maluerunt enim (vt ipſe dicit) pudiciſsimæ fœminæ maritis conuiuere capite deformato, ꝙ integris crinibus hoſtibus ſeruire. ſic puto plus monialibus expedire deformato capite Deo conuiuere, quàm crines poliēdo, humani generis hoſti ſeruire. Ioan. And.

*Mulieres Romanæ pro machinarum reparatione crines abſciderunt.*



r *Virgatis.* hęc prohibētur etiam ſecularibus clericis. s. ea. compil. de vi. & honeſt. cler. quoniam. in prin. & in fine.

ſ *Choreas.* vide quā dicam j. de cele. miſ. ca. vnico. circa medium.

t *Feſta.* Cyprianus de laude virginitatis ſic loquitur: Nec cō putari iam potes inter puellas virgines Chriſti, quæ ſic viuis vt poſsis adamari.

u *Incedant.* etiā ex honeſta cauſa: debent enim manere ſub clauſura eo. tit. ca. vnico. lib. vj.

x *Solertius.* s. e. cōpil. de offi. ord. c. vnico. ibi exponitur.

y *Inſolentiis.* s. ead. compil. de offi. ordi. ca. j. ibi exponitur.

z *Illecebris.* ſcilicet carnalibus, vel illicitis delectationibus, ſic dictis, quia illiciunt.

a *Omnia.* & ſimilia. de conſti. tranſlato. de reſcri. inter. ff. de legi. non poſſunt. vnde ſi portarēt veſtes rubeas vel virides, vel in ſimilibus hîc non expreſsis excederent, coërcebunt ordinarij.

b *Alia.* legis diœceſanæ vel iuriſdictionis. quæ plenè not. de offi. ord. dilectus. per hoc tamen non eximit illas à procuratione, cum illa ſit annexa viſitationi. de preſcri. cū ex officij. de cenſi. cum venerabilis.

*Procuratio viſitationi eſt annexa.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubium principale, & quoddā incidens.

c *Compelli.* per hoc videtur ꝙ nō poſsint exemptas deſtituere. facit quod ſcripſi poſt Inno. de æta. & quali. quæris. in ſi. de reſcri. dilectus. j. & facit s. eo. tit. ca. quæ. ver. hæc eadē. quam per hanc immutari nō puto, quinetiam hodie illa loca viſitent viſitatores à capitulis prouincialibus deputati. quod patet: quia viſitant etiam non exempta: vt ibi. ergo ordinariorum poteſtas non impedit ipſorū officium. exerceāt ergo ordinarij quo ad exemptas cenſurā & diſciplinas regulę. s. ca. proxi. §. ſi quis. & hæc ſunt remedia opportuna de quibus ſequitur.

Gloſ. ſeq. infert, quærit & ſoluit.

d *Solitæ.* licet ergo abbatiſſæ benedicantur, tamen nō omnes. inſpicitur ergo mos monaſterij. concor. s. c. proxi. parte ij. ver. monachis alienationes. & xij. q. ij. allegationes. Quid ſi aliquæ fuerint benedictæ, aliquæ non? puto ſi de more ſeruato per xl. annos patere poſſet, illū ſequendū licet prius vel poſt ſeruatum fuerit contrarium. ar. de preb. cùm de beneficio. lib. vj. vbi verò affirmatiua vel negatiua tanti tēporis non apparet: puto pœnam iſtam locum nō habere, quaſi ex varia obſeruatione videatur hoc voluntarium. ad hoc de cenſi. ex parte.

*Abbatiſſæ non omnes benedicuntur.*

Glo. ſeq. ponit differentiam inter benedictionem abbatis & abbatiſſæ. ſecundò quęrit an ſit iterabilis: & duas opiniones ponit.

e *Benedici.* vt ſcripſi poſt Hoſti. de accu. meminimus. minus habet benedictio abbatiſſæ ꝙ abbatis: qa abbas benedictus monachos benedicit. de ſup. neg. præl. c. j. & cōfert minores ordines. de æta. & qua. cū cōtingat. quod ex fragilitate ſexus abbatiſſā non facit. de pœ. & re. noua. cū ſi. Licet ergo benedictio abbatis nō ſit ſimplex, ſed miſta inter ſimplicē & ordinariā: vt ſcripſi poſt Hoſti. de æta. & quali. tuā. benedictio tamē abbatiſſæ ſimplex videtur. Itē licet benedictio abbatis, à qua dependet ordinādi poteſtas, his diebus dari debeat quibus dādus eſt ordo, ſecundū Hoſti. qui dicit id tutius. de æta. & quali. cū cōtingat. de iſta tamē, à qua poteſtas illa non depēdet, minus videtur dubiū quin quolibet die dari poſsit.

*Abbas plus cōſequitur per benedictionē quā abbatiſſa.*

*Benedictio abbatiſſæ an ſit iterabilis.*

facit de conſecra.eccle.vel alta.ca.ij.& ſatis eſt certum tempus illi vel ſuis dependentiis non eſſe præfixum. Sed dubitatur an hæc benedictio ſit iterabilis? Hugo hic tenet quòd non.j.quæſt.j.manus. eſt enim quaſi ſacramentum, & ad inſtar benedictionis nuptiarum.de ſecun.nup.c.j.& iij. Quidā contra. Inquirendū eſſet quid ſeruet curia: certum eſt autē pro his benedictionibus dādis vel datis pretiū exigi non debere. de ſimo. ſicut.iij.

a *Tempore.* ſic etiā currit tempus conſecrationis epiſcopi, ſcilicet poſt confirmationem. 100. diſtin. c.j.de hoc de elect.cùm in cūctis. ver.cùm verò.

Gloſ.ſequēs ponit quinq; exēpla notabilia ꝓ neceſsitate.

*Abbatiſſæ benedictionem multa impediunt.*

b *Rationabilis.* puta ipſius infirmitas: voluntas diœceſani per ipſam ſępius requiſiti: vacatio ſedis: vel his ſimilia. Idem puto ſi poſſeſſionem abbatiæ nō habuiſſet, neq; per eam ſtetiſſet.ad hoc xcij.diſt. ſi qui epiſcopi. de elect. commiſſa.lib.vj. Item ſi corrupta ꝓmota eſſet per eum qui poſſet, nō benediceretur.& facit quod no.Hoſti.xx.q.j.iuuenculas. Per eum qui poſſet, dixi:quia corrupta non poteſt in abbatiſſam eligi: vt ibi.& facit.j.q.vij.cap.j.ver. nouimus.& no.xxxj.q.j. quomodo virginibus. nō enim poſſet corrupta virginitatem hortari.xxvj.diſt.c.penul.in fi.ergo non prę́ſit virginibus.

tempore [a] computandum, munus benedictionis ſuſcipiant: alioquin à iure ſuo (niſi ſubſit cauſa rationabilis) [b] prorſus ſe nouerint cecidiſſe, [c] per illos [d] ad quos id pertinet, ꝓuiſione de abbatiſsis monaſteriis ipſis canonicè facienda. Illas quoque mulieres quę vulgò [e] dicuntur canonicæ ſeculares, [f] & vt ſeculares canonici vitam ducunt, non renuntiantes proprio, nec profeſsionem aliquam facientes, per locorum ordinarios, ſi exemptæ non fuerint, ſua: ſi verò exemptæ fuerint, apoſtolica authoritate præcipimus viſitari: Per hoc tamen non intendentes earum ſtatum, regulam ſeu ordinem approbare. [g] Ipſos autem viſitatores notariis duobus, [h] & perſonis duabus [i] ſuæ eccleſiæ, [k] quatuorque viris aliis [l] honeſtis vtique & maturis [m] præcipimus in ea quam viſitando facient, inquiſitione fore cōtentos. [n] Si qui verò viſitatores ipſos [o] in præmiſsis impedire [p] pręſumpſerint, ſeu aliquo præmiſſorum (niſi moniti reſipiſcant) ipſo facto [q] excommunicationis ſententiā ſe nouerint incurſuros: priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſlibet in cōtrarium minimè valituris.

A monialibus, quòd parent ſe certa die ad recipiēdam viſitationem ipſorum:& in eiſdem literis faciunt monitionem ꝗ nullas impediat. talis enim monitio debet fieri, vt deſiſtant ab illato impedimento, vt locus ſit huic pœnæ. facit quod ſcripſi de conceſ.præb.cum noſtris.& ſuper gloſ.ij. Sed nunquid illato impedimento fiet monitio nominatim: an ſufficiet generalis? pro & contra facit §. ea. compil.de vi. & honeſt.cleri.c.j.de ſen. excom.conſtitutionem.lib.vj.

Gloſ.ſeq. remittit ad ſimile. ſecūdò dubium ſoluit.

q *Ipſo facto.* eſt ergo iſte caſus quo ſufficit monitio: nec eſt neceſſaria ſentētia.concor.decret.§. eā compil.de vita & hone.cle.c.j. Abſoluit autē ordinarius, ex quo papa nō reſeruat: vt de ſenten. excom.nuper.

## DE RELIGIOSIS DOMIBUS, vt epiſcopo ſint ſubiectæ.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Mulieres ſtatum beguinarum ſectantes & de nouo aſſumentes, ac religioſi in hoc dantes conſilium vel fauorem, ipſo facto ſunt excommunicati: ſtatus tamen pœnitentialis per hoc non interdicitur, ſecundum Pau.*

CAPIT. I.

Cvm [r] de quibuſdā

*Diuiſio.*

Cvm *de quibuſdam.* } Primò ponens conſtitutionis cauſam obolet & damnat ſtatum beguinarum:& excommunicat illum ſectantes, vel de nouo aſſumētes.Secundò ibi, Prædictis. excommunicat religioſos dātes circa id conſilium, auxilium vel fauorem. Tertiò proteſtatur ſtatum pœnitentiæ & humilitatis per id mulieribus nō prohiberi: ibi, Sanè. Accipe glo.& ſecundum diuiſionem proſequere particulas, & non indigebis poſitione caſus.

B

C Not. primò quòd ad hoc quòd quis dicatur religioſus, oportet quòd promittat tria vota quæ ſunt de ſubſtantia cuiuſlibet religionis: ſcilicet obedientiam, paupertatem & caſtitatem. Secundò no.iuncta gloſ.perſonas quibus permittitur prędicare. No.tertiò caſum in quo quis ipſo facto incurrit ſentētiam excommunicationis: videlicet ſi mulieres beguinæ aſſumant ſtatum ſuum poſt iſtam conſtitutionem: vel ſi non dimittant: tunc enim ipſo facto ſunt excommunicatæ. Not.ꝙ tres ſunt ordines beati Franciſci. Primus eſt maſculorū, qui confitētur omnia ſubſtātialia ordinis & religionis cuiuſlibet. Et iſte eſt ſtrictiſsim⁹, de quo in cle.exiui de paradiſo.de verb.ſig. Secūdus ordo beati Franciſci, eſt ordo ſanctæ Claræ ſororum, quę etiam profitentur illa ſubſtantialia. Sed differt à primo: quia iſte habet propriū in cōmuni: quod non habet primus ordo minorum. Tertius eſt ordo communis maſculis & fœminis: in quo exiſtentes ꝓmittunt obedientiam; & quandam habent regulam nō propriè quò ad tria ſubſtantialia: ſed ad quēdam modū viuendi per ſedem apoſtolicam approbatum. & hoc voluit gloſſ. in verb.obedientiam. Et ille tertius ordo eſt pro viuentibus in coniugio: tamen ſecundum modum viuendi eis datū abſtinent certis diebus qualibet ſeptima à toro. Ideo nota ex prædictis, quòd non profitentes tria ſubſtantialia, nō dicuntur propriè habere regulam, ſed quendam modum viuendi: & per conſequens non dicuntur propriè regulares.

D Nota etiam quòd nedum fœminis & laicis maribus prædicare non licet: ſed nec etiam clericis qui non ſunt curati vel priuilegiati. Nota quòd nomine mulierum continentur mulieres cuiuſcunque conditionis, etiam virgines. de hoc in gloſ. ij. Nota in §. ſanè.in fine. quòd inſpiratio ad bonum, procedit à Deo. & hæc eſt lex priuata quæ ſuperat omnem.de regu.licet.de renun. niſi.§.verum. xxj. quæſt.ij. duæ.& dat Lau.ver. Tu ſpiras vbi vis, tu munera diuidis vt vis: Tu quiduis cui vis, tu quem vis munere quo vis. Zabarella.

Gloſ.ſe.dicit quid cauſam dedit: deinde ſubdit de quibuſdam declaratoriis.

r *Cùm de quibuſdam.* conſtitutioni fortè cauſam dedit, quod no.Hoſt.de pœ. & re. cū ex eo. dū enim ibi dicitur, ꝙ quæſtores eleēmoſynarū nō hoſpitētur in locis incōgruis: dicit ibi Hoſt.parcit ꝙ nō dicit, ꝓſtibulis.ſed cauendū eſt à quaſi proſtibulis, ſicut ſunt hoſpitia beguinarum: quod pernicioſum

Glo.ſeq.quæſtionem ſoluit.

c *Cecidiſſe.* in abbatibus in quibus hoc non exprimitur, nō habet locum hæc pœna. licet enim maſculinum cōprehendat fœmininum: non tamen conuertitur. exēplo enim &c. ff.de leg.ij.ſi ita ſit ſcriptum.

d *Per illos.* ſiue ſint collegia ad quæ ſpectat de iure cōmuni electio.xvj.q.vlt.c.vlt.& de elec.ca.j.ſiue ſint alij ad quos de iure ſpeciali ſpectet prouiſio.de reſti.in integ.c.ij.

e *Vulgò.* facit j.c.proxi.in prin.cum concor.

f *Canonicæ ſeculares.* de his de elec.c.indemnitatibus.§.pen. lib.vj.& no.xij.vlt.c.vlt. & de maio.& obed.dilecta. in gloſ. penult.

g *Approbare.* imò reprobari videtur. xviij. quæſt. ij.pernicioſam.

h *Duobus.* negatiuè ſumitur, id eſt, nō ꝓpluribus.facit.xxvj. diſt.c.j.& de hoc no.de teſti.licet.j. Idem repete de ſequentibus:& hoc probat litera contentos, quæ ſequitur.

Gloſ.ſeq.ſoluit contrarium.

i *Duabus.* decret.vt iuxta.de offic.ordi.dicit.de duabus vel tribus: ſed hæc decre.ſpecialiter loquitur in monaſteriis monialium.

k *Suæ eccleſiæ.* cathedralis vel inferioris.

l *Viris aliis.* non diſtinguit, ſint clerici vel alij, tamen decre. vt iuxta.de offi.ordi.præcipit ſeculares excludi.

m *Maturis.* ætate.de elect.cùm in cunctis.in prin.

Glo.ſeq.ponit duo diuerſa, & dubium ſoluit.

*Viſitans quot perſonas ſecum debet habere.*

n *Contentos.* circa viſitationem aliorum monaſteriorū & locorum ſeruetur decreta.vt iuxta.de officio ordinarij, circà viſitationem quam facit epiſcopus de proprio capitulo præcipuè regulari, ſeruetur extrauag. Boni. de officio ordi. debent. hic autem taxat numerum intromittendorum in capitulum tempore viſitationis: per hoc tamen non reſtringit numerum procurandorum ſtatutum de cenſi. cum apoſtolus.

o *Ipſos.* ordinarios viſitātes apoſtolica authoritate, vel ꝓpria, vel ſuperioris ipſorum monaſteriorum.

*Viſitare volens, an debeat præmonere viſitandos.*

Gloſ.ſeq.primò ſoluit quæſtionem. ſecūdò quærit: arguit pro & contra.

p *Impedire.* per hanc literam puto quòd neceſſe ſit impedimentum præcedere, & monitionē ſequi ad hoc vt locus ſit huic pœnæ, hoc dico: quia vidi prælatos ſcribentes quādoq;



ſum genus eſt mulierum, quæ de facili alios quàm religioſos admittunt: à quibus omnibus modis eſt cauēdum. xviij. q.ij.definimus.& c.pernicioſam. Alibi etiam not.Hoſti.ꝙ à beguinis cauendum eſt.de fri.fraternitatis.poſt prin.de vita & hone.cle.monaſteria.alibi no.de iureiu.etſi Chriſtus.ver. Angelus, quendam dixiſſe tempora mutata in malū, ex quo cōſcientia cœpit eſſe peccatum. Deus nouit iuramētum:& beguinatus religio. Dicitur quædā declaratoria ſuper hac conſtitutione emanaſſe, quam de curia habere nō potui: & à quibuſdā audiui, quòd à curia non manauit. Vidi autē duas contrarias:& vt puto, in Alemania compoſitas, quarū altera videbatur edita ad conſultationem epiſcopi Argētinenſis.

a *Mulieribus.* virgines, nuptas, & viduas comprehēdit. de hoc ff.de verbor. ſignific. mulieris.in princ.

b *Beguinabus.* De erroribus beguinarum & beguardorū Alemanię. j.de hær. ad noſtrum.

c *Vulgariter.* Inſpicitur elocutio vulgi.§.titu.proxi.c.vlt. ver. illas quoque. j. de hære. ca.j.§.ſanè. de torne. ca.j.de iniuriis, & ſi pignorationes. in princ. lib. vj.cum ſuis concor.

*Ordo literæ.*

d *Nuncupatis.* Hic iūge literam, nobis fide digna &c. quod ſequitur eſt interpoſitio.

Gloſ.ſeq.remittit, & quæſtionē ſoluit.

e *Obedientiam.* vide quod ſcripſi, qui cle. vel vo. conſuluit. & quod no. in Spec.de ſta.mon.ver.xxxvij. Et per hoc videtur

mulieribus [a] beguinabus [b] vulgariter [c] nuncupatis, [d] (quę cùm nulli promittant obedientiam, [e] nec propriis renuntient, neque profiteātur aliquam regulam approbatā, religioſæ nequaquam exiſtūt, quanquam habitum qui beguinarum dicitur deferant, & adhæreant religioſis aliquib⁹ ad quos ſpecialiter trahitur affectio [f] earundem) nobis fide digna relatione inſinuatū extiterit, quòd earum aliquæ quaſi perductæ in mentis inſaniam, [g] de ſumma trinitate ac diuina eſſentia diſputent [h] & prædicent, [i] ac circa fidei articulos & eccleſiaſtica ſacramenta opiniones catholicæ fidei contrarias introducant, [k] & multos ſuper his decipientes ſimplices, eos in errores diuerſos inducant, aliáque quamplura periculum animarum parientia, ſub quodam velamine ſanctitatis [l] faciant & cōmittant: Nos tam ex his quàm ex aliis de ipſarū opinione ſiniſtra frequenter auditis, eas meritò ſuſpectas habentes, ſtatum earundem ſacro approbante concilio ꝑpetuò duximus prohibēdum, & à Dei eccleſia penitus abolendum: [m] eiſdem & aliis mulieribus quibuſcūque ſub pœna excommunicationis, quam in contrarium faciētes incurrere volumus ipſo facto, [n] iniungentes expreſſè ne ſtatum huiuſmodi dudum [o] forte ab ipſis aſſumptum quoquo modo ſectentur [p] vlterius, vel ipſum aliquatenus de nouo aſſumant. Prædictis verò religioſis [q] per quos eædem mulieres in huiuſmodi beguinagij ſtatu foueri, & ad ipſum ſuſcipiēdum induci dicuntur, ſub ſimili excommunicationis pœna, quam eo ipſo quòd ſecus egerint, ſe nouerint incurſuros, [r] diſtricti⁹ inhibemus, ne mulieres aliquas prędictū ſtatum (vt præmittitur) dudū aſſumptum ſectantes, aut ipſum de nouo forſitan aſſumentes quomodocunque admittant, ipſis ſuper eo ſectando vel aſſumendo præbentes vllo modo conſilium, auxilium, vel fauorem: nullo contra prēmiſſa priuilegio valituro. Sane per prædicta prohibere nequaquam intendimus, quin ſi fuerint fideles aliquæ mulieres, quæ promiſſa continentia vel etiam non promiſſa honeſtè in ſuis conuerſantes hoſpitiis pœnitentiam agere voluerint, & virtutū [s] domino in humilitatis [t] ſpiritu deſeruire: hoc eiſdem liceat prout dominus ipſis inſpirabit.

### Idem.

*Ponens conſtitutionis cauſam ſtatuit hoſpitalia reformari per collatores ipſorum, & cogi rectores eorum ad conſeruationem locorum & ſuorum iurium, & ad hoſpitalitatem tenendam: ſtatuens per locorum ordinarios ſuppleri defectum vel negligentiam collatorum, etiam circa exempta. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

A ratio huius antiqua.

p *Sectentur.* quaſi ſequantur vel aſſequantur.

q *Religioſis.* alios non ligat.vt dicam. j.de ſent.excom.c.j.

Gloſ.ſeq.obiectionem ſoluit.

r *Incurſuros.* qui participans crimini damnato, incurrit eandem pœnam excōmunicatiōis.de ſentent. excom. nuper. & c. ſi cōcubinæ. nō videbatur hoc exprimi neceſſe: ſed quia vt ſcripſi in ꝑdic.decre.nuper illa pœna locum nō habet niſi duo concurrant, quòd crimini & crimmoſo participet: ideo fuit hic expreſſum.

ſ *Et virtutum.* §.tit. proxi.c.vlt.ver.viſitatores.in fi.

Gloſ.ſe.de humilitate dicit vnde dicatur, & pluribus auctoritatibus illā cōmendat: tres ipſius gradus interſerit.

*Humilitas quid eſt.*

t *Humilitatis.* ab humo dicitur, & vt B. Bernar. dicit lib. de gradib⁹ humilitatis: Humilitas eſt virtus qua homo veriſsima cognitione ſibi vileſcit. & poſt multa:Glorioſa res eſt humilitas, qua ipſa quoque ſuperbia palliari ſe appetit ne vileſcat. facit. viij. q. in ſcripturis.in fine.de talib⁹ dicitur quòd ſub ſpecie agni lupum gerunt. de hæret. vt officium. lib. vj. Caſsianus ponēs decē humilitatis indicia, ponit illud octauum, cum quis ſe reliquis inferiorem non ſuperficie pronuntiat labiorū, ſed intimo cordis credit affectu. Inde dicuntur tres gradus humilitatis.

*Humilitatis tres ſūt gradus.*

Primus ſubdere ſe maiori & non præferre ſe æquali. facit. xxij.diſ. de Conſtantinopolitanæ.in fin. Secundus ſubdere ſe æquali, nec præferre ſe minori. Tertius, ſubdere ſe minori. facit de pœn.diſt.ij.c.j. Prima dicitur ſufficiens & neceſſaria. ſecunda abundans. tertia ſuperabundans. De humilitatis efficacia, diabolus ad Macarium, vt legitur in vitis patrum, Ieiunas interdum, & ego nullo vnquam cibo reficior. tu ſæpe vigilas, me nunquam ſopor oppreſsit. humilitas tua ſola me vincit. & Ambroſius dicit quòd humilitas eſt clauis quæ aperit regnum cælorum, & reſerat myſteria ſcripturarum. Et Gregor.in iiij.dominica de aduentu. Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventū puluerem portat: & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæcatur. & vide xciij. diſt.dominus.100.diſt.contra morem.

*Humilitas cælum aperit, & ſcripturas reſerat.*

D

*Sorores minorū ſunt in duplici differētia.*

quòd hæc conſtitutio, ſorores minorum quæ dicuntur tertij ordinis, non includat: cùm illæ promittant obedientiā, & habeant regulam non propriè quo ad tria ſubſtantialia: ſed quendam modum viuendi per ſedē apoſtolicam approbatū: quod mihi cōſtat.& facit. j.de ſent.excom. cū ex eo in prin. Secundus autē ordo eſt ſororū ſanctæ Claræ, quę profitentur ſubſtantialia: ſed differunt à primo: quia habent propriū in communi: quod non habet ordo minorum.

f *Affectio.* Sic.xcv.diſtin.olim.

g *Inſaniam.* ſicut illæ de quibus habetur.xxvj.q. v. epiſcopi. quæ ſequi ſe dicunt Dianam.

h *Diſputent.* quod etiam maribus laicis non licet. de hære. c.ij. §.j.lib.vj. C.de ſum.trini.l.pen.

*Prædicandi facultas nō omnib⁹ eſt permiſſa.*

i *Prædicent.* hoc non licet mulieribus etiā prælatis. de pœ. & re.noua. xxiij.diſt.mulier.xxxiij. q.v. mulierem.nec licet maribus laicis.de hære. cum ex iniūcto.nec clericis niſi ſint curati, vel ſuper hoc priuilegiati.§.ea.compi. de ſepul.dudū. poſt prin.& §.huiuſmodi.in prin.

k *Introducant.* quod hæreticum eſt. de hæret.ad abolendā. in princ.

*Simulata æquitas duplex eſt iniquitas.*

l *Sanctitatis.* ſecundum. Greg. Simulata æquitas, duplex eſt iniquitas: ratio eſt: quia malum facit, & abutitur bono.

m *Abolendum.* Concor.lxviij.diſt.chorepiſcopi.

n *Ipſo facto.* ex quo papa ſibi vel alteri abſolutionem non reſeruat: abſoluet ordinarius.de ſent.excom.nuper.

o *Dudum.* reſpicit præterita: quia illud exprimitur, & quia

Clementinæ.

Qvia *contingit.* } Diuiditur in quatuor partes: vt patet in rubro. ſecunda ibi, Vt autē. tertia ibi, Præmiſſa. quarta ibi, Cæterum. Imo. CASVS. Quia rectores eleemoſynarū & leproſariarum negligebant curam dictorum locorum: & illa cura ſeu ſolicitudine poſtpoſita, res & bona ipſorum locorum non curabant reuocare ad proprietatem, & bona ipſorum locorum conuertebant in ſuos vſus: quod eſt contra intentionem fundatorum, & augmentationem ipſorum locorum: ideo fuit papę ſupplicatum vt concilium dignaretur prouidere: quod conciliū ſtatuit, vt bona alienata reuocent, & de reditibus faciāt reparationes vtiles & neceſſarias ipſis locis, & nō conuertāt in ſuos ꝓprios vſus. Et quia rectores iſti poſ-

iſti poſſent eſſe negligentes: ideo ſtatuit cõſilium quòd ordinarius loci eos compellat ad faciendum inuentarium de omnibus bonis ſpectantibus ad iſta loca. Item quòd cõpellant ipſos ad reddendum rationem quolibet anno. Item ordinauit concilium quòd illa loca non darẽtur clericis in titulũ, ſed pſonis honeſtis quæ habent vnde poſsint reſarcire dãna ſi qua eiſdẽ locis intulerint. Item dicit quòd ſi in illis locis ſint pauperes tendentes ad mortem: licet de iure communi deberent recipere ſacramenta eccleſiaſtica à rectore parochialis eccleſiæ. cap.j.de ſepul.& ca.j.de cele. miſ.in ant.tamẽ ſtabitur cõſuetudini illius loci: vt ſi cõſueuerint accipere ſacramenta à capellano illius eleẽmoſynariæ vel hoſpitalis, tunc rectore illius eccleſiæ parochialis incõſulto debet eis miniſtrare ſacramẽta. No.primò quòd epiſcopus non poteſt reditus deputatos ad locũ pauperũ deputare ad aliũ locum: imò pertinet hoc ſoli papæ. Et ſic eſt caſus pertinẽs ad ſolum papam, quòd papa poteſt alienare redit⁹ deputatos ad hoſpitalia & eleẽmoſynarias. No.quòd rector hoſpitalis tenetur epiſcopo vel archiẽpiſcopo loci reddere rationẽ de malè adminiſtratis.

*Eleẽmoſynariæ non poſſunt in titulũ conferri.*

*Leproſi & pauperes, à quibus debent ſacramenta recipere.*

No.quòd eleẽmoſynariæ quæ nõ ſunt annexæ alicui eccleſiæ parochiali, vel quæ ſunt ad aliquod monaſterium, non poſſunt alicui conferri in titulum. No. ꝙ collator illorum locorum debet exigere à rectoribus vt faciant inuentariũ, & reddant rationẽ de reditibus illorum locorum: aliàs collatio eſt nulla. & ſic fuiſſe factum ſcio in hoſpitali villæ Exoldunen. No. iuncta gloſ. quòd pauperes exiſtentes in eleẽmoſynariis & leproſariis, debent recipere ſacramenta diuina à rectore eccleſiæ parochialis in qua fuerit eleẽmoſynaria: niſi aliud habeat conſuetudo: vt in dicto hoſpitali villæ Exoldunen. eſt quidam vicarius perpetuus, qui ſingulis hebdomadis tenetur celebrare vel celebrari facere duas miſſas tali die qua voluerit, & tenetur audire confeſsiones pauperum exiſtentium in domo ſeu hoſpitali: ita quòd ſi veniret infirmus ad portam volẽs intrare, rector non tenetur illum recipere niſi primò fuerit cõfeſſus à ſuo curato: & eo exiſtente in domo, ſi iterum petat cõfiteri, vicarius tenetur illum audire confiteri, & ſibi cõferre alia ſacramenta: & iſte vicarius eſt perpetuus: & tenetur intra annum promoueri ad ſacerdotiũ ſecundum formam cle. ẟ. ea. compil. quæ de eccleſiis. de offi. vica. imò cum ſimplici tonſura dictam vicariam poterit tenere. Nota quòd rectores hoſpitalium non poſſunt vltra victum & veſtitum, fructus & reditus conuertere in proprios vſus, etiam ſi fructus ſint à ſolo ſeparati. vide hic textũ iuncta glo. in verbo, vſus ſuos.

No. per te expoſitionem textus: quia multa expoſui ſuprà quæ videntur ſufficere pro multis dictionibus. Nota ibi, interdum. quòd iura aliquando adaptantur ad ea quæ rarò emergunt, contra id. ff. de legi. nam ad ea. de quo de deſpon. impu. literas. Not. contra eos qui nolunt recuperare bona eccleſiæ: male enim faciunt: quia vt dicit Zenze. nedum deperdita recuperare, imò ſi poſſunt noua acquirere tenentur. aliàs enim imputatur. xij. q. iiij. quicunque. C. arbi. tu. quidquid. Zabarella.

*† De Anchar. Imo. dicunt hũc ver. no. allegãt l. legatũ. ff. de admi. rerũ ad ci. per. reuera. de conſe. diſt. 2. ver. not. c. quamuis. de pœ. lib. 6. & addo caſum huius text. ad alios de quibus in cap. quod trãſlationẽ. de offi. deleg. & dicit Imo. quòd iſto caſu relicta à teſtatore nõ poſſent mutari in meli⁹: quia quod mandat fieriq; iubet &c. §. diſponat. auth. de nup. 23. q. 2. c. vltima volũtas, & facit quod no. de reſc. poſtulaſti. per Io. An. teſtator reliquit 20. pro Berta maritãda: ipſa moritur, an legatum fiat caducum: vide Anch. hîc col. 1.*

a *Xenodochiorum.* de hoc & ſequentibus nominibus. ẟ. ead. com. de præben. per literas. & ibi dedi remiſ.

b *Cura.* temporalium: vt innuunt ſequentia.

c *Excutere.* repetendo illa in iudicio: quod poſſunt in eccleſiaſtico, etiam ſi illi ſint laici. de fo. compe. cùm ſit.

d *Deperdi.* permittunt, quod ſequitur.

Gloſ. ſe. not. pro curatis & aliis beneficiatis.

*& an alienari prohibita poſſit dari p virginibus ingredientibus religionem, vide Opiz. col. 94. cro. col. 20. l. filiuſfa. §. diui. de leg. Font.*

**Q**Via contingit interdum quòd xenodochiorũ,[a] leproſariarum, eleẽmoſynariarum, ſeu hoſpitalium rectores, locorum ipſorum cura[b] poſtpoſita, bona, res, & iura ipſorum interdum ab occupatorum & vſurpatorum manibus excutere[c] negligunt: quinimò ea collabi & deperdi,[d] domos & ædificia ruinis deformari[e] permittũt, & non attento quòd loca ipſa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerũt, vt pauperes infectique lepra reciperentur inibi, & ex prouentibus ſuſtentarentur illorum, id renuũt inhumaniter[f] facere prouentus eoſdem in vſus ſuos[g] damnabiliter conuertentes, † cùm tamen ea quæ ad certum vſum largitione[h] ſunt deſtinata fideliũ, ad illum debeant, non ad alium[i] (ſalua quidem ſedis apoſtolicæ[k] auctoritate) conuerti:[l] Nos incuriam & abuſum huiuſmodi deteſtantes, hoc ſacro concilio approbante ſancimus, vt hi ad quos id de iure[m] vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorum appoſito,[n] aut ex conſuetudine præſcripta legitimè[o] vel priuilegio ſedis apoſtolicæ[p] pertinet, loca ipſa ſtudeãt in prædictis omnibus ſalubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebitè,[q] in ſtatum reduci debitum faciãt, & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem & ſuſtentationem debitam iuxta facultates[r] & prouentus locorum ipſorum rectores prædictos compellere non omittant. In quo[s] ſi fortè commiſerint negligentiam[t] vel defectum, ordinariis locorum iniungimus,[u] vt etiam ſi pia loca prædicta exemptionis priuilegio munita conſiſtant: per ſeipſos vel alios impleãt omnia præmiſſa & ſingula, & rectores eoſdem vtique nõ exemptos propria: exemptos verò & alios priuilegiatos[x] apoſtolica[y] ad id auctoritate cõpellant: Contradictores cuiuſcunque ſtatus aut cõditionis exiſtant, ac præbentes eiſdem circa præmiſſa conſiliũ, auxiliũ, vel fauorem, per cenſuram[z] eccleſiaſticam & aliis iuris remediis[a] compeſcendo: nullum tamen per hoc exemptionibus ſeu priuilegiis ipſis quo ad alia[b] præiudiciũ generando.

e *Deformari.* hæc eſt probatio malæ adminiſtrationis. xij. q. ij. quatuor. de ele. fundamẽta. ver. nũquid. li. vj. C. de admi. tu. lex quæ. facit conſtitutio lo. execrabilis. j. reſpon. reparari autẽ debẽt de reditibus locorum qui ſuperſunt. quod dic vt de eccle. ædi. c. j. & c. de his.

f *Inhumaniter.* de præſci. cum ex officij poſt prin. de cẽſi. licet.

g *Vſus ſuos.* ſ. vltra victum & veſtitum. fortè in patrimonio augendo vel cõſeruando. facit de pig. ca. iij. & patet ꝙ iſti fructus etiã ſeparatos à ſolo ſuos non faciunt. De aliis clericis & prælatis no. de offi. ord. præſenti. lib. vj.

h *Largitione.* in vita & morte.

i *Non ad alium.* etiã pium. & eſt huic ſi. de ap. c. iij. & ibi cõcor. de hoc in j. glo. & bene facit. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. j. cũ concor. j. glo. quandoq; tamen rebus vtimur ad aliũ vſum quàm fuerint inuentæ. de pœnis, quamuis. lib. vj.

k *Sedis apoſtolicæ.* No. per hanc literam ſolum papam alterare poſſe vſum illorum quę per fideles donata ſunt vel relicta. & addendus eſt iſte caſus ad alios. de offi. leg. quòd tranſlationem.

l *Conuerti.* per ſolicitudinem diœceſani. eo. titu. de xenodochiis.

m *De iure.* vt epiſcopi: vt in prædi. c. de xenodochiis.

n *Appoſito.* per diœceſanũ de cõſenſu patroni. de cõſuet. cũ dilectus. facit xviij. q. ij. Eleuterius. de iurep. præterea. ij.

o *Legitimè.* ſpatio xl. ann. cum titulo: niſi ſit tanti temporis præſcriptio, cuius initij nõ ſit memoria. quod dic vt de præſcr. c. j. lib. vj.

p *Sedis apoſtolicæ.* hoc dicit: qa licet epiſcopi poſsint aliqua epiſcopalia iura remittere vel conferre: non tamẽ poſſunt à ſe correctionem & viſitationem de qua hic loquimur, abdicare. de hoc de cenſi. cum venerabilis. de reli. do. cõſtitutus.

q *Indebitè.* ad hæc recuperãda admittitur quilibet de loco. quod dic vt de re. ecc. non alie. ſi quis presbyterorum.

r *Facultates.* quarum ſemper in ſumptibus & procurationibus habenda eſt ratio. de vi. & ho. cle. quoniam. de cenſi. ſopitæ. cum ſuis concor.

ſ *In quo.* ſ. in reformando & complendo: vt dictum eſt.

t *Negligentiam.* hoc patebit ex facto notorio. de cenſi. Romana. §. notoria. vel per aſsignationem termini ad hoc præfixi & elapſi. facit. j. tit. proxi. c. j.

v *Iniungimus.* non dicit permittimus. per hoc patet ꝙ ordinarij ad hoc tenentur ex præcepto. & facit quod dixi ẟ. titu. proxi. c. ij. poſt prin. ſuper ver. debeant.

x *Priuilegiatos.* de priuileg. quoniam. & ca. cũ capella. eo. tit. volentes. §. in eos. lib. vj.

y *Apoſtolica.* concor. ẟ. ea. compil. de ſupp. neg. præla. c. vnico. & ibi concor. de hoc.

z *Cenſuram.* de verb. ſign. quærenti.

a *Remediis.* inuocãdo (ſi expedierit) brachium ſeculare. de offi. ordi. c. j. & c. quoniam.

b *Ad alia.* ſic ẟ. titu. j. cap. ij.

Gloſ. ſeq.



Glo. ſeq. quærit de monacho. dicit quid iudicatũ & quare. ponit opin. contrariam. ſubdit quid de laico, & ponit huius conſtitutionis prohibitionem.

a *Secularibus.* de religioſis dubitatur, an hoſpitalibus præfici poſsint: & de leproſariis iam vidi obtentum ꝙ eis præfici poterãt, per illud quod not. Inn. de ec. ædi. cùm dicat. vbi dicit collegium leproſorũ religioſum & licitum, & à iure approbatum. & per c. quidam. xviij. q. ij. Archi. ibi contra, dicẽs ꝙ ipſum c. quidam. loquitur de triplici genere locorũ & perſonarũ. Vnde quod ibi de monachis dicitur, nõ hoſpitalia ſed martyria & monaſteria reſpicit. ſit ratio: quia ꝙ monach⁹ extra monaſteriũ intituletur, non eſt permiſſum, niſi propter curã animarum. de regul. ſup eo. vbi ergo regimen hoſpitalis caret cura, q dicit religioſum illi pfici poſſe, oſtendat ius expreſſum. Nec eſt etiã verũ quod dicit Inn. collegiũ leproſorũ religioſum: vt ibi etiã ſcripſi. & facit quod not. de exceſ. præl. nimis. ij. in iij. gl. De laicis autẽ fatemur per prædic. ca. quidã. ꝙ præfici poſsint etiam ſi habeat rector curam pauperũ vel familiæ extra poteſtatẽ clauiũ. talem enim curã habet & pater & dominus ſuper familiam. Iſta ergo non impedit laicum præfici. facit de ſent. excom. canonica. & quæ ibi dixi. Nec ſufficeret ad præficiendũ monachum talis cura niſi ex poteſtate clauiũ curam habeat. de hoc de offi. Archi. cum ſatis. de pœ. & re. omnis. In prima tamen editione huius concilij hoc fuerat prohibitum, ne laicis habentibus filios vel vxorẽ ex qua poſſent veriſimiliter filios procreare, talia loca conferrentur: quod poſtea fuit ſublatum.

*Religioſi an poſſint hoſpitalibus præfici.*

*Leproſorũ collegiũ nõ eſt religioſum.*

*Præcipit hoſpitalia in beneficium non cõcedi niſi in duobus caſibus: & reprobat contrariã conſuetudinem, ſubmittẽs quales eſſe debeant quibus adminiſtratio ipſa committitur, & de ipſorũ iuramento, inuentario & ratione reddenda: & decretũ appont. Ioan. And.*

Vt autem præmiſſa promptius obſeruentur, nullus ex locis ipſis ſecularibus[a] clericis in beneficium[b] cõferatur, etiam ſi de conſuetudine (quã reprobam⁹[c] penitus) hoc fuerit obſeruatum: niſi in illorum fundatione ſecus conſtitutum fuerit, ſeu per electionem[d] ſit de rectore locis huiuſmodi prouidendum. Sed eorum gubernatio viris prouidis, idoneis, & boni teſtimonij cõmittatur,[e] qui ſciant, velint, & valeant[f] loca ipſa, bona eorum ac iura vtiliter regere, & eorum prouentus & reditus in perſonarum vſum miſerabilium fideliter diſpenſare, & quos in vſus alios bona prædicta conuertere præſumptio veriſimilis non exiſtat: in quibus ſub obteſtatione diuini iudicij illorum ad quos dictorum locorum commiſſio pertinet, conſcientias oneramus. Illi etiam quibus dictorum locorum gubernatio ſeu adminiſtratio committetur: ad inſtar tutorum & curatorum[g] iuramentum[h] præſtare,[i] ac de locorum ipſorum bonis[k] inuentaria[l] conficere, & ordinariis ſeu aliis quibus ſubſunt loca huiuſmodi, vel deputandis ab eis, annis ſingulis[m] de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem.[n] Quòd ſi ſecus à quoquam fuerit attentatum:[o] collationem, prouiſionem, ſeu ordinationem ipſam carere decernimus omni robore firmitatis.

*Declarat conſtitutionem non extendi ad hoſpitalia religioſorum vel militarium ordinum. hoc dicit.*

Præmiſſa[p] verò ad hoſpitalia militarium[q] ordinum aut religioſorum etiam aliorum[r] extendi minimè volumus: quorum tamen hoſpitalium rectoribus in ſanctæ obedientiæ virtute mandamus, vt in illis ſecundum ſuorum ordinum inſtituta & antiquas obſeruantias prouidere pauperibus, & hoſpitalitem debitam in illis tenere procurent: ad quod per ſuperiores eorũ arcta diſtrictione cogantur: ſtatutis aut conſuetudinibus quibuſlibet non obſtantibus in præmiſsis.

b *Beneficium.* concor. ẟ. ea. compi. de præben. per literas. & vide quod ibi dixi in gl. vnde nec. & quod ſtatim dicã ſuper ver. committatur.

c *Reprobamus.* concor. ẟ. ea. cõpil. de æta. & qualit. vt hi qui. cum ſuis concor. Si autẽ expreſſè non reprobaſſet conſuetudinem: puto quòd duraſſet ſicut ſtatutũ: de quo ſequitur de conſtit. c. j. lib. vj.

d *Electionem.* per ſuperiorem confirmandam.

Gloſ. ſeq. ponit lecturam quam dicit conſuetudine nõ approbari, & declarationem poſcit.

e *Committatur.* ſi intelligeretur ad tẽpus. ſ. quãdiu placuerit cõmittenti: tũc eſſet litera illa clarior, quæ ſcilicet phibuit illa in beneficiũ cõcedi. q. d. beneficia de ſui natura ſunt perpetua. lv. diſtin. præcepta. iſte verò erit tẽporalis ad inſtar tutorũ & curatorũ, de quibus ſequitur, & præſidẽtiũ ciuitati Romanæ: de quibus de electione, fundamẽta. lib. vj. vel aliis ciuitatibus vel vniuerſitatibus: de quibus ſatis ſcripſi poſt Hoſt. de iudi. c. ſi. facit ad hoc. ẟ. ea. cõpi. de ſup. neg. præla. c. vnico. in prin. ibi, cõmittere. & quod ibi dixi, cõſuetudo nõ recipit hanc literã: imò ita hodie ſicut olim inſtituũtur perpetui rectores in locis talibus. & facit litera, regere, quæ ſequitur, declaranda eſſet in hoc mens huius literæ.

*Beneficia de ſui natura ſunt perpetua.*

f *Valeant.* cum effectu. ẟ. de cle. non reſi. c. iij. & iiij.

Glo. ſeq. ponit formam iuramenti tutorum & curatorũ, & quibus dentur.

g *Tutorũ & curatorum.* iurãt enim iſti facere vtilia pupillis vel adultis quibus deputãtur, & prætermittere inutilia. ipſorũ etiam res & perſonas ad commodũ & vtilitatẽ eorũ bona fide cuſtodire & ſaluare: inuentariũ de rebus eorũ facere, & adminiſtrationis ſuæ rationem tẽpore debito reddere cum reſiduorum reſignatione: eo ſaluo ꝙ ſemper vti valeãt veritate: quod vide in Spec. de tut. in j. col. & probatur. C. de epi. audien. l. de creationibus. C. de cura. furio. l. ſi. cum ſimilib⁹.

*Tutores et curatores quid iurare tenẽtur.*

Tutor autẽ datur pupillo: curator adoleſcenti, & interdum maiori furioſo vel prodigo, vel his ſimilibus. datur etiam bonis & ad cauſas & lites: de quibus omnibus in Spe. de curatore

*Tutor & curator quibus dantur.*

h *Iuramentum.* concor. j. de hære. c. j. §. porrò.

Gloſ. ſeq. no. iſtos ad ſatiſdandũ nõ arctari, & dat ſimile.

i *Præſtare.* No. quia de ſatiſdatione nil dicit. ad quam tamẽ tutores & curatores tenẽtur: niſi ſint teſtamentarij, vel ex inquiſitione dati. C. de tutore vel curat. qui non ſatiſde. l. in dubiũ. & l. non omniũ. de curatore furioſi. l. ſi. inſtit. de ſatiſd. tuto. in princ. & ſic ſoli legitimi, & ſine inquiſitiõe dati ſatiſdant. & ibi de hoc. & in Spe. de tuto. §. ſi autẽ. ver. horum. cũ autẽ iſti rectores ex inquiſitione dentur, merito ſatiſdatione non onerantur. facit. C. de epiſcopis & cleri. orphanotrophos. in prin. niſi propter vxorẽ & filios ſuſpectus eſſet. xxiij. diſt. de ſyracuſanæ. ſed tali ſuſpecto cõmitti non debet: vt ſuprà.

*Tutorum quidã tenentur ſatiſdare, quidam non.*

k *Bonis.* mobilibus & immobilibus. de teſta. relatum. ij. ff. de verb. ſigni. bonorum.

l *Inuentaria.* quæ aliàs repertoria dicuntur. ff. de admin. tu. tutor qui repertorium. & ad hoc tutores & curatores tenẽtur. C. de admi. tuto. l. tutores. ij. de cu. fu. l. ſi. & formas diuerſorum inuentariorum vide in Spe. de inſtr. edi. §. ſi. & de his ibi. ver. ſunt etiam.

*Inuentariũ & repertorium idem.*

Gloſ. ſeq. ſoluit dubiũ, reſpondens contrario.

m *Annis ſingulis.* per hanc literam videtur quòd etiam non petitam teneatur offerre: aliàs ſi terminus ſtatutus nõ eſſet (pone exemplum ſupra ea. compil. de teſta. c. vnico) ſatis videretur ſufficere quòd hoc faceret cùm requiſitus eſſet. de iureiur. c. breui. & facit quod no. de elect. cupientes. §. ſi verò. in v. gloſ.

Glo. ſeq. ſignat contrarium. ponit opinionem, & ſoluit.

ipſi rapiunt violenter, & faciunt quamplures eleemoſynas de bonis religioſorum: quamuis etiam ipſi religioſi ſufficientes eleemoſynas faciant: & etiam epiſcopi iſtas procurationes accipiunt in pluribus locis, in quibus non debent habere de iure vel conſuetudine. Item epiſcopi vt magis grauarent monaſteria Ciſtercien. faciebant ferrari equos ſuos quamuis non indigerēt. Item coci epiſcoporum dicebant, date mihi pecunias: ego feci coquinam, & paraui cibaria veſtra domino meo: ego non teneor ſibi parare tempore viſitationis, immo monaſteria tenentur mihi ſoluere. & ſic iſte cocus exigebat vnam quātitatem pecuniæ. Item iſti epiſcopi non approbabāt cōpoſitiones factas inter prælatos ſuper procurationibus recipiendis, immo exiſtebant graues & rebelles, ſic ꝙ multa bona monaſteriorum dilaniabant & conſumebant in modico tempore, & adhuc nō erant contenti de procurationibus ſuarum perſonarum: ſed etiam habebant magnos & paruos canes venaticos quibus neceſſe erat procurationes dari. Item habebant aues venaticas, vt accipitres, & quamplurima alia onera inferebant. Nam ſi religioſi non ſatisfaciebant voluntari ipſorum epiſcoporum: ipſi vel ſeruitores frangebant portas monaſteriorum. Item ipſi recipiunt plures procurationes in vna die: quia accipiunt pecuniam loco procurationum, & non viſitant quæ viſitare debent: immo omittunt viſitare accepta pecunia pro procurationibus: & ſic ipſi prælati accipiunt & exigunt ab ipſis religioſis illa ad quæ ipſi non tenentur. Item ſunt aliqui prælati qui quando vident quod papa mittit aliquos nuntios in diœceſi ipſorum, ipſi exigunt pecuniam pro procuratione illorum nuntiorum & illam exigunt: ſaltem exigunt maiorem partem à locis exemptis & aliis locis religioſis: & hoc faciunt vt ipſi non tantum grauent preſbyteros ſuos, & etiam vt ipſi ſeipſos liberent. Et illi qui iſta expoſuerunt in concilio, dicebant quòd iſti prælati grauabant monaſteria exempta in multis aliis: quare iſti exponentes quærunt à Romano pontifice quid fiendum de iſtis. Et dicit Clemens quòd ſi iſti prælati epiſcopi veniāt D ad iſta monaſteria exempta non cauſa viſitationis, ſed charitatiuè & gratia hoſpitalitatis: tunc ipſi debent eſſe contenti & debent recipere victualia regularia: & iſta cibaria debent illis tradi intra ſepta ipſorum religioſorum, non tamen intra portam quam regularem appellant: & hoc maximè ſi illa cibaria non ſint conſueta nec ſecundum regulam ipſorum religioſorum. Et ad hoc quod ſupra dixit, quòd iſti faciebant eleemoſynas quamuis religioſi ſufficienter facerent: Reſpondet quòd ipſi poſſunt facere eleemoſynas de fragmentis menſæ: hoc eſt, de reſiduo eorum quæ reſtant ex menſa. Et ſi de cætero iſti prælati velint euitare indignationem ſedis apoſtolicę, decet eos quieſcere ab iſtis grauaminibus ſuperius expreſsis.

Nota quòd epiſcopus non debet recipere eadem die plures procurationes, niſi hoc haberet ex priuilegio ſedis apoſtolicæ, ideo dicit textus, pluresque procurationes recipiūt vna die ſedis apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti.

Nota iuncta gloſſa, quòd poteſt fieri compoſitio de & ſuper modo procurandi & numero procurandorum, ſi contentio & controuerſia fuerit inter procurandum & illum A qui debet procurare. puta epiſcopus poteſt facere talem compoſitionem, toties quoties ego veniam charitatiuè vos viſitando, dabitis procurationem, id eſt alimenta pro me, & ſex de meis ſeruitoribus, vel quatuor, vel plus, vel minus.

Nota quòd epiſcopi cùm viſitant, non debent habere canes venaticos: nec aues: imò etiam nō debent habere dum non viſitant: quia omnia iſta ſunt prohibita clericis etiā ſecularibus, vt ṡ. de clerico venatore.ca.j.& ij. *Canes & aues nō habeant epiſcopi viſitantes.*

Nota ibi, ſunt nonnulli, quòd tam exempti quàm non exempti tenentur conferre ad procurationem legati ſeu nuntij ſedis apoſtolicæ. Nota ibi, charitatiuè recipiantur. quòd monaſteria tenentur ad recipiendos hoſpites. ſic & alij clerici. de præbend. de monachis. de empt. & vendit. capit. j. Et dicit Laurent. quòd ad hoc poſſunt per excommunicationē compelli. xliiij. diſtinct. §. hinc etiam.

Nota de cibis regularibus. & de hoc in gloſſa iij. & ſunt oua, caſeꝰ, & piſces. Zabarella.

*Ponit quædam grauamina quæ prælati inferebant exemptis, præcipuè Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet: ſtatuens quòd epiſcopi qui in monaſteriis Ciſtercienſis ordinis charitatiuè procurantur, ſint contenti cibariis quæ per illos ſibi miniſtrantur. Si verò procurantur ex debito, ipſis volentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterij, vel ſaltem extra portam quæ dicitur regularis. Ipſorum etiam eleemoſynarij fragmenta menſarum poſſunt pauperibus erogare. hoc dicit. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

AD noſtrum (quod dolenter [a] referimus) peruenit auditum, quod eccleſiarum prælati ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis accedentes, licet ab eis charitatiuè recipiantur, & eis curialiter neceſſaria miniſtrentur, cibis tamen regularibus [b] non contenti, contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt: & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eiſdem fiant eleemoſynæ competenter, ipſi tamen prælati ipſis religioſis inuitis [c] alias eleemoſynas fa- C ciunt etiam in aliquibus locis in quibus procurationes non habent de conſuetudine vel de iure. Pro equitaturis quoque ferrandis, licet ferris [d] nō egeant, & coci eorum ſui officij [e] ratione pecuniam exigunt & extorquent: Nec compoſitiones [f] ſuper procurationibus inter prælatos ipſos & eos initas, eis ſeruant: Ipſis [g] etiam in recipiendis pro B curationibus ita graues exiſtunt, quòd ipſis in eorū monaſteriis & eccleſiis procurationes recipientibus, longi temporis victum breuis hora conſumit: [h] & dum procurationes recipiunt, canes venaticos, falcones & accipitres ſecum habent: [i] Et niſi voluntati ſatisfiat eorum, valuæ [k] monaſteriorum ſeu eccleſiarum per violentiam ſæpe franguntur, [l] & ornamenta eccleſiæ exportantur: [m] pluresque procurationes recipiunt vna die [n] ſedis apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti, interdum in C pecunia numerata, viſitationis

a *Dolentes.* ſupra ead. compilat. de ſta. mona. cap. ij. verſic. viſitatores. & ibi concord.

b *Regularibus.* de quibus in regula Benedicti. xxxix. cap.

c *Inuitis.* non erat ergo dicenda eleemoſyna, quę de rapina fiebat. j. q. j. non eſt putanda.

d *Ferris.* vide quod nota. eodem titulo, exigit. in gloſſa. ij. lib. vj.

e *Officij.* contra id eodem titu. Romana. §. procurationes. lib. vj.

Gloſ. ſeq. obiectionem ſoluit.

f *Compoſitiones.* compoſitio per quā tollatur procuratio debita viſitanti, non valet. ſicut enim viſitatio per cōpoſitionē tolli non poſſet, ita nec procuratio quæ debetur iure annexionis: ſicut de præſcriptione dicitur. de præſcri. cùm ex officij. ſed erant compoſitiones ſuper modo procurādi vel numero procurandorum, quæ ſeruandæ erant. facit quod not. xvj. q. vij. quicunque ſicut etiam ſuper decimis ſit compoſitio. de deci. ex multiplici. *Procuratio viſitāti debita tolli non poteſt.*

g *Ipſis.* prælatis.

h *Conſumit* contra id eodem titulo, cùm apoſtolus. Refert D Sueton. lib. ij. quòd Tiberius præſidibus ſuadentibus prouincias, onerari tributo, reſcripſit: Boni paſtoris eſt tondêre pecus, non deglubere, id eſt pellem detrahere vel excoriare. ita enim legi debet, non deglutire. & qui aliter legit, non intelligit. *Paſtoris boni officiū.*

i *Habent.* contra id eo. titu. cùm apoſtolus. de cle. vena. cap. j. & ij.

k *Valuæ.* de ſpon. conſultationi. in prin.

l *Franguntur.* an hæc liceant etiam habenti iuſtam cauſam & poſſidenti, cui denegatur penſio vel hoſpitium, vel procuratio: plenè ſcripſi poſt Innocentium de immun. eccleſiarum. cap. j.

m *Ornamenta eccleſiæ exportantur.* hoc non poſſunt etiā collectores decimarum. ṡ. ead. compil. de decimis, ſi beneficiorum decima.

n *Vna die.* cùm tamen numerus procurationum non debeat excedere numerum dierum. eodem titulo, procurationes. quod locum habet etiam in viſitante plura loca quorū quilibet ad procurationem ſufficiat. eodem titulo, felicis. lib. vj. *Procurationum numerus dierum numerū non excedat.*

Impenſo.

etiam officio non impenſo, [a] & occaſione dictarum procurationum iidem prelati ab ipſis frequenter exigunt quæ illis ſoluere non tenentur, intolerabilia eiſdem grauamina cumulantes. Sunt & nonnulli qui procurationes nuntiorū apoſtolicæ ſedis, aliaque extraordinaria onera exemptis & aliis religioſis pro maiori parte imponunt, vt ſe ac preſbyteros liberent ſeculares, religioſos ad ordinandum huiuſmodi onerum diſtributionem minimè aſſumentes. [b] In multis etiā aliis [c] præfati prælati, exempta monaſteria, & ipſorum eccleſias vtroque [d] illis iure ſubiectas, grauant in procurationibus recipiendis, & oneribus inſolitis imponendis. Nos igitur ſuper his volentes de opportuno remedio prouidere, ſacri approbatione concilij duximus ſtatuendum, vt ſi epiſcopi non cauſa viſitationis, ſed charitatiuæ hoſpitalitatis ad monaſteria venerint ſupradicta, [e] victualia gratioſè [f] recipiāt quæ charitatis gratia eis fuerint miniſtrata. Ipſis autē epiſcopis ad monaſteria veniētibus ſupradicta, & procurationes ibidē recipientibus ſibi debitas de iure communi, conſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali, [g] in domibus ipſorum [h] monaſteriorum, extra tamen ſepta ipſorū exiſtentibus, ſi quę fuerint ad hoc aptæ, alioquin [i] intra ſepta ipſa, non tamen intra portam quam regularem [k] appellant, carnium pro congruentia temporis ſi voluerint [l] (priuilegio non obſtante quocunque) cibaria miniſtrentur. Nec inconueniens reputamus, ſi fragmēta [m] quæ de menſis ipſorum epiſcoporum & ſuorū familiariū [n] colliguntur, [o] per ipſorū epiſcoporū eleemoſynarios ibidē [p] pauperibus erogentur. Ab aliis autem grauaminibus expreſsis ſuperius prelati diligēter abſtineant, ſi Dei & apoſtolicæ ſedis indignationē voluerint euitare. [q]

## Idem in eodem.

*Diœceſani, quibus hoc conſtat, illos qui exigendo à clericis pedagia vel guidagia excommunicati ſunt vel interdicti, publicare debent. Ioan. And.*

### CAPITVLVM III.

PRæſenti conſtitutione iubemus, [r] vt locorum diœceſani contra eos qui ab eccleſiis vel perſonis [s] eccleſiaſticis pro earū rebus [t] ꝓpriis [u] quas non negotiādi [x] cauſa deferūt aut deferri faciūt vel tranſmittūt, pedagia vel guidagia [y] ſuo vel alieno [z] nomine exigunt vel extorquent [a] in animarum ſuarum periculum, & eorū à quibus ea exigunt, præiudiciū & grauamen excōmunicationis [b] & interdicti [c] ſententias

a *Impenſo.* contra id eo. tit. procurationes. & c. exigit. lib. vj. eo. lib. de offi. ordi. ſi epiſcopus.

b *Aſſumentes.* contra id de re. iu. quod omnes. lib. vj.

c *Aliis.* de quibus de exceſ. præla. frequens.

d *Vtroque.* de priuile. quoniam.

e *Supradicta.* ſcilicet Ciſtercienſis ordinis, tamen & de aliis idem videretur, ab identitate rationis & §. proxi. generaliter loquitur de exemptis.

f *Gratioſè.* dicit ꝓuerbium Italicorū, nō reſpiciendū dentem equi donati. vnde quidā, Quadrupedis dentes donati cernere noli. cui cōuenit. ff. de ædic. edi. ad res donatas.

g *Speciali.* puta pacto vel onere impoſito fundationis tēpore, vt dixi ſupra c. proxi.

h *Ipſorum.* ergo nō aliorum priuatorū vel eccleſiarum, etiā ſi domus eſſent ad hoc aptæ, niſi ipſi prælati conſentirēt ibi procurari.

i *Alioquin.* idem ſi extra ſepta non fuerint domus monaſterij ad hoc aptæ.

Glo. ſeq. alleg. vnā cōcor. quærit & ſoluit, & ſolutionē determinat.

k *Regularem.* licet ergo in parte dom⁹, quod in alia parte non licet. de ſta. mo. cū ad monaſterium: Sed qd ſi extra portam illā non eſt loc⁹ aptus? Satis videtur quòd propter neceſſitatē quæ ſic arctat, poſsint tūc intra portam illā miniſtrari, vt ſicut propter neceſsitatem tempore prohibito licet carnes comedere, ſic liceat ex eadem cauſa etiam in loco prohibito. de obſer. ieiun. conſilium. in fin. de re. iur. quod non eſt. facit de cuſt. euch. ca. ij. Poſſet tamen dici quòd cum priuilegium iſtorū non tollatur intra portam, quòd tunc epiſcopus ſecundum formam priuilegij cibis regularibus debeat contentari. vbi verò non haberent priuilegium contrariū, ſit locus ei quod prius dixi.

*Carnes licet comedere tempore prohibito propter neceſsitatem.*

l *Si voluerint.* honeſtè facerent epiſcopi declinādo ibidem ſexta feria vel ſabbato, vel die qua cibaria regularia conuenirent: tamen ſi alio die declinant, ſubditi ſuperiori inuito legem cibariorum non dabunt. xlj. diſti. non cogātur. & concor. de cen. cum inſtantia. in fin.

m *Fragmenta.* dicta à frāgo, gis. panes ergo integros qui de menſa leuantur, inuitis monachis nō dabit eleemoſynarius, vel capones integros, vel ſimilia.

*Fragmentū dicitur à frango.*

n *Familiarium.* cum epiſcopo vel pòſt comedentium.

o *Colliguntur.* in procuratione quę datur ex debito hoc eſt certum, ſed in illa quę datur gratuito, non videtur id inuitis monachis fieri poſſe. & forſan auctor de vtraque intendit, quaſi fragmenta videantur eſſe largita.

p *Ibidem.* ad alium ergo locū mittere non poſſet, diſtribuēdo illis inuitis.

q *Euitare.* vide quod dixi j. de ſent. excom. c. j. in glo. mendicantes. in fin.

PRæſenti.} Venit executiuè ad decretalem, quanquam. eo. titu. lib. vj. CASVS. Iſta clementina venit executiuè, vel eſt executio capit. quanquam. eodem titulo, libro ſexto. quia illud capitu. dicit quòd exigentes à clericis pedagia vel guidagia, ipſo facto ſunt excommunicati. Iſtud cap. mandat omnibus diœceſanis vt illos exactores denuntient & faciāt publicè denuntiari excommunicatos, donec & quouſque venerint ad condignam ſatisfactionem. Nota deferunt, id eſt portant. Nota quòd verbum iubeo, eſt præceptiuum & obligat, vt gl. hic in verbo, iubemus. & per conſequens infertur quòd prælati non obſeruantes huiuſmodi clementinę diſpoſitionem, peccant mortaliter, vt in cap. quod præcipitur. xiiij. q. j. iuncto. c. ij. de maio. & obed. Nota ibi, vel perſonis. quòd bona clericorū gaudent eodem priuilegio cum rebus eccleſiarum, ſecūdum Ian. & Pau. No. ex verbo negotiandi, à cōtrario, quòd in iis quæ deferunt clerici cauſa negotiandi, non gaudent immunitate. de hoc in gl. à contrario. Zab.

r *Iubemus.* ergo obligat ex præcepto. xiiij. q. j. quod præcipitur. quod non bene ponderatur. ſi. ſupra ead. compi. de ſta. mo. c. ij. de relig. do. c. ij.

s *Perſonis.* vide qđ dixi in decre. quanquam.

t *Rebus.* vel perſonis, vt in prædi. dec. quanquam.

u *Propriis.* ſcilicet perſonarum vel eccleſiarum, vt ſic etiā profeſſos qui proprium habere non poſſunt, includat. pro talibus rebus quæ ad vſum proprium portantur, etiam laici nō ſoluūt vectigalia. C. de vectiga. & com. l. vniuerſi. Plures alios caſus in quibus non ſoluuntur, vide quæ no. ff. de publi. l. iiij.

*Laici quādoque vectigalia non tenētur ſoluere.*

Gloſ. ſeq. arguit ad contraria & remittit, mouet dubia, & ſoluit.

x *Non negotiandi.* à contrario datur intelligi ꝙ in his quas cauſa negotiandi deferunt, non gaudent immunitate, vt etiā no. Guli. in Specu. de immunit. eccle. in fin. vbi etiam arguit contra emptores redituum clericorum qui volunt immunitate gaudere, ſed ipſi etiā clerici non gauderent negotiationis cauſa deferendo, vt hic. Si autem inter leuatorem pedagij & delatorem ſit quæſtio, vt quia ille negat eum clericū, vel dicit res deferri negotiationis cauſa, vel res illius nō eſſe, graue eſſet ſemper iudicem adiri pro fide huius rei recipienda. vnde videtur cōmittendum iuramento deferentium vel ſuorum nuntiorum ſi perſonarū qualitas nō diſſuadeat, vel niſi de cōtrario fides haberetur in promptu. facit de iureiur. c. ſi. quod me. cau. c. ſi. Quo ad perſonā videtur ſufficere ſi ſit in habitu & tonſura clericali, per decret. ſi iudex. de ſent. excom. lib. vj.

*Pedagij ratione orta quæſtio inter leuatorem, ipſius & delatorem rerum qualiter terminabitur.*

y *Pedagia vel guidagia.* exponūtur hæc de verb. ſigni. ſuper quibuſdam. & omnia iſta dicuntur portaria vel vectigalia, vt ibi not.

z *Alieno.* de re iu. quod alicui. lib. vj. cum concor.

a *Extorquent.* vbi enim reciperentur iſta à ſponte ſoluentibus, non eſt locus pœnis. ſi. de ſimo. dilectus. ij.

b *Excommunicationis.* quo ad ſingulares perſonas.

c *Interdicti.* quo ad ciuitates, caſtra, vel loca quorum collegia vel vniuerſitates in his delinquūt, & periculoſiſſimum eſt, per quod forſan tota Italia eſt interdicta, & vltra Italiam



à iure [a] prolatas, poſtquam de his ipſis conſtiterit, [b] omnino publicent, vel à ſuis ſubditis [c] tamdiu faciāt publicari, donec [d] illi ſic exacta reſtituerint, [e] & de tranſgreſſiōe huiuſmodi ſatisfecerint [f] competenter.

## DE CELEBRATIONE miſſarum, & alijs diuinis officijs.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentibus ſuperiores ipſorum debent eſſe ſoliciti, vt horæ debitæ in cathedralibus, regularibus & collegiatis eccleſijs horæ canonicæ deuotè pſallantur: & quòd in eccleſijs alijs celebretur conuenienter & debitè diurnum officium & nocturnum. principaliter hoc intendit. Ioan. Andr.*

### CAPITVLVM I.

GRaui nimirū turbatiōe mouemur, quod ex nonnullorum rectorum negligentia, quæ [g] dum ſpem impunitatis promittit, multam nutrire peſtilētiam conſueuit [h] in ſubditis, plerique eccleſiarum miniſtri [i] modeſtia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo ſacrificium laudis [k] fructum labiorum [l] ſuorum in puritate conſcientiæ & animi deuotione deberent, horas [m] canonicas [n] dicere ſeu pſallere [o] tranſcurrendo, ſyncopando, [p] extranea quidem & plerunque vana [q] profana & inhoneſta intermiſcendo colloquia, [r] tardè ad chorum conueniendo, ſeu eccleſiam ipſam abſque rationabili cauſa [s] ante finem officij exeundo [t] frequenter, aues interdum portando ſeu faciendo portari, caneſque ſecum ducendo venaticos, [u] ac quaſi nihil prætendentes de clericali militia [x] in corona, veſtibus & tonſura, [y] diuina etiam celebrare aut eis intereſſe nimis indeuotè præſumunt. Nonnulli etiam tam clerici quàm laici præſertim in feſtorum certorum vigilijs, [z] dum in

liam. teſtificentur experti. & vide quod dicam. j. de ſenten. excommu. grauis. in princ.

a *A iure.* eod. titu quanquam. lib. vj.

Gloſſa ſequens ſupplet & remittit. ſecundò dubium ſoluit per duas rationes.

b *Conſtiterit.* parte vocata contra quam ſit publicatio. de quo ſatis ſcripſi ea. compil. de offic. deleg. c. vnico. Puto autem de hoc inquiri & cōſtare poſſe etiam in illo qui ſoluit de hoc non conquerente, tū quia hoc beneficium reſpicit fauorem ordinis clericalis, non perſonæ tantùm, & ſpectat ad ius publicum. de foro compe. ſi diligenti. de ſenten. excommu. contingit. j. diſtinct. ius publicum. tum propter animarum periculum, de quo præmiſit, & præcipuè in facto manifeſto. de vſu. cum in diœceſi. de diuor. porrò.

c *Subditis.* vicinos etiam epiſcopos requirere poſſunt. xj. quæſt. iij. curæ. de treu. & pace. cap. j. ſupra ea. compil. de foro compe. quanuis. §. pen.

d *Donec.* licet iſti reſtituant & ſatisfaciant vt ſequitur, eſt tamen neceſſaria abſolutio excommunicationis, vel relaxatio interdicti, vt in prædic. decre. quanquam. in ſi.

e *Reſtituerint.* plenariè dicit decre. quanquam. quòd forſan hic omittit, quaſi ſonet in idem verbum reſtitutionis & plenæ reſtitutionis. fa. ff. de verb. ſig. cum prætor. ff. de vſu. videamus. ij. §. in Fauiana. nec ſufficeret hic cautio. concor. quod no. de elec. quia ſæpe. lib. vj.

*Reſtitutio et plena reſtitutio in idem ſonāt.*

f *Satisfecerint.* vide quod dixi poſt Innocen. de cohabi. cleri. ſicur.

DE CELEBRATIONE MISSARVM &c.

*Continuatio.* Viſum eſt, ſupra de capellis & eccleſijs tam religioſorum quàm ſecularium, in quibus diuina officia & miſſarum ſolennia celebrantur, ideo &c.

*Diuiſio.* GRaui.} Prima pars ponit tres ſpecies exceſſuū, quas ſecunda pars per ſuperiores corrigi præcipit ibi, Ne igitur. Et eſt prima ſpecies de clericorum exceſsibus in celebratione diuinorum. Secunda ibi, Nonnulli. de diſſolutionibus clericorum & laicorum quas in eccleſijs & ſuis cœmeterijs faciebant. Tertia ibi, In multis. de indecentia veſtimentorum, vaſorum & ornamentorum eccleſiaſticorū. Ioan. And.

CASVS. Concilio generali Spirituſancto legitimè congregato fuit propoſitum quòd plures clerici dicebant horas canonicas diſcurrendo, & quandoque verba inhoneſta proferendo: & dum ibant ad diuinum officium, ducebant ſecum canes venaticos & aues, vnde modicam reuerentiam faciebant ipſi eccleſiæ, & ſcandalum inde oriebatur. conſtituit concilium quòd ipſi celebrent diuinum officium cum deuotione & reuerentia, & pro hoc deputauit aliquos vt compellant clericos ad celebrandum cum deuotione vt decet. & cantor, vel decanus, vel prior tenetur compellere clericos ſuæ eccleſiæ, & in defectu ipſorum epiſcopus.

Nota ibi, miniſtri, iuncta gloſſ. quòd clerici non beneficiati non tenentur ad horas canonicas dicendas, niſi eſſent in ſacris conſtituti. Nota ibi fructum. iuncto. cap. dolentes. eo. titu. in anti. videlicet quòd qui eſt adſtrictus ad dicēdum horas, illas debet dicere attentè. Nota quòd obligatus ad horas canonicas debet ſingulas dictiones & ſyllabas diſtinctè proferre. Nota quòd beneficiati cum ad ipſas eccleſias accedunt, debent incedere, id eſt ire cum humilitate. Item debent eſſe honeſti in corona ſeu tōſura & in veſtibus. Vnde tonſura eſt raſura in ſuperiori parte capitis. Sed raſura eſt in inferiori parte capitis. Nota quòd in cœmeterijs non

*Horæ debent attentè dici, et cū bona prolatione.*

Clementinæ.

debent celebrari choreæ, nec cantilenæ dici, & multo minus in eccleſijs. Nota quod licitum eſt turbari ſuper delinquentes. nam Deus turbatur & iraſcitur. de reb. eccle. non al. ſi quis. Nota quòd horæ canonicæ debent dici cum puritate. Ex hoc arg. quòd qui eſt in mortali, ſi dicit eas, nihil agit, ſicut ſunt cōcubinarij, fures, & ſimiles. vnde in pſal. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas? Zabarella.

g *Quæ.* negligentia.

h *Conſueuit.* de vita & honeſt. cle. vt clericorum. cum ſuis concor.

i *Miniſtri.* argu. pro clericis qui beneficiati non ſunt, quòd non teneantur ad horas. de quo ſatis ſcripſi eod. titu. cap. j. ſuper glo. ſi.

k *Laudis.* Pſal. xlix. Deus deorum. ibi, immola Deo ſacrificium laudis.

Gloſſa ſequens dat quotam. arguit & remittit.

l *Fructum labiorum.* ſumptum ad Hebræos vlt. vltra medium. [illegible] de hoc ſcripſi poſt Innocen. & Hoſtien. eod. titu. dolentes. & facit quod de oratione dicam. j. de reli. ca. vnico. in gloſſ. de oratione. in ſeptimo membro.

m *Horas.* aſpiratur vt dixi ſupra ea. compil. de vi. & hone. cleri. cap. ij.

n *Canonicas.* ſeptem, de quibus eodem titu. cap. j. & quare ſic fuerint per eccleſiam inſtitutæ, & qui teneantur ad eas dicendas, ibi ſcripſi. Miſſam de officio dicimus, ſed non de horis. quod patet, quia etiam epiſcopi de honeſtate inuitantur ad illas dicendas vel audiendas. de priuileg. cap. fin. libr. vj. diſtributiones tamen pro miſsis vt pro horis in eccleſijs ſtatuuntur. facit infra titu. ij. cap. j. in fin. Canon diſtinguit ſolùm duas horas, matutinalem, & veſpertinam. xj. quæſt. iij. ſi quis epiſcopus in concilio. quod quomodo intelligatur, not. xcij. diſtinct. cap. vlti. Pythagoras etiam dicebat duorum temporum curam habendam, ſcilicet mane & veſperi, id eſt eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſsimus.

*Temporū duorū habenda eſt cura.*

o *Pſallere.* hic iunge literam infra, nimis indeuotè præſumunt.

*Ordo literæ.*

p *Syncopando.* hoc exponitur eod. titu. dolentes. in. j. gloſſ.

q *Vana.* cum tamen de omni verbo otioſo reddituri ſimus rationem in die iudicij. Matth. xij. xxij. q. vlti. cap. quoties.

*Verbi cuiuſlibet otioſi reddenda eſt ratio.*

r *Colloquia.* j. ad Corint. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. & not. xxxvij. diſtin. turbat.

ſ *Rationabili cauſa.* eſſet rationabilis quando nimis fatigatus eſt ſpiritus, & cauſa recreationis ſine ſcandalo aliquantulum exit eccleſiam, vt ſcripſi poſt Innocen. eod. titu. dolentes. Idem ſi infirmitas vel iuſta occupatio ſuperueniret. vij. q. j. illud. & ca. ſeq. de conſe. diſtin. j. nullus. de cleri. non reſi. ex parte ij. eo. titu. ca. vnico. lib. vj.

t *Exeundo.* etiam laici miſſam audientes ante benedictionē ſacerdotis exire nō debent. de cōſe. diſt. j. miſſam. &. c. ſeq.

*Miſſa integraliter eſt audienda.*

u *Venaticos.* quod etiam extra eccleſiā eis non licet. de cle. vena per totum.

x *Militia.* quæ cœleſtis eſt. xj. q. j. chriſtianis. de cleri. ægro. c. j. ne cle. vel mo. ca. j. in ſi.

y *Tonſura.* ſic de vita & hone. cleri. clerici. j. & §. ea. compil. eo. titu. cap. ij. & quid corona & tonſura deſignet, ibi ſcripſi, & habetur. xij. q. j. duo ſunt.

z *Vigilijs.* in quibus clericalis modeſtia deberet ſtudioſius obſeruari. de ſtatu mon. cū ad monaſterium. ver. in refectorio. vbi ſæpius dixi verbum Senecæ. xviij. epiſtola ad Lucillium. Feſtiuis maximè diebus animo imperandum eſt, vt

*Senecæ dictum notabile.*

tunc à voluptatibus ſolus abſtineat, cum in illas omnis turba procubuerit.

a *Orationi.* vide quod de oratione dicam, j. titu. ij. c. vnico. ad finem.

*Chorea vnde dicitur.*

b *Choreas.* dicitur à choro. chorizantes enim in ſuis ludicris cantilenis & ſaltibus quodammodo tenent chorum: & de his fortè loquitur Pſal. xj. In circuitu impij ambulant. & facit de vita & honeſta. cleri. cum decorem. xvj. queſt. j. legi. & has euitare debēt moniales. s. ea. compil. de ſtatu monach. cap. ij.

c *Cātilenas.* xxxvij. diſtin. ca. ij.

d *Inſolentias.* de offi. ordi. c. j. ea. compil. & ibi expoſui.

e *Violationes.* in talibus enim facilè veniri ſolet de ludo ad rixam, ex qua ſequi ſolent effuſiones ſanguinis, vulnera & homicidia, per quæ loca polluuntur. de cō-ſecra. eccle. vel alta. propoſuiſti. & quando vno polluto pollutum ſit reliquum, dic vt eod. titu. cap. vnico. lib. vj.

*Pollutio loci ſacri ex quibus procedit.*

f *Perturbatur.* vide quod not. & dixi de appel. dilectus.

g *Indecentibus.* non ex immunditia contra quam prouiſum erat de cuſto. eucha. cap. ij. ſed ex vilitate pretij vel æſtimationis ipſorum, quod patet ex eo quod de facultatibus quæritur. & de his de conſe. diſtin. j. altaris palla. &. ca. vaſa. cum duobus cap. ſeq. In fratribus vero minoribus reprobatur exceſſus circa iſta ornamenta, j. de verb. ſigni. exiui. verſus fi. §. quamuis.

eccleſijs deberent orationi [a] inſiſtere, non verentur in ipſis earumq; cœmeteriis choreas [b] facere diſſolutas, & interdum canere cantilenas, [c] ac multas inſolentias [d] perpetrare: ex quibus eccleſiarum & cœmeteriorum violationes, [e] inhoneſta variaq́ue delicta quandoque ſequuntur, & eccleſiaſticum plerunq; perturbatur [f] officium in diuinę maieſtatis offenſam, & aſtantium ſcandalum populorum. In multis inſuper eccleſiis cum vaſis, veſtimentis, & cæteris ornamentis ad diuinum cultum neceſſariis, indecentibus [g] vtique (penſatis earum facultatibus) deſeruitur, Ne igitur tranſgreſsiones inualeſcant [h] huiuſmodi, aliiſque veniant in exemplum, ſacri concilij approbatione hoc fieri prohibentes, ſancimus vt illi ad quos id pertinet, & in eorum ſi vtique exempti non ſint, negligentiam [i] vel defectum, locorum ordinarii: ſi verò exempti fuerint, aut aliàs circa hoc priuilegiati, ſuperiores [k] ipſorum (omni negligentia vel incuria penitus relegata [l]) circa reformanda præmiſſa, & eorum ſingula corrigenda, necnon vt in cathedralibus, regularibus & collegiatis eccleſiis horis debitis [m] deuotè pſallatur, In aliis verò conuenienter & debitè celebretur diuinum diurnū & nocturnum [n] officium, ſi Dei & apoſtolicæ ſedis indignationem euitare voluerint, ſolicitam curent diligentiam adhibere, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam (dummodo ad eos illam exercere pertineat) [o] aliiſque opportunis remediis compeſcēdo, facientes prout ad eos ſpectat, in his, & aliis quæ ad diuinū cultum & morum reformationē pertinent, ac eccleſiarum & cœmeteriorum reſpiciunt honeſtatem, ſacrorū ſtatuta canonum ad quæ [p] ſcienda [q] diligens curent adhibere ſtudium, [r] irrefragabiliter obſeruari.

### Idem in eodem.

*Clerici etiam religioſi, domeſtici commenſales cardinalium vel epiſcoporum, ſe poſſunt illis in diuinis officijs coaptare. hoc dicit. Ioannes Andreas.*

### CAPITVLVM II.

DIgnum prorſus & congruū [s] arbitrantes quòd clerici tam religioſi quàm alii [t] cardinalium ſacroſanctæ Romanæ [u] eccleſiæ ac quorūcunque pontificum [x] gratiam & cōmunionem apoſtolicæ ſedis habentium, [y] commenſales domeſtici [z] ſe poſſint [a] ipſis [b] in diuinis officiis [c] coaptare, [d] vt illud quod iidem cardinales ſeu pontifices dicent officium [e] licitè dicere [f] valeant, Nec ad dicendum aliquod aliud teneantur, ſacri approbatione concilii indulgemus. [g]

DIgnum. §. Primò ponit dictum. Secundò circa illud remouet dubium. Secunda ibi, Nec ad dicendum. Imol. Præſupponendum eſt ꝙ quilibet tenetur dicere horas canonicas ad vſum illius diœceſ. in qua eſt beneficiatus. CASVS. Ego ſum cōmenſalis vel domeſticus alicuius cardinalis vel epiſcopi qui dicit horas ad vſum eccleſiæ Romanæ. Ego ſum de alia diœceſi, quæritur, an poſſim dicere horas meas ſicut ipſe. & in tali vſu? Dicit Clemens quod ſic. Not. ꝙ appellatione pontificum non veniunt electi in epiſcopos & confirmati, niſi ſint conſecrati, etiam in conceſsione priuilegiorum, vt in gloſſ. cum text. in verbo, pontificum. Nota ꝙ quis debet ſe coaptare ijs cū quibus conuerſatur. xij. diſtinct. illa. in fi. xl. diſtin. ca. j. in tantum quod etiam ſibi ꝓpter hoc licent aliquā quæ nō licerent, vt hic. de hoc de ſta. mo. recolentes.

*Not. quòd officiū eccleſiæ variū eſt, quod dic vt in gl. ſicut Gregorianū. Zab.*

ſ *Congruum.* quaſi conueniens.

t *Alij.* commenſales domeſtici, quod eſt. j.

u *Romanæ.* non Cōpoſtellanæ vel Rauennatis. de offic. archipresbyt. cap. ij. & dixi de conſtitu. cum omnes. ſuper tertia gloſſ.

h *Inualeſcant.* principijs obſta. &c. vt not. de reſcrip. ad hęc. in fin.

Gloſſa ſequens arguit, & remittit.

i *Negligentiam.* argue quòd de iuriſdictione minorum prælatorum diœceſani ſe non intromittunt, niſi in caſu negligentiæ. de hoc de offic. ordi. cum ab eccleſiarum. &. cap. paſtoralis.

Gloſſa ſequens quæſtionem ſoluit.

k *Superiores.* voluit his caſibus dare diœceſanis delegatam poteſtatem, ſicut fecit ea. compila. de ſupplen. negli. præla. c. vnico. de ſta. mo. ca. ij. de relig. domi. ca. ij. quia propter hæc multum vſitata, nimis præiudicatum fuiſſet priuilegijs exemptionis.

l *Relegata.* hic iunge literam, ſolicitam curent diligentiam adhibere.

m *Debitis.* dicebat Hoſtien. eod. titu. ca. j. quòd pulſare & pſallere horas debitis horis ſeruabatur in cathedralibus & collegiatis eccleſijs.

n *Nocturnum.* eod. titu. dolentes. in fi.

o *Exercere pertineat.* excludit fœminas, licet prælatas. quod dic vt de maio. & obe. dilecta. De maioribus curatis, & qui iuriſdictioni præſunt, dic vt no. ij. q. j. nemo. de offi. ordin. cum ab eccleſiarum. plenius per Hoſt. in ſum. de ſentent. excō. §. quis poſsit excommunicare. in vlti. col. Ioan. Andr.

p *Ad quæ.* ſtatuta.

q *Scienda.* propter medium horū trium quę præmiſit, ſcilicet de reformatione morum, non eſſet facilè iura colligere de quibus ſciendis hortatur, ſed ſufficiat allegare. de vi. & hone. cle. per totum. ad primum eod. titu. per totum. de conſe. diſtin. j. per totum. ad vltimum de cuſ. eu. cap. ij. de immuni. eccle. per totum. & eo. titu. per totum. lib. vj.

r *Studium.* xx. diſtin. ſi decreta.

x *Pontificum.* electos confirmatos nondum conſecratos non videtur includere.

y *Habentium.* ſi. de pręſcrip. veniens. & exponitur hoc verbum de offi. ordi. quòd ſedem. in vlti. gloſſ.

z *Domeſtici.* de his de verborum ſignifi. c. ſi. libr. vj.

a *Poſsint.* non dicit quòd teneantur. facit. ff. de iudi. non quicquid.

b *Ipſis.* cardinalibus vel epiſcopis.

c *Officijs.* ſi de cibis addidiſſet, hoc multum monachis placuiſſet, per ea quæ not. xvj. quæſt. j. ca. iij.

d *Coaptare.* facit. xij. diſtin. illa. & hic iunge finem.

e *Officium.* ſicut Gregorianum, Ambroſianum, vel monachale cuiuſuis ordinis. Item ſiue dicant de feria vel de feſto.

f *Licitè dicere.* Nota ad quæſtionem de monacho prælato eccleſiæ ſecularis, quòd reget illam ſecundum officium clericale non monachale, hoc placet Ioan. xvj. quæſtione. j. cap. iij. Goffre. de ſtatu mona. in ſumma. §. ſed nunquid abſoluitur. & Hoſtien. in ſum. ipſius titu. §. ij. verſi. ſed nunquid talis. facit de præſcrip. cum olim. Sed dices contrarium probari per hanc decretalem, cum hic fuerit conceſſa ſpecialis indulgentia præter quam hoc non licuiſſet, vt dicam in fin. Solu. iſti non ſunt perpetuo trāſlati, ſed ille nihil habet commune cum monachis. xvj. q. j. ne pro cuiuſlibet.

*Monachus prælatus eccleſiæ ſecularis quod officium dicet.*

g *Indulgemus.* prius ergo hoc non licebat.

### DE BAPTISMO, ET EIVS EFFECTV.

Viſum eſt de ſacramento eccleſiæ quod eſt ſacramentum euchariſtiæ, nunc videndum eſt de ſacramento baptiſmi.

Præſenti.



*Diuiſio.*

PRæſenti. §. Tres ſunt partes principales, quia primò ponit regulam. Secundò duos caſus excipit ab ea ibi, Niſi. Tertiò punit contrafacientes ibi, Qui autem. Imo. CASVS. Fuit à nonnullis in cōcilio generali expoſitū, quod licet fuiſſet in eccleſijs parochialibꝰ deputati ſacri fontes ad baptizandos paruulos, tamen plures baptizabant in ſuis domibus vel alijs locis priuatis, ꝓpter quod fuit ortum ſcādalum: ideo conſtituit conciliū quòd decætero nullibi baptizentur niſi in eccleſijs demptis & exceptis filijs principū, vel niſi ſubſit rationabilis cauſa: & contrafacientes puniuntur, vt in text. Nota quòd æquiparantur nobilitas & neceſsitas. de hoc in gloſſa hic comparantur.

## DE BAPTISMO, ET eius effectu.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*In fontibus eccleſiarum non in priuatis domibus debet baptiſma concedi. duos caſus excipit, & tranſgreſſores puniri præcipit. Ioan. And.*

### CAPIT. VNIC.

PRæſenti prohibemus edicto, ne quis [a] de cætero in aulis [b] vel cameris [c] aut alijs priuatis domibus, [d] ſed duntaxat in eccleſijs in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, [e] aliquos [f] (Niſi regum [g] vel principū quibus valeat in hoc caſu deferri, liberi [h] extiterint, Aut talis neceſsitas [i] emerſerit propter quam nequeat ad eccleſiam abſque periculo [k] propter hoc acceſſus haberi) audeat baptizare. Qui autem ſecus pręſumpſerit, [l] aut ſuam in hoc præſentiam [m] exhibuerit, taliter per epiſcopū ſuum caſtigetur, [n] quod alij attētare ſimilia non præſumant. [o]

Nota quòd neceſsitas legi non ſubiacet. de obſer. ieiu. cōſilium. regula, quod non eſt. lib. vj. Zabarel.

a *Ne quis.* omnes comprehendit, nedum eos quibus ex officio competit baptizare, vt presbyteros. De diaconibus dic vt. xciij. diſtin. diaconos.

b *In aulis.* aula dicitur ſala vel ſpatioſum habitaculum communiter quatuor habens alas.

c *Cameris.* concord. de appella. qua fronte. & quod ibi not. in gloſ. ij.

d *Priuatis domibus.* bene concor. in authen. vt in priua. do. ſacra. myſt. non fiant. col. v. per totum.

e *Deputati.* de maio. & obe. his quæ. de ca. mona. ca. ij. & tales eccleſiæ dicuntur baptiſmales. de no. ope. nun. ca. j. in prin. & de his xvj. q. j. de decimis. §. ij. xiij. quæſt. j. §. ij. ver. decimas. & quia renaſcimur per baptiſmum, dicuntur matrices. de pręſcrip. ex tranſmiſſa. j. de ſenten. excom. c. j.

*Eccleſiæ baptiſmales dicūtur matrices.*

f *Aliquos.* hic iunge literam infra, audeat baptizare.

Gloſſa ſequens dat tres concor. quærit quis dicatur princeps. ponit. xij. æquiuocationes, & ſoluit, dicens tyrannos non includi, & reſpondet contrario.

g *Regum.* ſi. de offic. deleg. cap. vlti. de priuil. ne aliqui. libr. vj. Sed iura illa loquuntur ſolùm de regibus, hic addit de principibus. ſic. s. cap. compil. de teſti. ca. j. Et quos hic dicat principes, dubitatur. Deus enim princeps dicitur, Iſaiæ. ix. ibi, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Interdum Angelus, de ſe dicens Ioſuē. ix. Ego ſum princeps exercitus. Interdum papa. de conſec. diſtin. j. corpora. Interdum epiſcopi. de maio. & obe. ſi quis. vel alij iudices eccleſiaſtici. xvij. quæſt. iiij. definiuit. in ſin. Imperator. de re iudi. ad apoſtolicæ. in princ. lib. vj. Rex. de ſacra vnic. cap. vnico. ver. vnde in veteri. de accu. veniens. de elect. innotuit. de bap. maiores. circa fi. xlv. diſtin. de Iudæis. Vel alius principans populo. de maio. & obe. omnes. Exodi. xxij. Principi populi tui non maledices. Vel loco. de Iudæis, Iudæi. & cap. ſeq. &. ca. in nonnullis. in fin. de vſuris, quanto. &. j. de Iudæis. cap. j. in prin. de hære. cum ſecundum. in fi. de homi. pro humani. lib. vj. Sed ſi ſic largè principatus ſumatur pro dominio vel dominatione populi, iam videretur quòd omnis baroniam habens ſit princeps, ſic & largè omnis regens prouinciam, dominium, gentem, prolem, vel plebem, dici poteſt rex. xxiij. quæſtione. iiij. duo iſta. Apes etiam & grues habent principem. vij. queſt. j. in apibus. & diabolus etiam dicitur princeps mundi, Ioan. xiiij. & vitiorum. de pœ. diſtinct. ij. princeps. & in his multum poſſet inſtari, ſed non expedit. Et componitur princeps ex primum & capio, & dicitur quaſi primum capiens locum vel dignitatem. Sunt etiam certæ dignitates ſeculares ſpecialiter ſic vocatæ, vt principatus Achaiæ, & his ſimiles. ad illas tamen hunc textum non puto reſtringi. facit de verb. ſig. quamuis. Et aduertendum quòd decre. fundamenta. §. vt ergo. loquens de imperatore, rege, & principe, ſubmittit de marchione, duce, comite, & barone, vel alio notabili potentatu: per quod videtur ex ordine quòd princeps maior ſit prædictis, marchione, duce &c. Et ex hoc puto quòd principatus hic ſumatur pro notabili potentatu meritò comparando regiæ dignitati. facit ea. decre. fundamenta. in fi. Tyrannos autem (quibus in Italia conſtellatio nunc fauet) includi non puto. Nam (vt ait Grego.) Tyrannus eſt propriè qui in republica non iure principatur. Et Philoſophus, quòd ſicut regum eſt rectus principatus, ita tyrannis eſt peruerſum dominium. de quo ſatis. iiij. & v. Politi. cum ergo princeps tendat ad bonum commune, tyrānus ad proprium, ergo non eſt princeps. Vnde Iſa. xxxij. Princeps ea quæ ſunt digna principe cogitat. Abſit ergo quòd illos quanticunque ſint potentatus, hęc conſtitutio priuilegiet. ad hoc de reſcrip. ſi gratioſè. in ſi. lib. vj. ff. de leg. j. legata inutiliter. ij. reſponſo. Non ob. de hæret. præſidentes. libr. vj. quia illud ſpeciale fauore fidei.

*Principis appellatio multos cōprehendit.*

*Princeps vnde dicitur.*

*Tyrannus quis dicitur.*

Gloſſa ſequens ponit differentiam inter filios & liberos. arguit pro naturalibus. ſoluit contrariū, ad allegata reſpondens.

h *Liberi.* comprehendit nepotes ex filiis & alios deſcendentes. ff. de verborum. ſignifi. l. liberorum. ſecus ſi dixiſſet, filij. Appellatio enim filiorum regulariter non comprehendit nepotes. inſtitu. qui teſta. dari tu. poſſ. in fi. caſualiter contra. ff. de verborum ſignifi. filij. & ibi de hoc. Et quod dixi comprehendit nepotes, intellige de deſcendentibus ex filiis maſculis. ff. de ſena. l. liberos. in fin. de pœnis, vbicunque. lib. vj. Videtur hoc etiam intelligi poſſe de naturalibus, non de legitimis, per prædictam. l. liberos. j. reſponſo. & per id quod notat. de proba. in præſentia. in princip. j. gloſſ. & dixi poſt Hoſtien. de ſenten. excommu. ſi verò. §. ſi. Verius videtur illos non comprehendi, per. l. cum legitimè. & per ibi not. ff. de ſta. ho. facit inſtitu. de nup. §. fin. ff. de in ius vo. quia ſemper. in authen. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi. coll. viij. & leg. liberos. non intelligitur de naturalibus qui legitimi ſunt, vt ibi not. Ad not. in decreta. in præſentia. reſponde per not. in. l. ibi allegata. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. Ad vlti. allega. dic quòd quo ad parentum reuerentiam bene habetur ratio naturalium tantùm, ſed quo ad commodum liberorum vel honores, non, vt in contrariis.

*Liberi & filii differunt.*

i *Neceſsitas.* hic comparantur nobilitas & neceſsitas, alibi nobilitas & literatura, de præben. de multa. in fi.

k *Periculo.* fortè pueri baptizandi exiſtentis in mortis articulo. eodem titu. cap. penultimo. vel deferentium, vt quia eſt hoſtilitas vel locus obſeſſus.

l *Præſumpſerit.* baptizando in locis talibus.

m *Præſentiam.* ex propoſito. ſupra ea. compi. de ſta. mo. ne in agro. §. porrò. in fin. &. §. ſeq. & huic cōcord. de vi. & ho. cle. clerici. ne cle. vel mo. c. pe. in princip. & de clande. deſpon. ca. vlti. circa fi. de vſur. quanquam. lib. vj. ad fi.

n *Caſtigetur.* arbitrariè. de offic. delega. de cauſis. cum concordantijs.

o *Non præſumant.* ſupra eadem compilatione de offi. ordin. cap. j. cum ſuis concordantijs. licet autem puniatur faciens, baptiſmi collatio tenet. ex quo enim concurrunt debita materia & debita forma cum intentione baptizādi, valet à quocunque collatum. de ſumma trinitate. cap. j. §. ſacramentum & in quocunque loco. facit de baptiſ. debitum.

*Baptiſmo tria ſunt neceſſaria.*

### DE RELIQVIIS ET VENERATIONE ſanctorum.

Viſum eſt ſupra de eccleſiis tam ſecularibus quàm regularibus, etiam de quibuſdam ſacramentis eccleſiaſticis: nunc videndum eſt de reliquijs & veneratione ſanctorum.

SI dominum. §. Duæ ſunt principales partes. In prima procœmium Clementis, qui expreſſo motiuo ſeruari præcipit conſtitutionem Vrbani. In ſecunda, prædicta cōſtitutio ibi, Vrbanus. quæ ſubdiuiditur in titulum & proſam ibi, Tranſiturus. in qua præmittit de corpore Chriſti ſuaue, formoſum, & prolixum exordium, principaliter oſtendens cauſam inſtitutionis ipſius ſacramenti & ipſius effectum. Secunda ibi, Licet igitur. ponitur narratio in qua pręmiſſa multiplici cauſa celebrationis feſti corporis Chriſti, diem ſtatuit qua debeat celebrari. Tertia ibi, Ideoque. concludit ponens exhortationem de feſto colendo cum certis indulgentijs. Præſupponendum eſt ꝙ Vrbanus papa Gallicus qui præfuit eccleſiæ Romanæ tribus annis, fecit cōſtitutionem ꝙ feria quinta poſt feſtum Pentecoſtes celebretur feſtū de corpore Chriſti: & ad animandū populū Chriſtianū dedit indulgentias illis qui intereſſent diuinis officijs. Et quia illa cōſtitutio Vrbani

*Diuiſio.*

bani non fuit recepta ab omnibus, ideo Clemẽs papa quintus innouauit illam cõſtitutionem, & illam præcepit ab omnibus ſeruari. Accipiatis diuiſionem gloſ. & proſequamini ſicut ipſa tradit. Colligo aliqua notabilia. Primò ex princ. text. quod valet argumentum à minori ad maius affirmatiuè, vt in authen. multo magis. Cod. de ſacroſan. eccle. Nota ſecundò iuncta gloſſa quòd conſtitutio papæ non publicata non adſtringit non recipientes, dum tamen cauſa ſit rationabilis, quia fortè continet rem quæ de ſe non eſt, vt Græci noluerunt recipere conſtitutionem de non ducendis vxoribus. Similiter Gallici noluerunt recipere conſtitutionem de clauſuris faciendis circa monaſteria ſua. Not. plura miracula & plures effectus ſacramenti altaris. Nota rationem conſtitutionis feſti omnium ſanctorum cur in illo die fiat.

Nota effectum huius cap. quòd die Iouis poſt feſtum Pentecoſtes debet celebrari feſtum corporis Chriſti. Et nota indulgentias conceſſas illis qui interſunt omnibus diuinis officijs. Nota lecturam tui text. & pulchra verba in illo exiſtentia. Not. quòd Deum iubemur laudare in ſanctis eius, id eſt laudare Dei mirabilia laudando ea quæ ſancti fecerunt in Dei virtute. de hoc in gloſſ. ij. Nota quòd quandoque iuſtum & honeſtum ſimul concurrunt, vt in litera ibi, dignum profectò, iuſtum &c. quandoque videtur aliter. Zabarella.

## DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Feſtum corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauam Pentecoſtes, & certæ indulgentiæ conceduntur ijs qui in feſto vel intra octauam officio vel horis interfuerint. h. d. Ioan. Andr.*

### CAPITVL. VNIC.

SI dominum in ſanctis eius laudare iubemur, [a] dignum profectò, [b] iuſtum & ſalutare nobis exiſtit, vt ſibi in ſui [c] quo nos quotidie ſpiritualiter reficit [d] memoriam corporis, laudes feſtiuæ venerationis & gratias referamus. Hac igitur conſideratione inducti, conſtitutionem à bonæ memoriæ Vrbano [e] papa quarto prædeceſſore noſtro ſuper hoc editã, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictè præcipimus [f] obſeruari, cuius tenor ſequitur in hæc verba: Vrbanus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis, & alijs eccleſiarum prælatis &c. Tranſiturus de hoc mundo ad patrem ſaluator noſter dominus Ieſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta cœna, [g] in memoriam mortis ſuæ inſtituit [h] ſummum & magnificum ſui corporis & ſanguinis ſacramentum: corpus in cibum, & ſanguinem in poculum [i] tribuẽdo. Nam quoties hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem domini annuntiamus. [k] In inſtitutione quidem huius ſacramenti dixit ipſe apoſtolis, [l] Hoc facite in meam commemorationem. vt præcipuum & inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc præcelſum & venerabile ſacramentum: memoriale inquam mirabile ac ſtupendũ, delectabile, ſuaue, tutiſsimũ, ac ſuper omnia pretioſum: [m] in quo innouata ſunt ſigna, & mirabilia [n] immutata: in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas, [o] ipſaque dulcedo domini

a *Iubemur.* Pſal. vl. Laudate dominum in ſanctis eius. ADDITIO. Facit eod. titu. ca. ij. & eod. titu. glorioſus. lib. vj.

b *Profectò.* pro certè. & eſt ſenſus, ſi laudare iubemur dominum in ſanctis, fortius in ſeipſo: & eſt argumentum à minori, de quo de elec. cum in cunctis. de quo [a] dicimus, propter quod vnum quodque tale, & illud magis.

c *In ſui.* corporis memoriam, quod ſequitur.

d *Reficit.* de conſecra. diſtinctio. ij. qui manducat. in principi.

e *Vrbano.* qui fuit natione Gallicus & Trecenſis, & parum vixit vltra triennium in papatu, & fuit is qui regnum Siciliæ contra Manfredum contulit Carolo fratri regis Franciæ, vt patet in Chronicis.

f *Præcipimus.* Licet hoc proœmium ſit ſimile illi quod habetur. ſ. ea. compil. de ſepul. dudum. tamen in hoc differunt, quia illud in concilio, hoc extra concilium. Item hic conſtitutio Vrbani ſolùm ſeruari præcipitur, ibi conſtitutio Bonifacij innouatur. ratio patet, quia illa fuit per conſtitutionem Benedicti reuocata, iſta vero non fuit reuocata, ſed per aliquos non recepta.

g *Sumpta cœna.* ratio huius habetur de conſe. diſtinct. ij. liquidò.

h *Inſtituit.* Matthæi. xxvj. de conſe. diſtinct. ij. panis eſt in altari. de celebra. miſ. cum Marthæ.

i *Poculum.* Facit hæc litera quòd alia ſit tranſſubſtantiatio corporis, & alia ſanguinis. de hoc de conſecra. diſtin. ij. cum omne. & cap. comperimus. & cap. quia corpus.

k *Annuntiamus.* j. ad Corinth. xj. circa finem.

l *Apoſtolis.* Lucæ. xxij. de conſe. diſtin. ij. in Chriſto ſemel. in fine. & vide quod ibi no.

m *Pretioſum.* xcv. diſt. ecce. de conſecra. diſtin. ij. nihil.

Gloſſa ſequens primò allegat quoiam, & remittit. ſecundò ponit ſeptem mirabilia in corpore Chriſti, ad ſingula inducens ſaltem vnum caſum & figuram.

[a] *Allegant Car. in. 3. no. & Anchara. in. 2. tex. ca. cum Marthæ. poſt princ. de celebra. miſſa. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. vide ibi Bald. Paulo. Petrum (referente hic Vanc.) in tractatu argu. alle. l. ex diuerſo. §. 1. ff. ſolu. ma. addo. c. quẽadmodũ. de iureiur. c. dilecto. circa fi. de ſent. excom. lib. 6. & procedit hæc argu. ratio in ſtatutis permiſſiuis. l. nec in ea. §. ius occidendi. cũ ibi not. per Bar. ff. de adult. Idem in pœnis delictorũ. l. ſi quis nõ dicã. ibi Bal. in. 2. not. C. de epi. & cle. rr. & deſicit hæc argu. formula vbi ius ei quod minus videtur magis reſiſtit. glo. ver. videbatur. cle. ſi. de rebus eccleſi. non alie. præpo. cap. per venerabilem. qui fil. ſint legi. & formatur affirmãdo, eſtq; ipſius illatio neceſſaria auctore D. Ni. Euerardo in locis ſuis legalibus. Fonta.*

n *Mirabilia.* quod optauit Eccleſiaſti. xxxvj. cap. ibi, Innoua ſigna, & immuta mirabilia. de his mirabilibus dixi de celebr. miſ. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. Et nunc aliter tractando dicamus cum theologis quòd in hoc ſacramento notatur mirabilis productio, quia de cœlo nobis productum eſt, & ad vocem ſacerdotis aperiuntur cœli &c. de conſecra. diſtinct. ij. quid eſt ſanguis. quod figuratum fuit Exod. xvj. in prin. Ego pluam vobis panes de cœlo. Item notatur mirabilis multiplicatio, quæ quotidie conficitur & ſumitur, nec conſumitur. de conſe. diſtinct. ij. in Chriſto ſemel. &. cap. qui manducat. ij. quod figuratum fuit. ij. Regum vj. circa finem, vbi dicitur quod Dauid partitus eſt in vniuerſam Iſraëlis multitudinem ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubalę carnis vnam. & iiij. Regum. iiij. in fin. de viginti panibus ſaturati ſunt centum viri. Item mirabilis miniſtratio, quia quo ad effectũ ita per malos vt per bonos miniſtratur. j. quæſt. j. intra catholicam. cum cap. ſeq. vſque ad. §. ſed obijcitur. de conſe. diſtinct. ij. vtrum. quod figuratum eſt. iij. Regum. xvij. in prin. vbi dicitur quòd Heliæ qui fugerat ad torrentem, corui deferebant panem & carnes mane & veſpere. Item mirabilis confortatio, quia fulcit animæ noſtræ ſubſtantiam: & quotidie accipiendus eſt iſte panis, vt quotidie proſit. de conſecra. diſtinct. ij. non iſte panis. & qui de eo manducat, in æternum non deficit. eadem diſtinctio. Chriſtus panis eſt. & hoc figuratum fuit. iij. Regum xix. poſt princi. vbi Heliæ fugienti per deſertum viam vnius diei, & tandem dormienti angelus ad caput eius poſuit panem ſubcinericium, dicens, ſurge & comede. qui cum comediſſet, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et qui contemnit vel negligit hunc panem ſumere, debilitatur & cadit à virtutibus. de conſecra. diſtinct. ij. ſi quoties. & cap. ſi quis intrat. quod figuratum eſt j. Regum. xxviij. ad fi. ibi, ſtatimque Saul cecidit ſuper terram, & robur non erat in eo, quia panem non comederat illa die. Item mirabilis munditia, quia niſi dignè & à dignis ſumatur, propinat mortis iudicium. de conſecra. diſtinctio. ij. qui ſceleratè. & cap. timorem. quod tangere voluit Pſalm. dicens, Qui manducatis panem doloris. & cum buccella quam Chriſtus dedit Iudæ, introiuit diabolus in eum. de conſecra. diſtinct. ij. eſca. Item mirabilis tranſlatio, quia etiam prece iniuſti fit tranſſubſtantiatio virtute Spiritusſancti, non merito ſacerdotis. j. quæſtio. j. cum ſcriptura. quod figuratum fuit in hiſtoria quę ibi tangitur de Gedeon, Iudicum. vj. circa medium, cui præcepit angelus quòd panes azymos & carnes tolleret, & illa poneret ſuper petram, & extendit angelus ſummitatem virgæ quam habebat in manu, & aſcendit ignis de petra, & conſumpſit ſacrificium. Item mirabilis tranſmiſsio, quia tranſmittitur etiam ad defunctos non ſummè malos nec ſummè bonos. xiij. quæſtio. ij. non æſtimemus. & cap. animæ. quod figuratum fuit Danielis vlti. ad finem, vbi præcepit angelus Abachuc quòd panes & pulmentum quod ferebat meſſoribus, portaret in Babylonem Danieli poſito in lacu leonum. & cum neſciret Abachuc locum, apprehendit illum angelus capillo capitis ſui, & poſuit eum in Babylonem ſuper lacum, & accepit Daniël prandium &c. Quædam alia miranda ex inferioribus collige. Ioannes Andreæ.

*Corpus Chriſti etiã ad defunctos transfertur.*

o *Suauitas.* Sapientiæ. xvj.

Salutis.



deguſtatur, in quo vtique vitæ ſuffragium conſequimur & ſalutis. [a] Hoc eſt memoriale dulciſsimum, memoriale ſacratiſsimum, & memoriale ſaluificum, in quo gratam redemptionis noſtrę recẽſemus memoriam, [b] in quo à malo retrahimur, & in bono [c] confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa: in quo profectò proficimus ipſius corporali pręſentia ſaluatoris. Alia namque quorum memoriam agimus, ſpiritu menteq; cõplectimur, ſed nõ propter hoc realẽ eorum præſentiam obtinemus. In hac verò ſacramẽtali Chriſti commemoratione Ieſus Chriſtus pręſens ſub alia quidem forma, [d] in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcũ. Aſcenſurus enim in cœlũ dixit [e] apoſtolis, & eorũ ſequacibus, [f] Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad cõſummationem ſeculi. benigna ipſos promiſsione confortans, quòd remaneret & eſſet cum eis etiam pręſentia corporali. O digna & nunquam intermittenda memoria, in qua mortem [g] noſtrã recolimus mortuam, noſtrumq. interitum interiiſſe, ac lignũ viuificum [h] ligno crucis affixum fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fideliũ animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ, deuotionis lachrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirũ noſtrã memorãdo liberationẽ, & recolẽdo paſsionẽ dominicam per quã liberati ſumus, vix lachrymas continemus. In hac itaque ſacratiſsima commemoratione adſunt nobis ſuauitatis gaudium ſimul & lachrymę, quia & in ea congaudemus lachrymantes, & lachrymamur [i] deuotè gaudentes, lætas habendo lachrymas, & lætitiam lachrymantem. nam & cor ingenti perfuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas.

O diuini amoris immenſitas, diuinæ pietatis ſuperabundantia, diuinæ affluentia largitatis. dedit enim nobis dominus omnia quæ ſubiecit ſub pedibus noſtris, [k] & ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit nobis dominij principatũ. Ex miniſtris etiam ſpirituum ſuperiorum nobilitat & ſublimat hominis dignitatẽ. Adminiſtratorij [l] nãque ſunt omnes in miniſteriũ propter eos qui hæreditarẽ ſalutis capiunt, deſtinati. Et cum tam copioſa fuerit erga nos eius munificentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem præcipua liberalitate monſtrare, ſemetipſum [m] nobis exhibuit, & tranſcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens attribuit ſe in cibum. O ſingularis & admiranda liberalitas vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore. [n] Quàm larga & prodiga largitas, cum tribuit quis ſeipſum [o]. Dedit igitur nobis ſe in pabulum: vt quia per mortẽ [p] homo corruerat, & per cibum ipſe [q] releuaretur ad vitam. cecidit homo per cibum ligni mortiferum, releuatus eſt homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit eſca mortis, in iſto pependit vitæ alimentum. Illius eſus meruit læſionem, iſtius guſtus intulit ſanitatem. guſtus ſauciauit, & guſtus ſanauit. vide quia vnde vulnus eſt ortum, prodijt & medela: [r] & vnde mors ſubijt, exinde vita euenit. [s] De illo ſiquidem guſtu dicitur, [t] Quacunque die comederis, morte morieris. De iſto verò legitur, [u] Si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum. hic eſt cibus qui plenè reficit, verè nutrit, ſummeque impinguat, non corpus ſed cor, non carnem ſed animam, [x] non ventrem [y] ſed mentem. Homini ergo qui ſpirituali alimonia indigebat, ſaluator ipſe miſericors de nobiliori & potentiori huius mundi alimento pro animæ refectione pia diſpoſitione prouidit. Decens quoque liberalitas extitit, & conueniens operatio pietatis, vt verbum Dei æternum, quod rationabilis creaturæ cibus eſt & refectio, factum caro, [z] ſe rationabili creaturæ carni & corpori, homini videlicet in edulium largiretur. panem enim angelorum manducauit homo. [a] & ideo ſaluator ait, [b] Caro mea verè eſt cibus. Hic panis ſumitur, ſed verè non conſumitur. manducatur, ſed non tranſmutatur, quia in edentem minimè transformatur, ſed ſi dignè recipitur, ſibi recipiens conformatur. [c] O excellentiſſimum ſacramentum. O adorãdum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconijs exaltandum, cunctis honorandum ſtudijs, deuotis proſequendum obſequijs, & ſynceris mentibus retinendum.

O memoriale nobiliſsimum intimis cõmendandum præcordijs, firmiter animo alligandum, diligenter reſeruandũ in cordis vtero, & meditatione ac celebratione ſedula recenſendũ. Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriã, vt

a *Salutis.* de conſec. diſtin. ij. cum omne. in prin. &. ca. ſpecies. in fi. Ioan. Andr.

b *Memoriam.* de conſecr. diſtinct. ij. ſemel Chriſtus. & cap. in Chriſto ſemel.

c *In bono.* ſic de ſtatu mona. cũ ad monaſterium. ver. prior.

d *Forma.* & quare hoc, not. de conſecr. diſtin. ij. fortè.

e *Dixit.* Mathæi vltimo in fine.

f *Sequacibus.* per fidem. de ſucceſſoribus apoſtolorũ not. xij. q. j. videntes.

g *Mortem.* noſtram æternam.

h *Lignum viuificum.* ſcilicet Chriſtum.

i *Lachrymamur.* ſi. ij. ad Corin. vj. de excel. præl. nimis. j. in prin.

k *Sub pedibus.* noſtris. Pſal. viij. Domine dominus noſter. & ad Hebr. ij. vbi dicit apoſtolus quod omnia ſubmittendo nil dimiſit non ſubiectum. & concord. de maio. & obe. ſolitæ. circa finem.

*Matth. vlt.*

l *Adminiſtratorij.* ſumptum ad Hebr. vj. ca.

m *Semetipſum.* ad Epheſios. v.

n *Cum datore.* concord. de conſecra. diſtin. ij. nec Moyſes. de ſum. trini. cap. j. §. vna. in prin.

Gloſſ. ſequens duo notat, & ſecundum tripliciter probat.

o *Seipſum.* Not. pro forma ſalutationis qua quis offert ſeipſum, qua breuitatis etiam cauſa multum vtor. Item not. pro theologis qui tenent quòd idem opus meritorium laudabilius eſt in vouente vel profeſſo quàm in alio. probant, quia vouere opus latriæ eſt, quæ præcipua virtus eſt inter morales, opus autẽ nobilioris virtutis eſt melius & magis meritorium, ergo & de latria quæ eſt cultus & ſeruitus quæ ſoli Deo debetur. de conſec. diſtin. iij. venerabiles. Secũdò, quia vouens non ſolum quo ad actum, ſed etiam quo ad poteſtatem ſubijcit ſe Deo, vt decætero aliud agere nõ poſſit, ergo plus dat, ſecundum Anſelmum lib. de ſimilitudinibus, cũ det fructum & arborẽ, quàm qui dat ſolũ fructũ. Tertiò, quia propter votum immobiliter volũtas firmatur in bonũ. Ad perfectionem autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono, vt patet per philoſophum. ij. Ethicorum. Et Aug. felix neceſſitas, quæ ad meliora cõpellit. ergo magis meritorium. Io. And.

p *Mortem.* clarius ad propoſitum dixiſſet, quia per cibum in mortem homo &c.

q *Ipſe.* homo.

r *Medela.* & ſic de cibo dicere poſſumus: cibus damnauit qui ſaluauit, vt de muliere dicitur & not. de ſacra. vnc. cap. vnico. ver. per frõtis. ſed nõ eſt idem ſpecie, vt hic patet. Ioan. Andr.

ſ *Euenit.* concord. præfatio crucis, vt dixi. ſ. ead. compil. de ſum. trini. cap. j. ſuper ver. cruci.

t *Dicitur.* Geneſi. ij. circa medium.

u *Legitur.* Io. vj. circa finem. de pœ. diſt. ij. charitas eſt aqua. Ioan. Andr.

x *Animam.* de offic. ordi. inter cætera.

y *Non ventrem.* de conſec. diſt. ij. vt quid paras.

z *Factum caro.* Ioã. j. de biga. debitum.

a *Manducauit homo.* Pſal. lxxvij. Attendite popule meus.

b *Ait.* Io. vj. de conſe. diſt. ij. dupliciter.

c *Conformatur.* vide quod not. de conſecra. diſtin. ij. nõ iſte. & quod not. & dixi de Iudæ. etſi Iudęos.

illius cuius ipſum fore memoriale cognoſcimus, ſemper memores exiſtamus, quia cuius donū vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur. Licet igitur[a] hoc memoriale ſacramētum in quotidianis miſſarum ſolenniis frequentetur,[b] conueniens tamen arbitramur & dignū, vt de ipſo ſemel ſaltem in anno ad cōfundendā ſpecialiter hæreticorū perfidiam & inſaniam,[c] memoria ſolennior & celebrior habeatur. In die nāque cœnæ domini quo die ipſe Chriſtus hoc inſtituit ſacramentū, vniuerſalis eccleſia pro pœnitentium reconciliatione, ſacri confectione[d] chriſmatis, adimpletione mādati circa lotionem pedum[e] & alijs quāplurimum occupata, plenè vacare nō poteſt celebrationi huius maximi ſacramenti. Hoc enim circa ſanctos quos per anni circulum veneramur, ipſa obſeruat eccleſia, vt quāuis in litanijs & miſsis ac aliis etiam ipſorum memoriā ſæpius renouemus, nihilominus tamen ipſorum natalitia certis diebus per annum ſolennius recolat, feſta propter hoc eiſdē diebus ſpecialia celebrando. Et quia in his feſtis circa ſolēnitatis debitū aliquid per negligentiā, aut rei familiaris occupationē, aut aliàs ex humana fragilitate omittitur, ſtatuit ipſa mater eccleſia certā diem[f] in qua generaliter omniū ſanctorū[g] cōmemoratio fieret, vt in hac ipſorū celebratione cōmuni, quicquid in proprijs ipſorū feſtiuitatib⁹ omiſſum exiſteret, ſolueretur. Potiſsimè igitur exequendū eſt erga hoc viuificū ſacramentū corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, qui eſt ſanctorū omnium gloria & corona,[h] vt feſtiuitate ac celebritate præfulgeat ſpeciali, quatenus in eo quod in alijs miſſarum officiis circa ſolēnitatem eſt forſitā præter miſſum, deuota diligētia ſuppleatur, & fideles feſtiuitate ipſa inſtante, intra ſe prӕterita memorantes, id quod in ipſis miſſarum ſolēniis ſecularibus forſan agēdis impliciti, aut aliàs ex negligētia vel fragilitate humana minus plenè geſſerūt, tūc attētè in humilitate ſpiritus & animi puritate reſtaurēt. Intelleximus autē olim dū in minori eſſemus officio conſtituti, ꝙ fuerat quibuſdā catholicis diuinitus reuelatum,[i] feſtum huiuſmodi generaliter in eccleſia celebrādū. Nos itaque ad corroborationē & exaltationē catholicæ fidei, dignè ac rationabiliter duximus ſtatuendum, vt de tanto ſacramento præter quotidianā memoriam quam de ipſo facit eccleſia, & ſolennior & ſpecialior † annuatim memoria celebretur, certū ad hoc deſignantes & deſcribentes diē, videlicet feriam quintā[k] proximā[l] poſt octauā[m] pentecoſtes,[n] vt in ipſa quinta feria deuotæ turbæ fideliū propter hoc ad eccleſias affectuosè concurrant, & tā clerici quàm populi gaudētes in cantica[o] laudum ſurgant. tūc enim omnium corda & vota, ora & labia hymnos[p] perſoluant lætitiæ ſalutaris, tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat,[q] iubilet[r] chorus, puritas iucundetur: tunc ſinguli alacri animo pronaque voluntate conueniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo, tanti feſti ſolennia celebrantes. & vtinam ad Chriſti ſeruitiū ſic eius fideles ardor inflammet, vt per hæc & alia proficientibus ipſis meritorum cumulis apud eū qui ſeſe dedit pro eis in pretium,[s] tribuitque ſe ipſis in pabulum, tandem poſt huius vitæ decurſum eis ſe in præmium[t] largiatur. Ideoque vniuerſitatem veſtrā monemus & hortamur in domino, et per apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè prӕcipiendo † mandamus, in remiſsionē peccaminum iniungētes, quatenus tā excelſum & tā glorioſum feſtū prædicta quinta feria ſingulis annis deuotè ac ſolēniter celebretis, & faciatis ſtudiosè per vniuerſas eccleſias ciuitatum veſtrarū & diœceſiū celebrari, ſubditos veſtros in dominica dictam quintam feriā proximè præcedente ſalutaribus monitis ſolicitè per vos & per alios exhortantes, vt per veram & puram confeſſionē, eleemoſynarum largitionem,[u] attentas & ſedulas[x]

a *Licet igitur*. ſecunda pars.

b *Frequentetur*. quod ex multis cauſis ſapientia Dei vtile fore præuidit. quod dic vt de conſecra. diſt. ij. iteratur.

c *Inſaniam*. de quibuſdam illorum erroribus, de conſecra. diſtin. ij. cum omne. Ioan. Andr.

d *Confectione*. quæ fieri debet ſingulis annis, & vetus cremari. de conſe. diſt. iij. in literis. Et poteſt fieri tempore interdicti. de ſent. excom. quoniam. lib. vj.

e *Lotionem pedum*. Ioan. iij.

f *Certā diem*. ſcilicet calēdas Nouembris. ſic dicti, quia nonus menſis inchoando à Martio, vt inchoabāt antiqui qui ſolū decem menſes habuerūt vſque ad tempus Iulij Cæſaris & Numæ Pompilij, & tunc diſtincto & correcto anno ſecundum curſum ſolis redeūtis in fine anni ad eundem punctū, additi fuerūt duo mēſes in principio anni. ſ. Ianuarius & Februari⁹: & propter horas ſex quæ ſupererant, oportuit ſingulis quatuor annis addi diem biſſextilem. quod dic vt de verb. ſig. quæſiuit. & tunc temporis Iulius vocabatur quintilis, & Auguſtus ſextilis, qui poſtea à Iulio & Auguſto denominati fuere, vel propter ipſorum ortum, vel propter rem proſperè geſtam.

*Biſſextus vnde procedit.*

g *Omnium ſanctorū*. quo Italici anſeres deuorant, quod Romani facere non deberent. vt enim dicit Amb. in Hexaemerō. v. merito debes anſeribus Roma ꝙ regnas. dij tui dormiebāt, & anſeres vigilabāt. illis poti⁹ debes ſacrificare quàm Ioui. cedāt enim dij veſtri anſeribus à quibus ſe ſentiunt eſſe defenſos, ne & ipſi ab hoſte caperentur. Et Iſidorus. xij. etymo. Gallorū aſcenſus in Capitolio, anſeris clāgore deprehenſus eſt. nullū enim animal ita odorem hominis ſentit vt anſer. Ioan. Andr.

h *Corona*. ad Philip. iiij.

i *Reuelatum*. hoc nō creditur ſimpliciter aſſerenti. de hære. cū ex iniuncto. Mihi autem reuelatur ꝙ hoc feſtum adiūgetur ad alia feſta, de quibus in decre. vlt. de ſen. excom. lib. vj. & tunc eadem cōſtitutione notabilia ipſius cōſtitutionis dubia ſupplico declarari.

k *Feriam quintā*. ſcilicet diem Iouis. & licet propriè feria ſumatur pro feſto, tamen omnē diem vocamus feriā, vel à fando, quia qualibet die fabatur Deus. Gen. j. vel quia ſingulis diebus fari poſſumus in diuinis vel humanis. ſi. de verb. ſignifi. forus.

*Feria quid ſignificat, et vnde dicitur.*

l *Proximam*. intelligebatur. ff. de ver. oblig. eum qui calendis.

Gloſſa ſequens ſignat contrarium & ſoluit.

† *Nota ꝙ quæ ſpeciali nota digna ſunt, niſi de his ſpecialis fiat mentio, neglecta videntur, ar. de ſen. excōm. ſtatuimus. lib. 6. ff. de minor. l. item apud §. hoc edictum. Solet enim plus timeri &c, 23. diſtinct. quanquam. Zabarel.*

m *Octauam*. contra de ferijs, capellanus. illud quo ad officij celebrationem, hoc quo ad dierum numerum. & cōcor. eo. tit. c. ij. de reſti. in integ. coram. in fin.

n *Pentecoſtes*. ſic dicitur à pente quod eſt quinque (facit de deci. c. j. in fi. & quod ibi not.) & coſte. x. quia quinquies. x. dies ſunt inter feſtū reſurrectionis & Pētecoſtes, computato vtroque feſto. & quidam declinant pentecoſte pentecoſtes, alij verò hoc pentecoſte indeclinabile.

o *Cantica*. ad Epheſios. v.

p *Hymnos*. hi ſunt cantica laudis, ſicut Threni cantica lamētationis, vt ſcripſi de immu. eccleſi. non minus.

*Hymni & threni differunt.*

q *Plaudat*. quaſi manus iungat.

r *Iubilet*. quod eſt cātare voce quadam confuſa præ gaudio. vnde dicunt quidam quod iubilus eſt gaudium quod verbis explicari non poteſt, nec tamen penitus reticeri.

*Iubilus quid eſt.*

ſ *In pretium*. j. Corinth. vj. in fi. ibi, Empti enim eſtis pretio magno.

† *Nota ꝙ ad hoc feſtū colendū tenemur ex præcepto. Ex hoc arguit Lau. ꝙ non obediens committit grauiſsimū peccatū, et tenetur ad pœnam inobedientiæ. 14. q. 1. ꝙ præcipitur. de maio. & obed. ſi quis & ca. illud. 81. di. ſi qui. Zabar.*

t *In præmium*. Tobiæ. iiij. poſt princ.

u *Largitione*. lxxxvj. diſtinct. fratrem. de triplici eleemoſyna. xlv. di. tria. ſed aliter per Hoſtien. in ſumma de pœn. §. quis ſit effectus. ver. eleemoſyna. de tēp. or. §. & cui. ſub §. ſeptima.

x *Attentas & ſedulas*. id eſt continuas vel aſsiduas.

Gloſſa ſequens de oratione primò remittit. ſecundò format ſummā, quærēs de nouem. in fi. glo. prolixitatem excuſat. Ad primum membrum ſummæ quadrupliciter reſpōdet. Ad ſecundum datur miſta etymologia. Ad tertium vnica diuiſio. Ad quartum & ad incidens prouerbium reſpondet, & obiectionem ſoluit. Ad quintum reſpondet & incidenter quærit, an peccatorum oratio exaudiatur. arguit pro & contra, & ſoluit. Ad ſextum reſpondet, & reſponſum determinat. De ſeptimo remittit ad plura: ſed quatuor proſequitur, incidenter quærens an oratio debeat eſſe vocalis. alleg. pro & contra. & ſoluit. Circa octauum tria proſequitur. Circa nonum & vltimum ponit duplicem effectum: ſecundum probās iuribus, quinque auctoritatibus & tribus exemplis, de pluribus remittens.



orationes[a] & alia deuotionis & pietatis opera taliter ſe ſtudeant præparare, quòd huius pretioſiſsimi ſacramenti mereantur fieri participes illa die, poſsintque ipſum ſuſcipere reuerenter, ac eius virtute augmentum conſequi gratiarum. Nos enim Chriſti fideles ad colendum tantum feſtum & celebrandum donis volentes ſpiritalibus animare, omnibus verè pœnitentibus &

a *Orationes*. de oratione tractauit Hoſtien. in ſum. de pœnis §. quis ſit effectus. ver. carnis autem maceratio. Sed plenius per modum ſummæ videamus quid ſit oratio: vnde dicatur: quæ ſit eius diuiſio: ad quem ſit porrigenda, per quem, ad quid, qualiter, vbi, & quis ſit eius effectus. De primo: oratio ſecundum Aug. lib. de verbis domini, eſt quædam petitio. Alibi dicit, quòd eſt pius mentis affectus directus in Deum, & plerunque ne pigritetur, in vocem prorumpens. & colligitur de conſecr. diſtinct. j. quando autem. Vel oratio eſt congeries vocum in Deum tendentium ad aliquid impetrandum. Et ſecundum Damaſcenum eſt aſcenſus intellectus in Deum vel petitio ducentium ad Deum, vel petitio deſcendentium à Deo. xx. diſtinct. cap. ſi. Ad ſecundum dic, quòd dicitur ſecundum Caſsia. Iſid. & Ber. quaſi oris ratio: vt ſcilicet rationabile petatur: aliàs nō eſſet oratio. ſi. de reb. eccle. non ali. cap. ſi. & per hoc videtur quòd debeat eſſe vocalis: de quo dicam ſub ſeptimo membro. De tertio ſciendum quòd Caſsianus poſt apoſtolum. j. ad Timo. ij. hanc diuidit in quatuor ſpecies. In obſecrationem qua quis compunctus pro commiſsis veniam deprecatur. Orationem, per quam ſit aſcenſus intellectus in Deum, vel per quam aliquid Deo vouetur vel offertur. Poſtulationem, quam conſtitutus in ſpiritus feruore pro alijs ſolet emittere. Gratiarum actionem, quam mens Deo refert per exceſſum ineffabilem recolendo præterita Dei beneficia, vel contemplando præſentia, vel proſpiciendo futura iam præparata dilectis. Beatus Ber. in quodam ſermone dicit, quòd obſecrationes fiunt affectu verecundo, orationes puro, poſtulationes amplo, gratiarum actiones deuoto. De quarto dic quòd porrigenda eſt ad Deum. Matth. vj. Cum oraueritis, dicite pater noſter &c. Ad ſanctos autem porrigi poteſt non tanquam per ipſos implēda, ſed vt precibus & meritis ipſorum exaudiatur à Deo. patet hoc ex modo orandi quo vtitur eccleſia. ad Chriſtum enim non dicit ora pro nobis: ſed audi nos, vel miſerere nobis, ad ſanctum dicit, ora pro nobis. Et tenēt theologi quòd ſancti orationes noſtras cognoſcunt: vnuſquiſque enim beatus tantum in eſſentia Dei videt quantum perfectio beatitudinis requirit: hoc autem requiritur ad perfectionem beatitudinis, vt homo habeat quicquid velit, nec velit aliquid inordinatum: ſed recta voluntate quilibet cognoſcere vult quæ ad eum pertinent: ergò etiam ſancti (cum eis nulla rectitudo deſit) hoc volunt. oportet igitur quòd vota hominum, orationes & deuotiones in verbo cognoſcant. Nam ad eorum gloriā pertinet quòd auxilium egentibus præbeant ad ſalutem. Sic enim Dei cooperatores efficiuntur. Et ſi dicis, ſolus Deus cognitor eſt cordiū: de ſimo. tua. in ſi. cū concor. ſed oratio cōſiſtit in corde: ergò &c. Reſpōdeo ꝙ cordium cogitationes ſolus Deus nouit per ſeipſum: ſed tātum alij cognoſcere poſſunt quātum eis reuelatur, vel per viſionem verbi vel aliò modo. Fatendum ergo ꝙ orationes quas ad ſanctos verbo vel corde dirigimus, Deo manifeſtāte cognoſcunt. De quinto dic quòd porrigenda eſt per bene diſpoſitum, contritum & pœnitentem: quia cum is qui diſplicet &c. iij. q. vij. iudicet. xlix. diſtin. §. j. vbi etiam not. an orationes malorum proſint ijs pro quibus orant. Cōpetit autem orare etiam ſummè perfectis: vt dicam. j. de hære. ad noſtrū. ver. ij. De hoc autem dubitatur, an exaudiat Deus peccatores orantes. Arg. quòd ſic. j. q. j. ipſi. cōtra. ea. q. ſiquis inquit. ver. ad hæc omnia. & ca. ſacroſancta. Dicit Thomas quòd ſi peccator petit aliquid inquantum peccator, id eſt ſecundū deſiderium peccati, nō auditur à Deo ex miſericordia: ſed quādoque exauditur ad vindictā, dum permittitur amplius ruere in peccata. Vnde ſecundum Auguſt. Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus. Sed ſi peccatoris oratio procedit ex deſiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, non quaſi ex iuſtitia: quia talis non meretur: ſed ex pura miſericordia: ſi tamen alia in oratione concurrant, de quibus. j. dicetur.

*Orationis deſcriptio, deriuatio. & diuiſio.*

*Oratio ad quem porrigi debet.*

*Oratio per quem porrigenda eſt.*

*Peccatores an exaudiātur à Deo.*

De ſexto dicendum, quòd orare debemus principaliter ſalutifera. Matth. vj. Primum quærite regnum Dei & iuſtitiam eius. & licet Valerius libr. vij. cap. ij. dicat quòd Socrates quaſi quoddam humanæ ſapientiæ terreſtre oraculum nil vltra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent: patet tamen ex oratiōe dominica quòd etiam aliquid determinatè petere poſſumus. vnde Auguſt. ad Probam, dicit quòd ad Deum id licet orare quod licet deſiderare: dicens quòd oratio dominica oſtendit etiam temporalia à Deo peti poſſe, dum dicit: Panem noſtrum quotidianum &c. Tenent ergo Theologi quòd temporalia à Deo orando petere poſſumus, non vt finem conſtituamus in illis, ſed vt ſint adminicula beatitudinis conſequendæ: vt ſcilicet quaſi inſtrumentaliter nobis deſeruiant ad ſuſtentationem vitæ corporalis exercendæ ad actus virtuoſos. facit. j. quæſtio. iij. ſi quis obiecerit. & quod dixi de regula. cap. Ioannes. in oppo. ij. cap. De ſeptimo ſcias quod Hoſtien. in prædi. ver. ponit. xiiij. quæ requiruntur in oratione, ſcilicet quòd ſit fidelis, ſecura, humilis, diſcreta, deuota, verecunda, ſecreta, pura, lachrymoſa, attenta, communis, feruida, operoſa, & aſsidua. Sed tu quantum ad præſens membrum pertinet, breuiter dic quòd modus orandi requirit humiliationem corporis, deuotionem cordis, attentionem, & breuiloquium. de primo Eccleſi. xxxv. Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes. de elec. vbi periculum. §. penult. libr. vj. & Cyprianus libr. de oratione dominica. Sit orantibus ſermo cum diſciplina, quietem continens & pudorem. incuruatio tamen vel corporis humiliatio, non refectionis, ſed deuotionis obtentu fieri debet: vt dicit Caſsianus. & facit. viij. quæſtio. j. ſciendum. C. de ijs qui ſpon. mu. ſub. leg. j. & ij. Et de ſecundo probatur de vo. magnæ. circa fin. & prædic. decre. vbi periculum. §. penulti. Et Auguſt. Quid prodeſt ſtrepitus labiorum, ſi mutum eſt cor? & Gregor. in mora. Veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus, non verba compoſita reſonare. Et ibidem: Animarum verba ſunt ipſa deſideria, in quibus tanto quis minus clamat, quanto minus deſiderat. De tertio patet hic, de conſecra. diſtin. v. nunquam. in prin. & Cyprianus. Nil aliud cogitet animus quàm id ſolum quod precatur. de conſecra. diſtinct. j. quando autem. & dicit Gregor. quòd illam orationem Deus non audit, cui ille qui orat non attendit. Dicunt tamen theologi hoc intelligendum quando attentio nullo modo orationi coniungitur. Non enim requiritur quòd attentio ſemper maneat in oratione per actus eſſentiam. vnde Pſalm. xxxvij. Cor meum dereliquit me. ſatis enim eſt quòd maneat per virtutem: quod eſt quando cum bona intentione quis ad orationem accedit: etſi in proſecutione mens ad alia rapiatur. Semper enim primæ intentionis vis permanet: niſi tanta ſit euagatio, quòd attentio omnino depereat, & tunc locus eſſet ei quod dicit Cyprianus lib. de oratione dominica: Quomodo à Deo audiri te poſtulas, cum ipſe te non audias? & Beatus Ber. Cauſamur nobis deeſſe gratiam: ſed iuſtius ipſa gratia conqueritur nonnullos deeſſe ſibi. & Caſsianus: Nunquam orat quiſquis etiam flexis genibus, ſi vagatione diſtrahitur. & facit quod de officijs ſcripſi de celebra. miſ. dolentes. De quarto Matth. vj. Cùm oraueritis, nolite multum loqui &c. facit de conſecra. diſtinct. v. non mediocriter. & vide quod nota de æta. & quali. cap. penulti. in vltim. gloſſa. Nec tamen putes breuiloquium eſſe de neceſsitate orationis: nam oratio non ſolùm ſecundum ſuam cauſam, quæ eſt deſiderium charitatis: ſed etiam ſecundum ſeipſam poteſt eſſe diuturna: nam & de Chriſto legimus quòd pernoctauit orando, Lucæ vj. & quòd prolixius orauit, Lucæ. xxij. Item dicitur Lucæ. xviij. in princip. Oportet ſemper orare, & non deficere. facit lxxvj. diſtinctio. noſſe. ibi, orationi pernoctanter inſtitimus. Sed quia vt dicit Auguſtinus ad Probam: Multum loqui in orando, eſt rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis, cum plerunque hoc negotium plus gemitibus quàm ſermonibus agatur: ideo monemur ad breuiloquium. nam vt dicunt ſancti, frequens & breuis debet eſſe oratio: nè immorantibus nobis aliud cordi noſtro inſerat inimicus. Sed dubitatur an oratio debeat eſſe vocalis: quod videtur. Pſalm. iij. & lxxvj. Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum. Contra, oratio Deo porrigitur, vt dictum eſt: ſed Deus cordis locutionem cognoſcit: fruſtra igitur vox oris adiungitur.

*Oratione quid petendum eſt.*

*Orationis conditiones & modus orandi.*

*Oratio debet eſſe breuis.*

*Oratio an debet eſſe vocalis.*

gitur.facit.xxxviij.diſt.in.ſedulo.Dicunt theologi quòd cõmunis oratio quæ fit per miniſtros eccleſiæ.xij.quæſt.j.duo ſunt.in princip.in perſonam totius populi: vt innoteſcat ei pro quo fit, meritò ex inſtitutione debet eſſe vocalis. Sed ſingularis quam quis pro ſe vel alio porrigit, de neceſsitate nõ eſt vocalis: adiungitur tamen vox triplici ratione. Primò ad excitandum interiorem deuotionẽ. verbis enim & ſignis nos ipſos interius excitamus ad ſanctum deſiderium augendum: vt dicit Aug. ad Probam. Secundò ad redditionem debiti, ſcilicet vt ſeruiat orans Deo ſecũdum ſe totũ, ſcilicet corde & corpore. de conſecra.diſtin.v.nunquã. Tertiò ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione. vnde Pſal.xv. Lætatũ eſt cor meum, & exultauit lingua mea.

confeſsis [a] qui matutinali officio feſti eiuſdẽ in eccleſia [b] in qua idem celebrabitur interfuerint, centum: [c] Qui verò miſſæ, totidem: Qui autem in primis [d] ipſius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter centum: Qui verò in ſecundis, totidem. [e] illis verò qui primæ, tertiæ, & ſextæ, nonæ ac completorij officijs interfuerint, pro qualibet horarum ipſarum quadraginta. [f] Illis autem qui per octauas illius feſti matutinalibus, veſpertinis, miſſæ ac prædictarum horarum officijs [g] interfuerint, centum dies ſingulis octauarum ipſarum diebus de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum apoſtolorum eius Petri & Pauli auctoritate confiſi de iniunctis [h] ſibi pœnitentijs relaxamus.

De octauo patet Matth.vj. Cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Et vt dicit Caſsianus, intra cubiculum oramus, cum à cogitationum & ſolicitudinum ſtrepitu corde remoto, ſecretè & familiariter preces noſtras ſoli Deo referamus. & facit quod no.xlj.diſtinct.parſimoniam.& Auguſt.de ſermone domini. Videri ab hominibus non eſt nefas: ſed id agere, vt ab hominibus videaris: recepit enim ille mercedem ſuam.de pœni.diſtin.iij.cauendum.Orationes enim principaliter ſunt in eccleſia faciendæ.de pur.poſt par.cap.vnico.de immu.eccle. decet.lib.vj.§.eadem compil.de cele. miſ. cap.j. Sed vt dicit beatus Ber.lib. meditationum: Vbicunque fueris, intra teipſum ora. ſi longè fueris ab oratorio, non quæras locum, quoniam ipſe locus eſt. Videtur quibuſdam quòd fieri debeat ad Orientem: ſed cum Deus ſit vbique, ad omnem partem poſſumus ad eum orare: æquè tamen oramus & miſſæ ſacrificium facimus verſus Orientem. de hoc.xj.diſtin. eccleſiaſticarum. De vltimo dicendum quòd orationis effectus eſt duplex: habet enim virtutem merendi & impetrandi. primum dupliciter. Primò, quia vitatur per eam tentatio. Hier.ſuper Matth.xiiij. In tentationem intrat, qui orare negligit. Et Auguſt. Oratio eſt oranti præſidium, aduerſario incendium, angelis ſolatium, Deo gratum ſacrificium. Nam principaliter valet contra vitia ſpiritalia. vnde Hierony. ſuper Matth.xvij. ibi, Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in oratione & ieiunio. quod etiam habetur Matth.ix. dicit ſic: Non ſanat oculum quod ſanat calcaneum. Ieiunio ſanantur peſtes corporis: oratione vero ſanantur peſtes mentis. Secundò, quia procedit ex radice charitatis, penes quam conſiſtit omne meritum, & eſt fons viuus &c. de pœ. diſtin. ij.charitas.ij.de regula.licet.in fi. De virtute impetrãdi probatur.xxiij.quæſtio.viij.in qualibet.§.ead.compi.de elec. ne Romani.in fi. Mar.xj. Quodcunque orantes petitis, credite quia accipietis. Vnde per orationem reuelantur ſecreta diuina.viij.quæſt.j.ſi ergo. Boëtius dicit: Non fruſtra in Deo ſpes ponitur: preces enim quæ rectè fiunt, inefficaces eſſe non poſſunt. & beatus Ber.lib.meditationum: Ex duobus vnum indubitanter ſperare debemus: aut dabit nobis quod petimus, aut quod nouit eſſe vtilius. Et Aug. in lib. ſentent. Proſperi dicit, Orans miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur. Quid enim infirmo ſit vtile, magis nouit medicus quàm ægrotus. De his Valerius lib.vij.cap.ij. dicit, quod votis ſæpe expetimus quod non impetraſſe melius foret. & ponit exempla, dicens: Diuitias appetis, quæ multis fuerunt exitio: honores cõcupiſcis, qui quamplures peſſundederunt: regna tecum ipſe voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur: ſplendidis coniugijs manus inijcis ad hoc vt aliquando te illuſtrent, iſta nonnunquã funditùs domos euertunt. Suadet ergo cœleſti arbitrio nos ſubmitti. Effectum orationis ſumus in Italia nuper experti. quando enim cum verſibus illis, Exurgat Deus &c. cœpit eccleſia contra rebelles orare: perempti & exterminati ſunt quaſi ſubitò qui cenſura eccleſiaſtica & armis bellicis iamdudum domari non potuêre. bene facit.xxxvj.diſtinct.cap. vlti. vbi dicitur quòd orante Moyſe vincebat populus: vincebatur autem dum dimittebat manus. & vide Hoſtien. in ſum. de remiſ. §. ad quid valent. verſic. fateor. vbi ponit exempla de Daniele, Moyſe & Dauid orantibus. Sed qui leget tripertitam hiſtoriam, Hug. Floracen. Helmandum, Rufinum & hiſtoriographos, inueniet quòd Theodoſius Imperator ſenior ſuis orationibus miraculoſam victoriam obtinuit contra Eugenium & Arbogaſten, quorum exercitus iacula vehementiſsimus ventus retorquebat in ipſos, & iacula partis Theodoſij cum maiori fortitudine vltra menſuram humani ictus impingebat in illos. & hoc voluit ipſe Claudianus poëta qui tunc florebat, dicens,

O nimium dilecte Deo, cui militat æther:
Et coniurati veniunt ad claſsica venti.

Hoc autem obtinuit ipſius Theodoſij oratio, quæ talis fuiſſe legitur, Omnipotens Deus, tu noſti quòd in nomi- Chriſti filij tui, vltionis iuſtæ, vt puto, prælia ſuſcepi: ſin aliter, in me vindica: ſi verò cum iuſta cauſa, & in te confiſus huc veni, porrige dexteram tuis: ne fortè dicant gentes, Vbi eſt Deus eorum? concor. huic ſi.de vo. magnæ. poſt princi. Et huic gloſſ. ſit finis: de cuius prolixitate ſum excuſabilis: tum quia in orationis ſuffragio ſperans, ſum effectum illius expertus in aſſequendis proſperis, & euitandis vel ſaltem temperandis aduerſis: tum quia ſecundum materiam deberem eſſe prolixior: & ſi per iſta non ſatisfeci, excuſet coæquatio textualis. de hoc de immuni.eccleſi.decet.libr.vj. per Archid.j.q.j. dictum. Ioan. And.

*Oratio de neceſsitate non ſit ad orientem.*

*Orationis effectus duplex eſt.*

*Valerij digniſsima ſententia.*

*Claudiani verſus.*

*Oratio Theodoſij.*

## DE IMMVNITATE eccleſiarum.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Reuocat & pro infectis vult haberi decretalem, clericis. eodem titulo lib. 6. cũ ſuis declarationibus. Ioan. Andr.*

### CAP. VNIC.

a *Confeſsis.* quis eſt hic, & laudabimus illum? Eccleſi.xxxj. has ergo remiſsiones quibus pauci participant, amarè interpretari nec decet, nec expedit, vt dixi de pœn. & remiſ. quod autem.

*Remiſsiones feſti corporis Chriſti pauci participãt.*

b *In eccleſia.* per hanc literam quę habetur etiam ſuprà parte proxi.in ſi. patet quòd non ſufficit intereſſe horis extra eccleſiam: quod intelligo, etiam ſi dicantur in priuato oratorio, de quo de conſecra.diſtinct.j.concedimus.& cap. vnicuique.& cap.ſi quis.extra de cenſi.cap.ſi.

c *Centum.* dies, quod eſt infrà.

d *In primis.* facit ad not.de ſenten.excom.cap.vlt.§.in feſtiuitatibus.libr.vj.in.j.gloſ.& quod de completorio ſequitur, facit contra.

Gloſſa ſequens arguit ad duo.

e *Totidem.* argue pro æquandis diſtributionibus in his tribus horis, matutino, miſſa, & veſperis. Item argue quòd vbi in illis horis dantur decem, in alijs dari debent quatuor: vide quod dixi.§.ea.compil.de æta.& quali.vt hi qui.ad finem.

f *Quadraginta.* & ſic ducentos.

Gloſſa ſequens dubium ſoluit.

g *Officijs.* omnibus quo ad dies octauæ: nec puto quòd hic fiat diſtributio: vt partem habeat qui certis intereſt.

h *De iniunctis.* vide quod ſcripſi de pœ. & re. cùm ex eo.

#### DE IMMVNITATE ECcleſiarum.

Viſum eſt ſuprà de eccleſijs & rebus ipſarum: verùm quia res eccleſiæ gaudent immunitate: ideo &c.

*Diuiſio.*

Quoniam.} Primò præmittit cauſam & reuocationem conſtitutionis cap. clericis laicos. ſuprà eodem lib.vj. Secundò illam reuocat. Tertiò ſeruari præcipit ius antiquum ante prædictã conſtitutionem. Secunda ibi, Nos. Tertia ibi, Volentes: Imol. Præſupponendum eſt illud quod habetur in cap. non minus. & in cap. aduerſus. eod. titu. in anti. Dicitur in cap. non minus. quòd clerici pro rebus ſuis non debent ſoluere tallias, nec aliqua onera ad quæ laici adſtringuntur. Et ſi domini temporales compellant eos ad ſoluendum huiuſmodi onera de rebus eccleſiarum ſuarum, etiam de rebus proprijs; tales domini temporales ſunt monendi vt non cõpellant: & ſi non deſiſtant, ſunt excommunicandi: tamen dicitur quòd clerici poſſunt dare per modum eleemoſynæ de conſenſu prælati aliquid laicis. Et dicitur in cap. clericis. eo. titu. lib. vj. quòd etiam clerici de conſenſu prælati non poſſunt dare laicis: imò dicitur quòd recipientes huiuſmodi dona etiam gratis, ſunt excommunicati ipſo facto: & poſitum fuit illud cap. clericis. in odium Philippi regis Franciæ,



qui conferebat beneficia in ſuo regno, vnde papa indignatus fecit illam conſtitutionem, clericis. & ex illa conſtitutione fuerunt orta multa ſcãdala. vnde Clemens papa voluit quòd antiqua iura ſeruarentur, & non illa conſtitutio, clericis. eod. titu. in vj. vide diuiſionem gloſſæ. Not. quòd laudatur celeritas. de hoc in gloſſa concord.

Gloſſa ſequẽs ponit tempus editionis & cauſam.

a *Quoniam.* fuit iſta de primis conſtitutionibus Clementis editis à principio promotionis ſuæ, & incipiebat, paſtoralis. cuius decidit exordium, poſt quod ſequebatur, ſanè quoniam & cap. & rex Franciæ qui fuit paſſiua cauſa conſtitutionis, fuit actiua cauſa reuocationis: vt ſic conueniat de reg. iur. cap. j.

b *Clericis.* eod. titu. libr. vj.

c *Declaratione.* declarauerat enim Benedict⁹ in ſua extraua. quæ incipit, quod olim. illam quo ad ſui pœnas extẽdi ſolùm ad exigentes, vel dantes in exigendo auxilium, conſilium, vel fauorem: ita quòd pœnæ locum non haberent in ſoluentibus vel recipientibus à ſpontè ſoluentibus.

d *Declarationibus.* dicebãtur & aliæ proceſsiſſe: & ideo ad omne dubium tollendum plurali vtitur.

*† Nota ſuccurrendum eſſe magnis periculis & incommodis grauib⁹. de do. finem. de off. or. vt litigãtes. lib. 6. de ſta. re. vt periculo ſa. lib. 6.*

Quoniam [a] ex conſtitutione Bonifacij papæ octaui prædeceſſoris noſtri quæ incipit, Clericis [b] laicos. & ex declaratione [c] ſeu declarationibus [d] ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonnulla ſcandala, magna pericula, † & incommoda grauia ſunt ſecuta, & ampliora ſequi (niſi celeri [e] remedio ſuccurratur) præſumitur veriſimiliter in futurum: Nos de conſilio fratrum noſtrorum conſtitutionem & declarationem ſeu declarationes prædictas, & quicquid ex eis ſecutum eſt vel ob [f] eas, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis: [g] Volentes & firmiter ſtatuentes illud [h] cõtra quoſcunque laicos exigentes ſeu extorquentes ab eccleſijs eccleſiaſticiſque perſonis tallias, ſeu collectas aut exactiones quaſcunque, [i] & contra dantes [k] ad id faciendum conſilium, auxilium vel fauorem, [l] necnon & circa præſtandas ſubuentiones laicis ab eccleſiarum prælatis ac alijs viris eccleſiaſticis, inuiolabiliter obſeruari quod ſuper his à prædeceſſoribus [m] noſtris in Lateranen. & generali concilijs, [n] quæ nos ſub obteſtatione diuini iudicij præcipimus obſeruari diſtrictè, ſalubriter eſt prouiſum.

e *Celeri.* Concor. de accu. cap. fin. ſuprà ea. compil de iureiur. Romani. in princip. ADDITIO. De reſcript. ad hæc. Et caſus in quibus deſideratur celeritas, not. Archid. xciij. diſt. c. j. & illos in quibus non deſideratur, notat xxiij. diſtin. communis. Et de hoc de elect. cap. ſi. lib. vj. Cardinalis.

f *Ob eas.* Concor. de elec. qualiter. in fi.

g *Pro infectis.* per hoc puto quòd excommunicatus ex viribus illius conſtitutionis, abſolutione non egeat. Et vide quanta eſt papalis poteſtas circa ea quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo: quia reuocat illa vt ex tunc. & facit ad ea quæ ſcripſi, qui fi. ſint legi. per venerabilem. ſuper gloſ. ij.

*Papæ poteſtas eſt magna in ijs quæ ſunt iuris poſitiui.*

h *Illud.* inuiolabiliter obſeruari: quod eſt j. cõtra quoſcunque &c. quod ſuper his &c. vſque ad finem.

i *Quaſcunque.* vide quod not. & dixi eo. titu. non minus.

k *Dantes.* dicebat conſtitutio Bonifa. publicè vel occultè: per quod probatur quòd excommunicatio canonis ligat etiam occulta delicta: vt j. dicã de hære. multorum. ad finem.

*Excõmunicatio canonis ligat occulta delicta.*

l *Fauorem.* vide quod dicam j. de pœ. ſi quis. in princ.

m *Prædeceſſoribus.* Alexan. iij. eod. titu. non minus. Innoc. iij. eod. titu. aduerſus.

n *Concilijs.* vtrunque generale & Lateranenſe, ſed Alexandrinum vocamus Lateranẽſe: Innocentianum vocamus generale. de hoc de capel. mo. cap. fina.

*Concilium Lateranen. eſt generale, & econtra.*

o *De conſanguinitate & affinitate.* Rubrica iſta ita venit ſub bulla, ſed vidi quoſdam hic habere rubricam de ſponſalibus. Ioan. Andr.

#### DE CONSANGVINITATE & affinitate.

Viſum eſt §. de actibus clericis competentibus: nunc videndum eſt de actibus laicis conuenientibus: ideo &c.

*Continuatio.*

Eos qui. Primò ponit ſtatutum pœnale. Secundò illud aggrauat. Tertiò proteſtatur. Secunda ibi, Præcipientes. Tertia ibi, Per prædicta. Imola. Et incipe conſtructum ibi, cupientes. Habemus in iure quòd contrahentes inceſtas nuptias, graues pœnas ſuſtinent: videlicet quòd ſunt infames, & quòd bona ipſorum confiſcantur, & plures alias pœnas ſuſtinent: de quibus in authen. inceſtas. Cod. de inceſt. & inutilibus nuptijs. Sed quæritur, vtrum de iure cãnonico incurrant alias pœnas? Dicit Clemens quòd ſic: & dicit: Contrahens cum conſanguinea ſua, incurrit ſententiam excommunicationis ipſo facto. Idẽ ſi cum moniali. Idem ſi clericus in ſacris conſtitutus contrahat matrimonium. Idem ſi monachus profeſſus contrahat, poſito quòd matrimonium non fuerit conſummatum. hoc d.H.R. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd ratione conſanguinitatis vel affinitatis matrimonium eſt ꝓhibitum vſque ad quartum gradum. cap. non debet. eodem titu. in anti. Not. ſecundò quòd non ſolum contrahentes in caſibus prohibitis in lege canonica, debent ſuſtinere pœnas hic contentas: imò etiã contrahentes in caſibus prohibitis in lege diuina. Nota quòd contrahens cum cõſanguinea vel affini, ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis, nec ipſa excommunicatio eſt relaxanda, niſi ſatisfactione habita.

Nota quòd ſi ſint alia iura imponentia pœnam ſic contrahentibus, quod ipſe Clemens non intendit illis iuribus per hanc clementinam derogare.

*Matrimoniũ ſcienter contrahens cum cõſanguinea vel affini, ipſo facto excõmunicationem incurrit.*

## LIBER QVARTVS.

### DE CONSANGVINItate [o] & affinitate.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Scienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatus eſt ipſo iure, & publicari debet & vitari. Idem in profeſſo & profeſſa vel conſtituto in ſacris. Ioan. Andr.*

### CAPIT. VNIC.

Eos [p] qui diuino timore [q] poſtpoſito, in ſuarum periculum animarum ſcienter † in gradibus cõſanguinitatis &

Gloſſa ſequens duas quæſtiones ſoluit.

p *Eos.* Nota quòd in ſex caſibus hic expreſsis tantùm locum habet hæc conſtitutio & eius pœna: vnde ſi contrahat quis cum habente maritum, vel cum Iudæa, vel cum Pagana, vel cum cognata ſpiritaliter vel legaliter, vel contra impedimentum publicæ honeſtatis: licet non teneant matrimonia, tamen non eſt locus huic pœnæ, quæ in ijs caſibus vel ſimilibus expreſſa non eſt. Item in his ſex caſibus tunc demum eſt locus pœnæ, quando illicitè contrahuntur. Si enim licitè, vt ex diſpenſatione papæ: tunc ceſſat culpa: ergo & pœna. de conſti. cap. ij. de qua diſpenſatione not. de reſti. ſpol. literas. in princi. de ſta. mona. cùm ad monaſterium. & ſcripſi de vo. cap. j.

*† No. quòd conſtitutio non punit ignoranter contrahentes: ſed tantùm ſcienter. de hoc in gloſ. 3. & ꝑ hoc de conſtit. ca. 2. de or. ab epiſco. qui renun. epi. ca. 1. & 2. de cle. ex cõ. miniſt. apoſtolica.*

q *Timore.* concor. de elec. cùm in cunctis. ad fi.

Gloſſa ſequens primò no. à contrario, & illud determinat, & incidens dubium ſoluit. ſecundò quærit, arguit pro contrario. ſoluit. tertiò quærit & remittit.

r *Scienter.* Ignorantes ergo non ligat conſtitutio, quod intelligo in ignorantia facti probabili & non affectata. ſ. quia ignorabant ſe conſanguineos vel affines. Si verò ignorabant ius neſcientes gradum in quo erant, eſſe prohibitum: ex quo enim ſciebant gradum, ligat conſtitutio. de reg. iur. ignorantia. libr. vj. cum ſuis concor. Si verò alter ſolus ſciebat, ille ſolus ligatur. facit xxxiiij. q. ij. non ſatis. & cap. in lectum. de ſimo. de ſimoniacè. C. ſoluto matri. ſi ignorans. Sed quid ſi contraxit ignorans: poſt tempora ſciuit, & cohabitauit conſanguineæ? videtur ligari. arg. j. q. j. eos. in fi. de ſimo. ſicut tuis. C. de inceſt. nup. cum ancillis. Contrarium credo [a] cum iſta cõſtitutio non puniat cohabitationẽ vel inceſtum, ſed contractũ: vt j. dicam. facit. ff. de ijs qui not. infa. quid ergo. in prin. C. de vſu ca. transfor. l. j. ad fi. ff. de vſu. qui ſcit. in fi. & ff. de bo. lib. qui cum maior. & de minori. l. iij. §. ſcio. ſicut qui ignorãtèr eligit indignũ, licet poſtea ſciat, nõ incurrit pœnam cõcilij, cùm in cunctis. de elec. cùm in hoc põderetur initium. e. tit. dudum. probatur hæc ſolutio ex eo, quia ſine iudicio eccleſiæ ab illa diuertere non poſſet. de diuor. porrò. cum ſuis concor. fateor tamen ꝙ peccat cognoſcẽdo: & ſic

*a Gl. placet doc. ſi. c. decreuit. de hære. li. 6. dicit tamen Imo. eũ peccare mortaliter, & de Ancha. ar.*

*gu.gl.cõſulunt quòd ſi vxoratus cum alia matrimoniũ carnaliter perficiens, non obſtãte ſtatuto talem puniente, capitaliter abſoluendus: cùm (vt præſuppoſitur) lapſum ſit quinquennium quo pœna criminũ ex ſtatuto præſcribitur: per gl. in l. cum qui. §. in popularibus. ff. de iureiurã. & Bart. ibi volentem ſp factum nõ puniatur poſt præſcriptionẽ continuatum. Item copula poſt præſcriptionem continuata eſt acceſſoria ad initium matrimonij de facto præſumpti, cui⁹ punitioni iam eſt præſcriptũ. ergo et punitioni acceſſoriorum. l. cos. Cod. de vſu. facit. l. ex placito. C. de rerum permu. cap. præſenti. de offi. leg. lib. 6. nec ex qualibet copula iudicãdum eſt nouum delictum: cùm omnes referantur ad vnicũ initium matrimonij, ar. l. quædã mulier. ff. de rei vendi. Fontanus.*

*† No. quòd excommunicatus non abſoluitur, niſi recognoſcat errorem. de offic. ordin. ſignificauit. Zabarel.*

& ſic loquuntur contraria. de ſent. excõ. inquiſitioni. Quid ſi contraxi cum illa quam credebam eſſe conſanguineam, affinem, vel monialem: ſed in veritate non erat? Solue per no. de ſentent. excom. ſi verò. ij. & c. in audientia. ij. A

a *Canonica.* nedum diuina.

b *Interdictis.* ſcilicet in quarto vel citeriori gradu conſanguinitatis vel affinitatis primi generis. eod. titul. non debet.

Gloſſ. ſequens notat, quærit, allegat duo iura pro. ſoluit contrarium, & ad illa iura reſpondet.

c *Contrahere.* non punit ergo inceſtum vel coitum, ſed contractum: vt ſic contrahens ligetur, licet non conſummet.

Quid ſi non contraxit matrimoniũ, ſed ſponſalia tantum? Arg. quòd ligetur. ff. de ſpon. oratio. vbi prohibitio nuptiarum includit ſponſalia. Ad idem de eo qui duxit in matrimonium. ca. cum haberet. vbi æquiparantur ſponſalia & matrimonium. Nõ puto ligari, cum conſtitutio ſit pœnalis, & verba hoc non importent: quod verum puto niſi conſummauerit per copulam carnalem: quia tunc ligatur quaſi tunc contraxiſſe videatur. de ſponſa. veniens. & cap. is qui. Contrarium non obſtat: quia licet fatear quòd vbi prohibetur matrimonium, prohibentur ſponſalia: non ſequitur quòd contrahenti ſponſalia ſit eadem pœna quæ contrahenti matrimonium. bene facit de elect. perpetuo. lib. vj. In decret. cùm haberet. ſponſalia cum adulterio inducunt impedimentum matrimonij, ſicut inducunt publicam honeſtatem. de ſpon. cap. vnico. lib. vj. C

affinitatis conſtitutione canonica[a] interdictis, [b] aut cum monialibus contrahere[c] matrimonialiter[d] non verentur, Necnon religioſos[e] & moniales[f] ac clericos in ſacris[g] ordinibus conſtitutos matrimonia contrahentes, [h] refrenare metu pœnę ab huiuſmodi corum temeritatis audacia cupientes, Ipſos excõmunicatiõis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubiacere: Præcipientes eccleſiarum prælatis vt illos quos eis conſtiterit[i] taliter contraxiſſe, excommunicatos publicè tandiu nuncient, ſeu à ſuis ſubditis faciant nũtiari, donec ſuum humiliter recognoſcentes † errorem ſeparentur[k] abinuicem, & abſolutionis obtinere[l] beneficiũ mereantur. Per prædicta quoque iuribus[m] quæ ſic contrahentibus alias pœnas imponunt, in nullo volumus B

Gloſſa ſequens arguit, & illud determinat in vno membro: in alio autem allegat pro. ſoluit contrarium, & allegatis reſpondet.

d *Matrimonialiter.* per hanc literam, & per literam. j. eo. matrimonia contrahentes. videtur quòd coactus ad contrahendum non incurrat hanc pœnam. Et ſi de abſoluta coactione loquimur, hoc eſt certum. quod met. cau. ſacris. ſed ſi de conditionali licet tali quę debuerit cadere in conſtantem virum, videtur ligari per eam decretalem: ſed cùm non ſit matrimonium deficiente conſenſu: ita quòd non inducit publicam honeſtatem. de ſpon. cap. vnico. lib. vj. de ęquitate videtur talis non ligari. facit de ſenten. excom. ſignificauit. In decre. ſacris, punitur communio quæ ibi interuenit, licet per metum.

e *Religioſos.* ſcilicet profeſſos tacite vel expreſſe religionem approbatam. de vo. ca. vnico. lib. vj. quod intelligo etiam ſi profeſsio illa tacita vel expreſſa non obligat illi religioni, ſed religioni in genere, pone exemplum de regu. nõ ſolum. & cap. ſeq. lib. vj. D

f *Et moniales.* quia ſuprà iam nominauerat contrahentem cum moniali, & hìc repetit de moniali: videtur hìc probari quod communicans in illo actu pro quo quis excommunicationem incurrit, excommunicatus non eſt. de hoc ſcripſi de ſentent. excom. cõtingit. j. poſſet tamen dici quòd ſuprà punit ſcienter contrahentem cum moniali: hìc verò punit monialem contrahentem etiam eo caſu quo cum ea contrahens non ligatur: vt quia hoc ignorat.

g *In ſacris.* ſtrictè hoc dico propter not. xxxij. diſtin. in ſumma.

Gloſſa ſequens dicit quare non repetit ſcienter, & dictum illud determinat.

h *Contrahentes.* non repetit ſcienter: quia licet ignoranter poſſet quis contrahere cum conſanguinea, affine, vel monacha: non tamen in monachum, monacham, vel conſtitutum in ſacris contrahentem cadit ignorantia. facit de reſcript. ab excommunicato. Cod. de hære. inſti. leg. ſi. Puto tamen quòd vbi eſſet probabilis ignorantia, vt in ordinato ad ſacros in amentia vel dormitione: etiã eo caſu quo character imprimitur. de bap. maiores. in ſi. vel intra pubertatem. de cleri. per ſal. promo. ca. vnico non eſſet locus huic pœnæ. A

i *Conſtiterit.* etiam ex officio. & nemine deferente. de diuor. porrò ij. reſponſo. & vide quod dixi ſuprà eadem compil. de cenſi. ca. ſi.

derogari.

## LIBER QVINTVS.

### DE MAGISTRIS: ET ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*In ſtudijs Romanæ curiæ, Pariſienſi, Oxonienſi, Bononienſi, & Salamantino, debent eſſe magiſtri catholici ſcholas regentes in linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa, duo ſcilicet pro qualibet lingua. Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendiis & ſumptibus prouideri.* B

### CAPITVLVM I.

INter ſolicitudines[n] noſtris humeris incumbentes, perpeti[o] cura reuoluimus vt errantes in viam veritatis inducere, [p] ipſoſque lucrifacere Deo

k *Separentur.* præcedit ſatisfactio ſicut in manifeſta offenſa. de ſentent. excommunicatio. ca. venerabilibus. lib. vj.

*Satiſfactio præcedit in manifeſta offenſa.*

l *Obtinere.* per epiſcopum de ſenten. excom. nuper. & hìc patet quòd non ſufficit ſatisfactio, niſi ſequatur abſolutio. eo. titu. cùm deſideres. in ſi.

Gloſſa ſeq. ponit triplicem ſpeciem iurium.

m *Iuribus.* de clãde. deſpon. ca. ſi. C. de inceſt. nupt. qui contra. inſtitu. de nup. §. ſi aduerſus. de hære. cùm ſecundum. in princip. lib. vj. & hìc. Quo ad primum de conſanguineis & affinibus, de hoc de dona. inter virum & vxor. & ſi neceſſe. Quo ad ſecundum de profeſsis xxvij. diſtinction. cap. iij. & cap. ſequen. xxvij. quæſtione j. per totum xxxvj. quæſtione ij. ſi quis nõn dicam. Quo ad tertium de conſtitutis in ſacris xxviij. diſtinction. presbyterum xv. quæſtione vltima, cùm multæ. de clericis coniugatis capit. j. & capitul. ſane. ij. qui clerici vel vouẽtes, capitulo j. & ij. cum ſimilibus. C

### DE MAGISTRIS: ET NE ALIQVID *exigatur pro &c.*

Continua ſic rubricam. Viſum eſt ſuprà de eccleſiis & rebus ipſarum: verùm quia eccleſia ad ſui regimen indiget magiſtris: ideo annectit rubricam de magiſtris &c.

*Continuatio domini Heliæ.*

INter.} Ponitur primò exordium, in quo duo facit. Primò ponit intẽtionem ſuam generalem. Secundò ſpecialem ibi, Non ambigimus. in ſecunda ibi, Vt igitur. ponitur conſtitutio, primò prouidens circa loca magiſtrorum. ſecundò circa expenſas. ibi, Quibus. Iſtud ca. dicit quòd in ciuitate Romana, in ciuitate Pariſien. Oxonienſi, Bononienſi, & Salamãtina, vbi eſt vniuerſitas generalis, debent eſſe duo magiſtri qui ſciant loqui idiomata de quibus in textu, & quòd valeant docere & erudire infideles, & errantes ibi exiſtentes qui diuerſarum linguarum exiſtunt: & iſti magiſtri in vniuerſitate Pariſienſi debent inſtitui per regem Franciæ. In Oxonienſi debent inſtitui per regem Angliæ, & ſic de aliis: vt in litera hoc dicit H. R. Nota quòd in hac clemen. primò ponit exordium: in quo facit duo. Primò ponit intentionem ſuam generalem. Secundò ſpecialem ibi, Non ambigimus. Et dic non ambigimus, id eſt non dubitamus. de ambigo, gis, quod idem eſt quod dubito dubitas. Secunda ibi, Vt igitur, vide gloſſam. D

Nota quòd papa debet eſſe ſolicitus vt errantes reducat ad viam veritatis. de hoc in glo. ij. & iij. & iiij.

Nota quòd commendatur vigilia cum ſtudioſa diligentia Zabarella.

n *Inter ſolicitudines.* concordan. de purgat. canõ. inter. vbi ponitur alia, ſcilicet de vulpeculis capiendis.

o *Perpeti.* quaſi perpetua, continua, vel aſsidua. & eſt infinitiuum huius verbi perpetior, & ponitur pro diu tolerare, vel valde pati.

*Perpeti dupliciter ſumitur.*

p *Inducere.* xlv. diſtinctione, ca. tria ſunt. de ſponſat & matri. cap. inter opera.

Gloſſa ſequens exponit, & de gratia duas opin. ponit: quibus inducit duo ſimilia.

Cooperan-



a *Cooperante gratia.* per quam cognoſcitur quid agendum ſit & quid vitandum, & adiuuamur ad faciendum. de conſe. diſt. iiij. gratia. & tribus vltimis capitulis. Eſt autem gratia & operans & cooperans. prima præparat hominis voluntatem vt velit bonum. Secunda adiuuat ne fruſtra velit. videtur tamen quibuſdã quòd eadem ſit gratia, idẽ donum, vel eadem virtus operans & cooperans: ſed propter diuerſos effectus diſtinguuntur in verbo. Gratia enim quæ parat hominis voluntatem ad bonũ, cùm non ſit otioſa, vt augeatur & aucta perficiatur: coadiuuat ne fruſtra velit, ſed perducat ad opus. quodcũque recipias, coaptabitur hæc litera. Huic altercationi theologorum eſt ſimilis altercatio canoniſtarum, an ſit vna fides coniugij, an ſint duæ. de qua 27. quæ. ij. cõiuges. Item altercatio legiſtarũ, an ſint duæ poſſeſsiones differentes ſpecie, an vna tantùm diuerſificata per accidentia: de qua ſatis patet per Dynum de reg. iur. in tertia regul. lib. vj. Et an ſit vnicum intereſſe, an triplex. de quo etiam ſatis per eum eo. tit. mora. Ioan. And.

*Gratia Dei eſt duplex.*

*Fides cõiugij an ſit vna.*

b *Ad id.* ſcilicet ad inducendum errantes ad veritatis viam.

c *Admodum.* pro valde. concor. vide ſ. ea. compil. de iureiuran. Romani. verſicu. nos itaque.

d *Promi.* id eſt proferri vel promulgari. & habetur hoc verbum de iud. nouit. ver. quicunque. xxiij. quæſt. iiij. nõ poteſt. in ſi. ponitur enim promere pro proferre, manifeſtare, aperire, ore dicere.

*Promo quid ſignificat.*

e *Inaniter.* quaſi inuanum vel inutiliter.

f *Proferantur.* ſi. de offi. ordi. quoniam.

g *Voluit.* Actuum. xj. in princ. & de varietate linguarũ. xvj. diſtinct. ſeptuaginta. in fin.

h *Qui.* viri catholici.

i *Obtineri.* ſi. eod. tit. cap. fin.

ſua nobis cooperante[a] gratia valeamus: hoc eſt quod profectò deſideranter exquirimus, ad id[b] noſtræ mentis ſedulò deſtinamus affectum, ac circa illud diligenti ſtudio & ſtudioſa diligentia vigilamus. Non ambigimus autem quin ad huiuſmodi noſtrum deſiderium aſſequẽdum, diuinorum eloquiorum ſit expoſitio congrua, ipſorumque fidelis prædicatio admodum[c] opportuna. Sed nec ignoramus quin & hęc promi[d] noſcantur inaniter, [e] vacuaque redire, ſi auribus linguam loquentis ignorantium proferantur: [f] Ideoque illius cuius vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per vniuerſum mundum ad euangelizãdum apoſtolos, in omni linguarum genere fore voluit[g] eruditos: viris catholicis notitiam linguarum habentibus quibus vtuntur infideles præcipuè, abundare ſanctam affectamus eccleſiam, qui[h] infideles ipſos ſciant & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, chriſticolarumque collegio per doctrinam chriſtianæ fidei ac ſuſceptionem ſacri baptiſmatis aggregare. Vt igitur peritia linguarũ huiuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtineri,[i] Hoc ſacro approbante cõcilio ſcholas in ſubſcriptarum linguarum generibus vbicũque Romanam curiã[k] reſidere[l] contigerit, necnon in Pariſien. & Oxon. Bonon.[m] & Salamantino ſtudijs prouidimus erigendas: Statuentes vt in quolibet locorum ipſorum teneantur viri catholici ſufficientem[n] habentes Hebraicæ[o], Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiam: duo videlicet vniuſcuiuſque linguæ periti,

k *Romanam curiam.* quæ habet ſtudium generale, & priuilegia ſtudij. de priuil. ca. ij. lib. vj.

l *Reſidere.* quod dic vt. ſ. ea. cõpi. de elec. ne Romani. §. ſane.

Gloſſa ſequens ponit etymologiam tractans de ordine literæ, & de tempore huius ſtudij.

m *Bononien.* dicitur Bononia, quaſi ſuper omnia bona, vel bonorum notitia nimis amabilis. non puto quòd ordo iſte procedat ex ordine ſtudiorum, ſed ex gratificatione prouinciarum. & hoc quia dicebat Romanã curiam præmitti, quæ vltimò ſtudium habuit à tempore Inno. iiij. vt prædi. decre. ij. de priui. lib. vj. Quicquid ſit, hoc conſtat quòd Bonon. habuit priuilegia ſtudij à Theodoſio: de minore tamen intelligo, qui regnare cœpit (prout ex Chronicis quas veriores puto, percipio) anno domini cccc. xxv. & regnauit annis xxvij. quo tamen anno ſui imperij hæc conceſſerit, non percipio. currentibus autem cccclij. ſucceſsit Martianus. A

*Bononia vnde dicitur.*

*Vniuerſitas Bononiẽſis quando & per quẽ cœpit eſſe.*

n *Sufficientem.* non dicit eminentem. concor. de elect. cum nobis olim. de præben. cap. penulti.

qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinũ fideliter trasferentes, alios linguas ipſas ſolicitè doceant, earumque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: vt inſtructi & edocti ſufficienter in linguis huiuſmodi, fructum ſperatum poſsint (Deo auctore) producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. B Quibus equidem in Romana curia legentibus, per ſedem apoſtolicam,[p] in ſtudijs verò Pariſien. per regem Franciæ, in Oxonien. Angliæ, Scotiæ. Hyberniæ, ac Vualiæ,[q] in Bonon. per Italiæ, in Salamantino per Hiſpaniæ prælatos, monaſteria, capitula, conuentus, collegia exempta & non exempta, & eccleſiarum rectores[r] in ſtipendijs competentibus & ſumptibus volumus[s] prouideri: contributionis onera ſingulis iuxta facultatũ[t] exigentiam imponendo: Priuilegijs & exẽptionibus quibuſcunque contrarijs nequaquam obſtantibus: quibus tamen nolumus quo ad alia[u] præiudicium generari. C

o *Hebraicæ.* in originali habuimus Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ &c. & illud, Græcæ in ipſo originali erat cãcellatum: & fortè propter literam quæ eſt ſuprà, quibus vtuntur infideles &c. cancellata fuit, cùm Græci fideles ſint, & olim ſub obedientia eccleſiæ. de baptiſ. licet. & facit quod no. de ſum. trin. ca. j. lib. vj. tamen hodie ſchiſmatici ſunt nec recognoſcunt caput Romanæ eccleſię: & fortè eſſet expedientior ſuæ linguæ doctrina quàm aliarum.[a] Iudæi autem habent literam Hebraicam: ſed linguam ſpecialem in vulgari non habent. habemus enim quòd euanuit ipſorum lingua vulgaris. Arabica litera eſt Sarracenorũ, Chaldęa Chaldæorum: de qua 37. diſtinct. §. hinc etiam. & ca. turbat. & cap. de quibuſdam. & tamen fertur quòd hæc litera hodie nõ habeatur.

*a Et noſtrà ſcientia orta eſt à Græcis. glo. l. 1. ff. de excu. tu. & illa lingua eſt ornatior noſtra. Ferrariẽ. in prac. ſua. in lib. red. ra. tu. gloſſ. verbi analogiſtæ vide glo. in auth. de lean Græcorũ libri ſint fideliores noſtris, vide Eraſ. in epiſtola apologetica ad Dorpiũ. & c. vt veterũ. 9. diſt. et dicit de Anchara. quòd executores huius c. ſunt rectores ciuitatũ. Fõt.*

p *Per ſedem apoſtolicam.* in ſtipendijs cõpetentibus & ſumptibus volumus prouideri, quòd ſequitur.

q *Vualiæ.* ſcribitur per duplex u. vt dixi de temp. ordi. ca. ij.

r *Rectores.* alios beneficiatos non videtur includere.

ſ *Volumus.* hæc voluntas in ſuis manet terminis: quia non fuit de executore prouiſum.

t *Facultatum.* de cẽ. ſopitę. cum ſuis concor. & j. ca. proxi.

u *Ad alia.* concord. ſupra ead. compil. de ſta. mo. cap. ij. de reli. do. cap. ij.

### Idem.

*Is ad quem ſpectat magiſterium vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat iuramentum, quòd in ſolennitate ſua non expendet vltra ſummam trium milium Turonenſium argenteorũ: Quod ſi non fecerit, etiam ſi ſit epiſcopus, per ſex menſes à collatione magiſterij eſt ſuſpenſus. hoc dicit. Ioan. And.*

### CAPITVLVM II.

CVm ſit nimis abſurdum, vt quis cũ vanitate & imperitia ad honorem aſcendat peritiæ literarum: † non ſine turbatione miramur illum apud ſcholaſticos[x] inualuiſſe abuſum, quòd plerique eorum qui in quauis ſcientia ad D

CVm ſit.} Partes patent. In prima exordium, ponens conſtitutionis cauſam. In ſecunda conſtitutionem: ibi, Volentes. In tertia punitionem tranſgreſſorum: ibi, Si quis.

*† Pro hoc, quia aſcenſus debet eſſe per gradus virtutum, nõ vitiorum. de pœ. diſt. 2. dũ ſanctã. in fine.*

Quia nonnulli doctoratum ſiue magiſterium aſſumentes, conſiderantes quòd non erant perfecti in ſcientia, faciebant magnum feſtum in aſſumptione ipſius gradus, vnde multoties redibant ad ſuas partes vacui & nihil poſsidentes, & etiam multis creditoribus obnoxij, id eſt obligati: propter quod oriebatur magnum ſcandalum: ideo papa Clemens in concilio Viennenſi ſtatuit quod nullo modo tales recipiantur ab ijs qui ſibi dant auctoritatem magiſterij, niſi primò iurauerint non expendere vltra ſummam ducẽtorum quinquaginta aureorum.

x *Scholaſticos.* idem verbum. xxxviij. diſt. ſedulo. in princ. de hæret. cùm ex iniuncto. §. licet. de reſt. ſpo. frequens. lib. vj.

Gloſ. ſeq.

doctoratus vel magiſterij [a] aſſumuntur honorem, [b] cum ſua ſolenniter principia [c] faciunt, aut ſui recipiunt inſignia doctoratus, [d] circa cibos, veſtes, & alia ſic in expenſis excedunt, † [e] quòd & ipſi trãſeunte expenſarum huiuſmodi vanitate, vacui [f] plerunque remaneant & grauati: [g] Et cæteri qui vel nolunt vel nequeunt ſimiles expenſas ſubire, hac occaſione frequenter à receptione honoris huiuſmodi retrahuntur. Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio prouidere, illis ad quos vbilibet pertinet honorem tribuere memoratũ, diſtrictè præcipimus, vt quoſcunque ab eis decætero dictum recipientes honorem, iuramento [h] prius adſtringant, ne vltra tria milia Turonen. argenteorum [i] in ſolennitate circa huiuſmodi doctoratum [k] aut magiſterium quomodolibet adhibẽda expendant: Ipſoſque nihilominus (niſi forſan nobilis conditionis extiterint) vt intra ſummam prædictam huiuſmodi moderentur expenſæ, efficaciter exhortantes: ac ſi hoc illorum congruere ſtatui viderint, iuramentum exigentes ab eis quòd certos intra ſummam præfatam taxãdos [l] ab ipſis expenſarum terminos non excedant. Siquis autem pontificali [m] etiam dignitate præfulgens, nõ recepto prius iuramento prefato, honorem cuiquam tribuerit ſupradictum: à collatione magiſterii ſeu doctoratꝰ cuiuſlibet [n] per ſex menſes ſequentes [o] eo ipſo nouerit ſe ſuſpenſum. [p]

Gloſſa ſequens ponit differentiam quam improbat, & diuinationem ſubdit.

a *Doctoratus vel magiſterij.* ſic.xxxvij.diſtin.de quibuſdam. Et dicunt quidam quòd doctores, in iure canonico vel ciuili: magiſtri dicuntur in theologia vel artibus: & qui doceant ſeptem liberales artes, ſatis per Hoſtiẽ. in ſumma huius titu. §.iij.facit ad primum proœmium lib.vj.circa medium. ad ſecundum eod.titu. ca. pe. & vlti.& hoc recipitur apud Italicos. Sed vltramontani communiter vocant magiſtros. Nec debet alicui hæc denominatio fore moleſta, cũ Chriſtus ſic à diſcipulis vocaretur. Ioã. iij. quod ipſe acceptabat Ioan.xij. dicẽs, Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis: ſum etenim. Et dicitur magiſter quaſi maior in ſtatione: ſicut miniſter quaſi minor. ibidem. j.titu.ij.ca. j. §. ſanè. dicitur etiam à monẽdo, vel à monſtrando. & de his per Hoſtien.in ſum.eod. titu. §.j.

*† Not. quòd prohibetur exceſſꝰ expenſarũ: vt in gloſſa in ver. excedunt. Zab.*

*Magiſter vnde dicitur.*

b *Honorem.* hũc honorem ſine peccato quis poſtulat in quacunque ſciẽtia, ſi eſt dignus. viij. quæſt.j. in ſcripturis.ver. ecce ego.eo.tit. quãto. Ratio: quia per hoc petit opportunitatẽ cõmunicandi quod habet, quod & laudabile eſt, & ad charitatẽ pertinẽs. In indigno verò eſt peccatum præſumptionis. de hoc per Archid. xlviij. diſt.ca.j.

*Doctoratꝰ et magiſteriũ ſine peccato poſtulari poſſũt.*

c *Principia.* ita loquuntur quidam in ſtudijs quibuſdam vltramontanis.

d *Inſignia doctoratus.* ita loquimur nos. & iſta inſignia ſunt cathedra, birretum: apud aliquos liber, annulus, oſculum.

e *Excedunt.* ſicut quandoque imperfectum ſcientiæ ſupplet perfectio charitatis. de renun. niſi. §. pro defectu. ſic quandoque in talibus imperfectum ſcientiæ ſupplet perfectio expenſarum.

*Scientia imperfectum, expenſarũ perfectione quandoque ſuppletur.*

f *Vacui.* prius habitis & conſumptis.

g *Grauati.* onere debitorum. Ioan. And.

h *Iuramento.* ſi.de Iudæ.ſignificauit.§. ead.compi. de relig. do.quia.ver.illi etiam. & j.titu.ij.c.j.§.porrò. De multis iuramentorum formis expreſsis in iure, vide in Spec. de iureiurando. §.j.ver.illud. ad quas addas iſtas.

*Iuramentorum formæ multæ ſunt.*

i *Argenteorum.* aſcendunt ad monetam Bonon. quingentas lib. Bononeorum paruorum ponendo turonen. pro duobus Venetis vel xl. Bonon. paruis vt valere conſueuerant.

k *Doctoratum.* expenſas priuati examinis non videtur includere.

l *Taxandos.* ſi.§.de vſu.quanquam.ver.cæterum.lib.vj.

m *Pontificali.* aliàs non includeretur. de ſen.excõ.quia periculoſum. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. lib.vj.

n *Cuiuſlibet.* non illius ſcientię tãtùm cuius doctoratũ contulit non recepto iuramento. & eſt ſi. de temp.or. vel nõ eſt.

Gloſſa ſequens quærit, ſoluit, & remittit. Iterum quærit & remittit.

o *Sequentes.* immediatè. ſi autem pendente primo ſemeſtri iterum violet hanc conſtitutionem, an ſtatim currat ſecundum ſemeſtre, an tunc cùm finitum fuerit primum, dubitatur: & communiter tenetur quod non ſit duplicatio totius: ſed ſtatim poſt ſecundam tranſgreſsionem inchoat ſecundum ſemeſtre per leges. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. & ad Turpil. leg. in ſenatus. in fi. ad Carbo. l. Carbonianum. §. fi. &. l. ſeq. & facit. j. de priuil. c.j. ver. ſi qui verò. de hoc ſatis ſcripſi de elect. cùm in cunctis. in fi. Sed nunquid ſuſpenſione pendente valet collatio doctoratus facta per ſuſpenſum? conſtat quòd iſte non eſt caſus quo imprimatur character: item nec datur hoc officium ex impreſſo charactere, ſed ex poteſtate officij, & eſt quædam auctorizatio & declaratio quæ declarat illum dignum ad officium doctrinæ, & dat auctoritatem vt doceat. Puto igitur quòd ſi ſuſpenſio erat occulta, hanc authoritatis dationem non ſit neceſſe iterari: ſecus ſi eſſet publica. facit de re iudi. ad probandum. & quod ibi no. & vide quod dixi de hære. ſi aduerſus. & quod not. in Specul. de inſtr. edi. §. reſtat. ver. ſic. quid ſi tabellio.

*Doctoratꝰ quid eſt, & an per ipſum character imprimatur.*

Glo. ſeq. primò ſoluit dubium. Secũdò mouet aliud dubiũ, & ſoluit. tertio quærit & ſoluit.

p *Suſpenſum.* violans hanc ſuſpenſionem irregularis non eſt. de ſen.excom. is qui. lib.vj. & dixi de exceſ. prælat. c. ſi. declarari debuiſſet ad quem tunc ſpectaret collatio: ſicut factum fuit §. ea. cõpil. de ſta. mo. cap. j. ver. abbate. Et ſciendum quòd aliqui conferunt auctoritate apoſtolica: vt archidiaconus Bononien. aliqui de conſuetudine, aliqui de iure communi, ſecundum Hoſtien. qui no. in ſum. eo. titu. §. pe. in princ. quòd vbi aliud non apparet, epiſcopus cum capitulo hoc faciet. alleg. eod. titu. quia. ver. verum. parum facit, & maximè põderata decreta. ij. eo. titu. & ipſius ſuperſcriptione. puto quòd in ſtudio iſto, cùm ex priuilegio apoſtolico dato ab Honorio iij. archidianus hoc faciat, deuolueretur ad papam. de conceſ. præbend. quia diuerſitatem. ſed quia per aliud priuilegium apoſtolicum mortuo vel abſente archidiacono epiſcopus & capitulum exercent officium, ipſi ſuccederent. & idem eſſet vbi archidiaconus vel alius conferret de conſuetudine vel de iure: quia ſuperior ſuppleret. eod. titu. cap. ij. j. reſponſo. Quid de officiali archidiaconi? Dico quòd ipſe ſuſpenſus eſt, non archidiaconus, niſi ratum habuiſſet. de elect. ſi compromiſſarius. §. porrò. lib.vj.

*Doctoratꝰ et alij gradus à quibꝰ cõferri poſſunt.*

## DE IVDAEIS ET Sarracenis.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Principes Chriſtiani cõpeſcere debent Sarracenos ſibi ſubiectos ab inuocatione publica nominis Machometi, & à peregrinatione quam facere ſolent ad ſepulchrũ ipſius. h.d. Io. And.*

CAP. VNIC.

Cedit quidẽ in offenſam [a] diuini nominis, & opprobrium fidei Chriſtianæ, quòd in quibuſdam mundi partibus principibus Chriſtianis ſubiectis, in quibus interdum ſeorſum, [b] interdum verò permiſtim [c] cum Chriſtianis habitant Sarraceni, [d] ſacerdotes eorum Zabazala [e] vulgariter nuncupati, in templis ſeu meſquitis [f] ſuis, ad quæ iidem Sarraceni conueniunt, [g] vt ibidem adorent perfidum Machometũ, [h] diebus ſingulis certis horis in loco aliquo eminenti eiuſdem Machometi nomen Chriſtianis & Sarracenis audientibus alta voce inuocant & extollunt, ac ibidem verba quædã in illius honorẽ publicè profitentur. Ad locum [i] inſuper vbi olim quidam ſepultus extitit Sarracenus, [k] quem vt ſanctum Sarraceni alij [l] venerãtur & colunt, magna Sarracenorũ earundem partium & etiam aliarum cõfluit publicè multitudo, ex quibus noſtræ fidei non modicum detrahitur, & graue in cordibus fidelium ſcandalum generatur. Cum autem hæc in diuinæ maieſtatis diſplicentia non ſint vllatenus toleranda, ſacro approbante cõcilio ipſa in terris Chriſtianorum diſtrictius fieri deinceps inhibemus, vniuerſis & ſingulis principibus [m] catholicis ſub quorum dominio dicti Sarraceni morãtur, & fiunt prædicta, ſub obteſtatione diuini iudicij obnoxius iniungẽtes, quatenus ipſi tanquam veri catholici, & Chriſtianæ fidei ſeduli zelatores, opprobrium quod tam ipſis quàm cæteris Chriſticolis per præmiſſa ingeritur, debita conſideratione penſantes: ipſum (vt proinde æternæ beatitudinis pręmium aſſequantur) de terris ſuis omnino auferant, & à ſuis ſubditis auferri procurent: inhibendo expreſſè ne præfata inuocatio ſeu profeſsio nominis ipſius ſacrilegi Machometi publicè, aut peregrinatio prelibata ab aliquo in eorum exiſtente dominio audeat attentari decætero, vel quomodolibet ſuſtineri.

Hi verò qui ſecus præſumpſerint, taliter ob diuinam reuerentiam caſtigentur ab ipſis, quòd alij eorum exemplo perterriti [n] à præſumptione ſimili arceantur.

*Cedit.] Prima pars ponit duplicem Sarracenorũ exceſſum, quem ſecunda corrigi præcipit: ibi, Cum autem. Iſta clemẽtina iubet principibus, vt ipſi cõpeſcãt Sarracenos ſibi ſubditos ab inuocatione Machometi: & prohibet ipſis principibus ne patiantur eos ire ad ſepulchrum ipſius. Figura ſic caſum: Sunt aliqui principes Chriſtiani in pluribus mundi partibus, qui propter eorum auaritiã vt accipiant tributum à Iudæis & Sarracenis, in ſuis partibus tolerant & patiuntur eſſe & morari: aliquoties patiũtur eos eſſe ſeorſum, id eſt diuiſos à Chriſtianis: aliquoties patiũtur & tolerãt eſſe miſtos cum Chriſtianis in eadẽ ciuitate, in eodẽ vico: qui quidẽ Sarraceni cõueniunt in vnũ, id eſt ſimul in meſquitis, id eſt templis eorum: & ibi faciunt inuocationem Machometi. Item quid vltrà faciunt? Certè ſciatis quòd ipſi faciunt talia. Eſt vnus qui aliàs fuit ſepultus in quodam ſepulchro, & iſtum tanquam ſanctum in lege eorum habent, & annis ſingulis & diebus vadunt ad peregrinationẽ ad illud ſepulchrum: quare graue ſcandalũ in cordibus fideliũ generatur. Quare quæro à vobis ſancte pater, an tales principes bene faciãt? Et reſpõdet ꝙ non: quia illud quod Deo diſplicet, nõ eſt tolerandum: quare inhibemus & prohibemus vniuerſis & ſingulis principibus catholicis ſub quorũ dominio iſti Sarraceni morantur, ꝙ de terris ſuis omnimodo dictos Iudæos & Sarracenos auferãt, depellãt, & procurẽt auferri à ſubditis ſuis. Et inhibemꝰ & prohibemus expreſſè ne præfata inuocatio Machometi ſeu profeſsio ſui nominis publicè valeat ab aliquo Sarracenorũ ſubditorum inuocari. ꝙ ſi qui contrariũ fecerint, caſtigentur, id eſt puniantur ob diuinam reuerentiam, vt alij perterriti exemplo, talia facere non præſumant. videatis tex.*

*Diuiſio.*

No. quòd aliqui puniuntur vt cæteri capiant exemplũ. ſimile in clemen. vt clericorum. §. de offic. ordi. No. quòd cauenda eſt Dei offenſa, & per ſuperiorem non eſt diſsimulanda: vt dicit gloſſ. ij.

Not. de modo quo Sarraceni conueniunt ad ſuas meſquitas. de hoc in glo. audiui. Zabarel.

a *Offenſam.* quę diſſimulanda non eſt. eodem titu. in nonnullis.

b *Seorſum.* puta quia totam vnam terram, villam, vel populationem tenent ſub principe Chriſtiano: vel habent vnam extremitatem terræ vel parochiæ.

c *Permiſtim.* quia in qualibet parte ciuitatis cohabitãt Chriſtiani. quodlibet iſtorum fertur eſſe in Arragonia, & diuerſis terris Hiſpaniæ.

d *Sarraceni.* qui debent à Chriſtianis publicè diſtingui per habitum. eod. titu. in nonnullis.

Gloſſa ſequens de ſacerdotibus Sarracenorum ponit duas ſpecies. Item ponit de ipſorum miniſterijs & eorũ officijs. Item de horis ipſorum.

e *Zabazala.* habui à reuerendo viro antiquo domino Ioanne theſaurario regis Frãciæ, qui fuit captiuus eorum per quadriennium, quod erratum eſt in vocabulo: quia duo habent genera ſacerdotum. Primi in ſingulari vocantur ſoqui: in plurali vocantur ſoca: & iſti ſunt vxorati, & manent in meſquitis. Secundi vocantur alhages: & iſti communiter non ſunt vxorati, & relinquunt mundum, & ſic diuerſi ſunt à primis in habitu & alijs: ſicut apud nos religioſi à ſecularibus clericis: & iſti ſemel accedunt ad ſepulchrum Machometi: & quælibet meſquita habet vnum ſacerdotem de primis, & vnum miniſtrum qui vocatur Muerdem, quod ſonat præco, qui ſupplet defectum cãpanarum: quas licet Sarraceni multum commendent, quia tamen Chriſtiani in eis habendis præuenerunt, nolunt eis vti. Illius præconis officiũ eſt, quia horis, de quibus infrà dicetur, aſcendit turrim meſquitæ quadratã, in qualibet parte ſui feneſtram magnam habentem: & ad illarum quamlibet clamat alta voce obturatis auribus cum digitis, vt vox fortius reſonet, in ſua lingua verba hæc ſonantia: nil aliud poſſe, niſi Deus & Machometus eius nũtius. venite ad orationem faciendam in reuelationem peccatorum veſtrorum: & poſtea ſubmittit, legalip ille halla: quod eſt dicere, non eſt alius victor, niſi ſolus Deus. & hæc verba omnes milites Sarraceni portant in ſcutis ſuis: & adhuc ſubmittit, Deus eſt omnipotens. Horæ autem quibus hoc facit (de quibus infrà ſequitur) ſunt quinq;. Prima eſt in aurora quam vocant Zalarazophi, quod eſt dicere oratio matutinalis. Et forte hæc fuit cauſa erroris huius verbi ſecundum eũ malè recepti cùm ab illo præcone profertur. Secunda hora eſt, in tertijs. Tertia, in veſperis. Quarta, in completorio, quæ reſonat in cœnam. Quinta, in crepuſculo noctis. quæ ſua lingua reſonat in tenebris: & qualibet iſtarum horarum Sarraceni faciunt certas genuflexiones: ſicut de ſero nos facimus ad laudem virginis.

*Sarraceni duo genera ſacerdotum habent.*

*Sarraceni campanis non vtuntur.*

*Sarraceni quinq; horas obſeruant.*

f *Meſquitis.* quod nos vocamus baſilicas vel eccleſias: ipſi vocant meſquitas, Iudæi ſynagogas. eodem titulo. Iudæi. & cap. conſuluit.

*Baſilicæ, meſquitæ, ſynagogæ differunt.*

g *Conueniunt.* audiui quòd fœminæ nõ conueniunt ibi cũ maribus: & quando intrant, hoc faciunt nudis & lotis pedibus, & cum certa deuotione.

h *Machometum.* in hiſtoria eccleſiaſtica legitur Machometum nutritum fuiſſe à quodã clerico nobili Romano: qui cum tẽpore Bonifacij papę quarti quædam petita impetrare non potuiſſet, apoſtatauit à fide, & nutriuit illum cum quadam columba alba quæ recipiebat grana de aure eius: & ſic erudita per hoc, quòd quando volebat Machometus, illa ponebat in publico os ad aurẽ: & ſic dicebat quòd ſpiritusſanctus alloquebatur & inſtruebat illum. iſte poſtmodum dedit legem Sarracenis, vt hæc in hiſtorijs eccleſiaſticis plenius reperiri poſſunt.

*Machometus legem Sarracenis dedit.*

i *Ad locum.* qui dicitur Mecha.

k *Sarracenus.* communiter habemus quod fuerit Machometus de quo præmittit.

l *Alij.* qui nõ cohabitant Chriſtianis.

m *Principibus.* ad quos ſpectat coërcere tales. cùm enim non ſint creaturę eccleſiæ, illos eccleſia nõ coërcet. de diuor. gaudemus. Ioã. And.

n *Perterriti.* ſupra. ead. compil. de offic. ordi. cap. j. cum concord.

## DE HAERETICIS.

### Clemens. v. in concilio Viennenſi.

*Præmittit cõſtitutionis cauſam. Io. An.*

CAPITVLVM I.

Multorum querela ſedis apoſtolicæ pulſauit [o] auditum, quod nonnulli inquiſitores per ſedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati,

*Multorum.] Diuiditur in ſex partes: vt patet in rubro. Secunda ibi, Propter. Tertia ibi, Sanè. Quarta ibi, Porrò. Quinta ibi, Verum. Sexta ibi, Alia. Secunda ſubdiuiditur in quinque: quia primò ponit conſtitutionem de officio inquiſitoris exercendo per diœceſanos & inquiſitores. Secundò ponit quinque, quæ alter poteſt ſine altero: ibi, Sic quòd quilibet. Tertiò ponit tria, quæ nullus poteſt ſine altero: ibi, Duro tamen. Quartò ponit decretum: ibi, & ſi. Quintò, quomodo impeditus vel intereſſe nolens poſsit alteri committere vices ſuas: ibi, Verum. Imol.*

*Diuiſio.*

Iſta clementina eſt longa, cape diuiſionem gloſſæ, & proſequere text. Et dicit, querela multorum pulſauit auditum ſedis apoſtolicæ. ac ſi diceret papa: fuerunt nonnulli qui conquerebantur de tali re vel tali.

Nota quòd querelę multorum mouent principem. de hoc in gloſſa ij. & dicit Paulus eum moueri, quando querelantes mouentur bono zelo: vt hìc, & de accuſat. qualiter. ij. aliàs ſecus. vt in cap. cùm in iuuentute. de pur. cano.

Nota quòd non debemus excedere metas noſtras. de hoc in gloſſa tertia, & per hoc fines mandati ſunt diligenter ſeruandi. de reſcriptis, cum dilecta. de offic. delega. cùm venerabili. Zabarella.

o *Pulſauit.* talis pulſatio communiter principes mouet: vt hìc. quandoque etiam non mouet ex cauſa. de purgat. can. cùm in iuuentute.



Meſ

*Meta quid eſt.*

a *Metas.* dicitur à metior metiris: & eſt finis vel terminus agri vel cuiuſcūque rei. habemus meto metis, qꝫ ponitur pro collectione meſſiū. de pœ. & re. cùm ex eo. poſt princip. inde dixit quidam: Dum tua rura metis, vicinis parcito metis. Has verò metas non licet tranſgredi. de ſepul. c. j. vbi de hoc.

b *Excedentes.* aliàs extendentes.

c *Pietatis ſpecie.* concord. xxx. quæſtio. j. noſſe. cum ſuis concor. eod. titu. excommunicamus. §. quia verò. de ſimo. ad apoſtolicam. j. c. fin. verſic. nonnulla.

d *Innoxij.* quod eſſe nō debet. de ſenten. excom. Roman. in fi. lib. vj.

e *Detrimētum.* quod eſſe non debet. de pœnis, in quibuſdam. de appella. c. iij. & cap. ſuggeſtum. de offic. ordi. irrefragabili.

*Indago quid ſignificat.*

f *Indago.* quaſi indagatio, inquiſitio, vel inueſtigatio. de iureiur. quāto. poſt prin. de offi. delega. cap. j. & vlti. libr. vj.

g *Deputatos.* generaliter. §. eodem. titu. per hoc. lib. vj. & vide quod ibi nota. in. j. gloſſā.

*Iudex per quatuor corrumpitur.*

h *Amore.* quatuor modos exprimit quibus peruerti ſolet humanum iudicium. xj. q. iij. quatuor. de re iudi. cùm æterni. lib. vj. Et iſti quatuor modi poſſunt his verſibus comprehendi:

metas[a] ſibi traditas excedentes,[b] ſic interdum extendunt ſuæ poteſtatis officium, vt quod in augmētum fidei per circunſpectam eiuſdem ſedis vigilātiam ſalubriter eſt prouiſum: dum ſub pietatis ſpecie[c] grauantur innoxij,[d] cedat in fidelium detrimentum.[e]

*Ponit conſtitutionem de officio inquiſitionis exercendo per diœceſanos & inquiſitores: primò ponens quinque quæ poteſt alter ſine altero. Secundò tria quæ non poteſt, et decretum apponit ſubmittens quomodo impeditus vel intereſſe nolens committit alij vel conſentit. Ioan. Andr.*

Propter quod ad Dei gloriam, & augmentum eiuſdem fidei, vt negotium inquiſitionis huiuſmodi eo proſperetur felicius, quo deinceps eiuſdem labis indago[f] ſolennius, diligentius, & cautius peragetur: ipſum tam per diœceſanos epiſcopos, quàm per inquiſitores à ſede apoſtolica deputatos[g] (omni carnali amore,[h] odio, vel timore, ac cuiuſlibet commodi temporalis affectione ſemotis) decernimus exerceri: Sic quòd quilibet de prædictis ſine alio citare[i] poſsit & arreſtare ſiue capere,[k] ac tutæ cuſtodiæ mancipare,[l] ponendo[m] etiam in compedibus vel manicis[n] ferreis, ſi ei viſum fuerit faciendum: ſuper quo ipſius conſciētiam oneramus:[o] nécnon inquirere[p] contra illos de quibus pro huiuſmodi
B negotio ſecundum Deum & iuſtitiam viderit expedire.
Duro[q] tamen tradere carceri ſiue arcto, qui magis ad pœnam[r] quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis[s] exponere illos, aut ad ſententiam[t] procedere contra eos,[u] epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine epiſcopo diœceſano, aut eius officiali, vel epiſcopali ſede vacante,[x] capituli[y] ſuper hoc delegato, ſi ſui adinuicem copiam habere valeant intra octo dierum ſpatium poſtquam ſe inuicem requiſierint,[z] non valebit.
C Et ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit & irri-

Quatuor iſta: metus, odium, dilectio, cenſus,
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

i *Citare.* hoc eſt primum de quinque, de quibus dixi.

k *Capere.* ſecundum, quod differt à ſequenti. ſæpe etenim capitur qui non incarceratur. de ſenten. excommu. ſi clericos. lib. vj. j. de exceſ. prælat. frequens. in prin. & poſt prin.

l *Mancipare.* tertium.

m *Ponendo.* quartum.

*Manicæ & compedes ſunt vincula.*

n *Manicis.* ſicut compedes ſunt catenæ vel vincula circa pedes: ita manicæ catenæ vel vincula circa manus. de vtroque Pſalm. penul. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ioan. Andr.

o *Oneramus.* concor. §. ead. compi. de iure pa. cap. j. & ibi dedi concord. de hoc.

p *Inquirere.* quintum.

q *Duro.* poſuit quinque alteri ſoli permiſſa: nunc ponit tria prohibita: & ecce primum.

r *Ad pœnam.* de pœ. quamuis. lib. vj. de verb. ſign. nouimus. de apoſta. cap. penult.

Gloſſa ſequens de tormentis remittit, & dubium ſoluit.

ſ *Tormentis.* ſecundum. De tormentis teſtium, actoris & rei, no. xv. q. vj. in ſumma. facit v. q. v. illi qui. de re. iu. cùm in contemplatione. Puto autem quòd ieiunia quæ inquiſitores ad veritatem eruendam ſolent indicere, ſint tormenta: ita quòd alter hoc non poſsit ſine altero: per hanc literam. Nam

*Quæſtio quid comprehendit. Tormētum torquet mētem.*

quæſtionis verbo intelligimus tormenta corporis, dolores, & malam manſionem. ff. de iniu. item apud. §. quæſtionem. & §. quæſtionis. & ff. ad ſyllania. l. j. §. quæſtionem. item patet per etymologiam qua dicitur tormentum, quaſi torquens mentem. Ioan. Andr.

t *Ad ſententiam.* tertium. Olim autem quando alter ſolus procedebat, ſolus ſententiabat. Si ambo procedebant licet diuiſim, communicabant ſibi proceſſus in fine cùm non reſtabat niſi ferre ſententiam. eod. titu. per hoc. lib. vj. & in extrauag. Benedicti, ex eo. quod tamen adhuc hodie ſeruabitur: quod dicit decre. per hoc. vt ſi diſcordent in ſententia, conſulatur papa.

*Hæretici poſſunt abſolui per inquiſitorem ſiue diœceſano, & e conuerſo.*

Gloſſa ſequens quærit an ſolus abſoluat. ſoluit quòd ſic.

u *Contra eos.* ſed nūquid pro eis poſſet alter ſine altero definire? videtur quòd ſic: quia à iure veteri nō recedimus niſi
A inquantum inuenitur expreſſum. Sed ita eſt quòd olim & hodie alter ſolus poteſt inquirere, & de iure veteri, cum ſolus procedit ſolus pronuntiat: vt dixi in glo. proxima. quod hodie immutatum eſt ſi condemnat per hanc literā: ergo ſi abſoluit, remanet ius antiquum. facit de elec. ſtatutum. lib. vj. & eſt ſi. quod not. xij. diſtin. præceptis. iij. q. vj. accuſatus.

Gloſſa ſeq. ad duos caſus prorogat.

x *Sede vacante.* vel quaſi vacante: vt in caſu decre. ſi epiſcopus. de ſupplen. negli. præla. lib. vj. Item intelligo ſedem vacare quo ad hunc caſum iuriſdictionis capituli, etiam quando prouiſum eſt, ſed prouiſus adminiſtrare non poteſt, quia nōdū habet literas per conſtitu. Bonifacij iniunctas. facit de tranſla. cap. ij.

Glo. ſequēs ad quæſtionem, an capitulū viſitet, arguit pro & contra. ponit opi. Ioan. Monac. & contrariam, & declarationem expoſcit, & opiniones concordat.

*Capitulum vtrum ſede vacāte poſſit viſitare & procurationem exigere.*

y *Capituli.* hæc litera infrà pluries repetita, & decre. j. proxi. faciūt ad quæſtionem, an capitulum ſede vacante poſsit viſitare, & debeat procurari: de quo per Ioan. Mona. de ſupplen. neg. gli. prælat. eccleſiæ. & per Archid. eod. titu. ſi epiſcopus. & quod poſsit, alle. quia epiſcopus hoc poteſt: & eſt iuriſdictionis in qua ſuccedit capitulum. de maio. & obed. his quæ. & cap. cùm olim. eod. titu. cap. j. lib. vj. de inſti. cap. j. eodem lib. ergo hoc poterit: aliàs tempore vacationis remanebunt crimina incorrecta. alle. etiam præ. decret. eccleſiæ. vbi viſitator datus à metropolitano à quo certus caſus excipitur, in alijs videtur poteſtatem habere: quaſi per exceptionem firmetur regula. ff. de fun. inſtru. quæſitum. §. denique Neratius. xxxij. quæſt. vij. dominus. Cùm autem metropolitanus nil habeat niſi de iure transfuſo de capitulo in metropolitanum: ergo capitulum hoc habet. faciunt not. per Innocen. de hæret. ad abolendam. In contrarium hoc non eſt iure expreſſum, ergo nec attribuendum. licet enim capitulum conſeruat iura epiſcopatus. xij. q. ij. charitatem. & ca. illud. & ius reddat agentibus, accuſantibus & denuntiantibus, non tamen viſitat: ſed is qui datur à papa. lxj. diſt. obitum. vbi probatur quòd vacans eccleſia deſtituitur viſitatione. Sed ſecundum Archi. dici poſſet, quòd illud deſtitutæ, nō
D reſpicit viſitationis operam, ſed eccleſiæ vacationem: ſicut de elect. eccleſia. j. & ij. in princ. Item capitulum eſt neceſſarius non voluntarius adminiſtrator: ergo non poterit quod adminiſtrationi neceſſariò non incumbit. Et hoc tenet Ioā. Mon. ſed Archidia. non eligit: videtur tamen plus accedere primo dicto. pro quo facit, quia iſte non eſt actus per quem præiudicetur epiſcopo: ſicut beneficiorum collatio, & alienatio perſonarum, & rerum. de quibus de maioritate & obedien. cap. j. lxxj. diſt. fraternitatem. xij. q. ij. ſi qua de rebus. egeret declaratione non ſolum in hoc, ſed in pluribus alijs articulis hoc quod dicitur, capitulum ſuccedere in iuriſdictione vacante ſede. Volens tenere opi. Ioan. poſſet dicere illam veram in generali viſitatione ciuitatis & diœceſis, contrariam in ſpeciali viſitatione vel inquiſitione contra certas perſonas vel loca.

Gloſſa ſequens notat & remittit, & duo dubia ſoluit.

z *Requiſierint*, requiritur ergo per parē. de hoc de offic. deleg. cū cauſa. in. j. gloſ. & puto ſufficere vnam requiſitionem. & facit quod not. xviij. diſt. ſi epiſcopus. in vlti. gloſ. & quod dixi de iureiurā. ego N. & in requiſitione nō eſt neceſſe terminū exprimi, ſed ipſo iure ſtatim currit. ſic de excep. pia. li. vj. & §. ea. cōpi. de deci. c. j. & hic adde quod ibi dixi. Io. And.

Ipſo



*Appellare licet quandoque etiā ſecundū leges ab interlocutoria.*

a *Ipſo iure.* quo ad iuris effectum.[a] ſi enim de facto tortus eſt vel durè carceratus, hoc nequit non fuiſſe. ff. de capti. & poſtliminio reuer. l. in bello. §. factæ. & facit quod dixi de appel. vt noſtrum. Sed ſi interlocutoria ſolum lata, eſſet ſuper carcere vel tortura, illa nulla eſſet: & lex permittit tūc appellare: quia grauamen tolli non poſſet per appellationem interponendam poſtmodum à definitiua. de app. ſuper eo. ij. j. reſpōſo. ij. q. vj. ante ſententiam. ff. de appel. re. vel non. l. ij.

*a Placet: quia cōfeſſio corā nō ſuo iudice, nō ligat. de iud. at ſi clerici. ſecus ſi ad tribunal ſui iudicis et principaliter fiat etiam nullo proceſſu facti vel iuris præcedente. Inn. c. qualiter. 2. de accuſ. text. cap 1. eod. tit. li. 6. Sed iſtud fallit ſi confeſſio ſit incidentalis. Bar. l. ſi cōfeſſus ff. de cuſtore. eſt glo. c. ex pœnitentibus. 50. diſt. In nouo tamen ꝓceſſu iſta cōfeſſio ꝓbaret delictū. Cor ſe. in ſing. cōfeſſio. per c. 1. de confeſ. quemadmodum confeſſio extraiudicialis abſente parte non ſufficit ad torturā. ſufficit tamen ad puniendum ſe glorіantem de delicto. allegāt Inno. c. quàm ſit. de exceſ. præla. Et ſicut illegitima cōfeſſio non tenet, ita nec tortura ſine indicijs. l. 1. ff. de quaſt. l. milites. ff. eo. ſecus tamen ſi perſeueretur in confeſſione in iſta tortura facta. Imo. de Anchara. hic & Pet. lati. de duello. col. 9. ver. credo tamen fortaſſe conſuleret ei qꝫ nō perſeueraret: ſed Hippo. col. 9. l. quæſtionis. ff. de quæſti. alle. Ange. l. qui aliena. §. Celſus. ff. de acqui. hære. Flo. in rubri. ff. de proba. dicētes ſi perſeueraret, nō noceret. Fonta.*

b *Nolit.* ſi. de reſcri. ſciſcitatus. in ſi.

c *Inquiſitori.* hic iunge finem, ſuper illis &c.

d *Super illis.* carceratione, tortura, & ſententia.

e *Per literas.* cōcor. lxiiij. diſt. c. j. & ij. de tēp. or. nec epiſcopi.

Gloſſa ſequens ponit diuerſitatem & rationem diſiunctæ.

f *Conſenſum.* ſufficit ergo quòd committat vel conſentiat illum procedere: quæ ſunt diuerſa. facit qꝫ ſcripſi de foro compe. ſignificaſti. ſuper glo. ſi. de eccle. ædifi. ad audientiam. ij. ſuper. j. glo. vnde in electione licet primū & non ſecundum. de elect. cap. penul. in fi. lib. vj. ita hic delegatus epiſcopi vel capituli poteſt ſecundum & nō primum: quod fortè fuit cauſa huius diſiunctæ: alterū verò iſtorum hic eſt neceſſarium introacto dies poſt requiſitionem. poſt octo verò dies neutrum eſt neceſſarium, vt §.

tum ipſo iure.[a] Verum ſi epiſcopus vel eius capituli ſede vacante delegatus, cum inquiſitore, aut inquiſitor cū altero eorundem propter præmiſſa nequeat aut nolit[b] perſonaliter conuenire: poſsit epiſcopus vel eius ſeu capituli ſede vacante delegatus inquiſitori,[c] & inquiſitor epiſcopo vel eius delegato, ſeu ſede vacante illi qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus ſuper
B illis[d] cōmittere vices ſuas vel ſuum ſignificare per literas[e] conſilium & conſenſum.[f]

*Prouidet circa muros vel carceres hæreticorum, ipſorum claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Ioan. And.*

Sanè quia circa cuſtodiam carcerum hæreticaliū qui muri[g] in quibuſdam partibus vulgariter[h] nuncupātur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos volentes ſuper hoc prouidere, ſtatuimus vt quilibet talis carcer vel murus quem decætero epiſcopo & inquiſitori prædictis volumus fore cōmunem,
C duos[i] cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtrios & fideles: vnum quem volet epiſcopus & prouidebit eidem,[k] alium de quo voluerit inquiſitor, cui etiam prouidebit:[l] & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe aliū bonum & fidum poterit habere miniſtrum.[m] In quolibet etiam conclaui[n] eiuſdem carceris ſiue muri erunt duæ claues diuerſæ,[o] quarum vnam vnus, aliam alius tenebit prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi quæ incarceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere vel ſubdelegare[p] miniſtro.

*Ponit iuramentum cuſtodum, miniſtrorum ſuorum, & notariorum, & aliorum officialium. Ioan. Andr.*

Porrò coram epiſcopo vel
B capitulo ſede vacante & inquiſitore prædictis vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradicti antequam ſuum officium exequātur, iurabunt[q] ad ſancta Dei euangelia corporaliter à ſe tacta,[r] quòd in cuſtodia immuratorum & aliorum pro crimine ſupradicto in ſua cuſtodia poſitorum & ponendorum[s] omnem diligentiam & ſolicitudinem quam poterūnt[t] fideliter adhibebunt. Et quòd alicui incarcerato nihil vnus in ſecreto[u] loquetur quin hoc audiat alter cuſtos. Et quòd prouiſionem
C quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, & illud quod à parentibus & amicis vel alijs perſonis fidelibus offeretur eiſdem (niſi epiſcopi & inquiſitoris vel ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur) ipſis fideliter & abſque[x] diminutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum & coram[y] eiſdem per-

g *Muri.* eod. titu. vt commiſsi. lib. vj. ver. & illorum.

h *Vulgariter.* ſi. §. ea. compi. de re. do. cap. j. in princ. & ibi concord.

Gloſſa ſequēs in quæſtione alleg. pro & ſoluit cōtrarium.

i *Duos.* niſi de vno cōcordarent: in caſu enim diſcordiæ manaſſe videtur hæc prouiſio. facit de app. cū ſpeciali. puto contrariū, ſcilicet quòd de vno conuenire nō poſsint: ſed neceſ-
D ſarij ſint duo: nec eſt hoc prouiſum propter diſcordiā, ſed ad ſecuriorē cuſtodiam: qꝫ ſatis ſonāt verba. facit optimè ff. de cuſtodia reorū. l. vlt. in prin. ibi, nec vni, ſed duobus cuſtodia cōmittēda eſt. & idē dicimus de miniſtris de quib9 ſequitur.

k *Prouidebit eidem.* de ſuis reditibus, nō de parte prouentuū inquiſitionis officio deputata, vt in extrauag. Benedicti, ex eo quòd. §. verum quia.

l *Etiā prouidebit.* inquiſitor. ſ. de ꝓuentib9 deputatis officio.

m *Miniſtrum.* ſi. de filijs presbyt. propoſuit. in fi. facit quod dixi ſuper rubrica de offic. cuſto. Ioan. Andr.

n *Conclaui.* concord. de elect. vbi periculum. §. in eodem. cum ſuis concordan. lib. vj.

o *Diuerſæ.* ne vnus cuſtos ſine altero poſsit aperire. Interdum enim in eadem ſera habent plures ſocij plures claues, vt quilibet & per ſe & aperire & claudere poſsit: cuius contrarium hic intendit.

p *Subdelegare.* quod aliàs non poſſet: cùm ſibi miniſterium demandetur ſine iuriſdictione: in quo videtur electa induſtria perſonæ. de offi. deleg. cap. fi. & puto per hanc literam, quòd in aſſumendo miniſtro non requiretur conſenſus epiſcopi vel inquiſitoris.

q *Iurabunt.* ſi. §. ea. cōpil. de re. do. ca. ij. ver. illi. etiam. de ma-
A gi. ca. ij. ſed in illis nihil dicitur de corporali tactu.

Gloſſa ſequens de corporali iuramento remittit, & opi. ponit, cuius rationem determinat. ponit dictum Innocētij. ſubdit quadruplicem formam iurandi, & conſuetudinis interpretationem quam determinat.

r *Tacta.* vt not. de electio. vt circa. ver. coram. lib. vj. in gloſ. ij. in corporali iuramento non ſufficit præſentia, ſed requiritur tactura euangeliorum. Quidam dicunt quòd corporale iuramentum ſatis eſt quòd habeat corporis ſenſum: vt viſum. facit. xxxv. quæſt. vj. epiſcopus. per id qꝫ de poſſeſsione dicitur, quòd ibi requiritur actus corporalis, & cum viſu transfertur. ff. de acquir. poſſeſ. l. quod meo. §. ſi per venditorem. & l. j. §. penulti. & not. de conſue. c. ij. ſed illud verum, cùm tradens & accipiens hoc intendunt. ſecus ſi poſſeſsio erat vacua: vt ibi no. Vt ergo ſcripſi poſt Inno. de iureiurã. etſi Chriſtus. verſi. quòd autē iuramenta quæ præcipiuntur à iure, ſicut teſtis calumniæ veritatis, vel quæ à iure, iudice, vel parte ex neceſsitate deferuntur, debēt fieri tactis euangelijs: aliàs fieri poſſunt ſine tactura. & videò qꝫ not. xxij. q. j. in ſumma. Sed videtur quòd plus obliget corporale. facit. ij. q. v. quanto. & cap. ſeq. C. ſi minor ſe ma. di. l. ſi alterius. Quædam autē iura dicunt ſimpliciter iurari, quædam corporaliter, quædā ſuper ſancta Dei euangelia, quædam addunt ipſorum tacturam: vt hic, &. j. q. vij. quoties. & §. ea. compil. de iureiurand. Romani. ver. porrò. de fri. & maleſi. laudabilem. Patet de primo, de iureiuran. eod. titu. per totum. lib. vj. de teſti. præſentium. & ca. penult. de excep.

*Iuramenta an ſemper præſtari debeāt tactis euangelijs.*

D paſtoralis. qui ma. ac. poſſ. cùm in tua. de ſentent. excom. ex tenore. De ſecundo, de hæret. ad abolendam. §. ſtatuimus. de ſenten. excom. venerabilibus. de elec. vbi periculum. §. ſuper his. & ca. vt circa. & ca. procurator. lib. vj. De tertio, de pur. c. quoties. Apud Italicos interpretatur conſuetudo, quòd ſufficit quemlibet librum vel quamlibet ſcripturam tangere: qꝫ ſatis puto procedere etiā vbi de corporali iuramento exprimitur. nō ſic vbi de tactura euāgeliorū: vt hic, & in cōcor.

ſ *Ponendorum.* vbi hoc exprimitur, iuratur ſuper futuris: & ſic non ob. de iureiu. ca. penult.

t *Poterunt.* xxij. q. ij. faciat.

u *Secreto.* ſi. de elec. vbi periculum. §. nulli. libr. vj. cum ſuis concor. & de ſecreto habetur. j. cap. proxi. de pœni. diſtin. j. §. hoc ergo. in princi. & ver. filiam. & de hære. cap. vlti. libr. vj. nec ſumitur tam amarè hoc verbum, quin alter cuſtos in abſentia alterius captiuum alloqui poſsit de non ſecretis ipſis incarceratis.

*Miniſtri quidā ſunt infideles dominis ſuis.*

x *Abſque diminutione.* non ſicut infideles ſeruientes vel miniſtri, qui ſemper de eo quod dominis datur, decimam vel aliam quotā ſubtrahunt: vt not. j. quæſt. j. Chriſtus. xiij. q. j. §. ij. ver. ſed videte.

y *Coram eiſdem.* epiſcopo, vel capitulo, & inquiſitore vel ſubſtitutis ab illis.

Pro

ſonis miniſtri cuſtodum priuſquam ſuum exerceant officium exhibebunt. Et quia ſæpe contingit epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis inquiſitoribus nō communes: volumus & diſtrictè præcipimus vt cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine[a] cuſtodiam per epiſcopos, vel ſede vacante per capitulum deputandi[b], & eorum miniſtri coram dictis inquiſitoribus vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile iuramentum. Notarij[c] quoque inquiſitionis coram epiſcopo & inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis iurabunt[d] ſuum officium fideliter exercere. Et idem fiet de alijs perſonis[e] neceſſariis ad prædictum officium exequendum.

*Punit epiſcopos inquiſitores & eorum ſubſtitutos, qui faciendo vel omittendo delinquunt in officio. hoc dicit.*

Verùm quia nimis eſt graue ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere[f] ꝙ ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: graue eſt quoque & dānatione digniſſimum[g] malitioſè inſontibus eandem imponere prauitatē: epiſcopo & inquiſitori prædictis ac alijs ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ pręcipimus, vt ſic diſcretè & prōptè contra ſuſpectos vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedant, quòd malitioſè aut fraudulenter[h] tantam labem, ſeu quòd ipſos in executione officij inquiſitionis impediat, falſo alicui non imponant. Quòd ſi odij, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu[i], contra iuſtitiam & conſcientiam[k] ſuam omiſerint cōtra quēquam procedere vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, aut obtentu eodem[l] prauitatem ipſam vel impedimentum officij ſui alicui imponendo, eum ſuper hoc præſumpſerint quoquo modo vexare: pręter alias pœnas pro qualitate culpæ imponendas eiſdem, epiſcopus aut ſuperior ſuſpenſionis ab officio per triennium, alij verò[m] excommunicationis ſententias eoipſo incurrant:[n] A qua quidem excōmunicationis[o] ſententia qui eandem incurrerint, niſi per Romanū pontificem nequeant, præterquā in mortis articulo,[p] & tunc[q] ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio ſuffragante.

*Confirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia. Ioan. And.*

Alia ſanè quę circa præmiſſum inquiſitionis officium à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta: quatenus præſenti decreto non obuiant, ſacri approbatione concilij roborata, in ſua volumus firmitate manere[r].

Idem in eodem.

a *Pro dicto crimine.* de incarcerandis ergo pro alijs criminibus non iurant inquiſitori.

b *Deputandi.* dato ergo quòd capitulum haberet iuriſdictionem & carcerem: non tamen in ſuo carcere, ſed epiſcopali tales tenebit ſede vacante.

c *Notarij.* qui poſſunt eſſe conſtituti in ſacris, & religioſi: quod dic vt eodem titu. vt officium. §. ad conſcribendas. li. vj.

d *Iurabunt.* ſpeciale eſt propter magnitudinem criminis, & fauorem fidei: aliàs ſufficere deberet iuramentum in creatione pręſtitum. de pręſcrip. ad audientiam. de cuius forma ſcripſi ne cleri. vel mo. ſicut te. & Spec. de fide inſtr. §. reſtat. ver. ſed quæro.

e *Perſonis.* officialibus nuntijs ad citationes faciendas, & apparitoribus: de quibus j. ca. proxi.

f *Non agere.* concor. de ſimo. nemo. & quod ibi no.

g *Digniſsimum.* idem ver. lxxxj. diſtin. cap. j. in fi.

h *Fraudulenter.* falſo alicui ſi imponant quod ſequitur.

i *Obtentu.* vbi ergo non propter alterum prędictorum, ſed fortè timore, vel propter vitandum ſcandalum hoc omitterent, non eſt locus pœnæ.

k *Et conſcientiam.* Nota &, quod copulat. concord. de re iudica. cùm æterni. lib. vj. — *Et, copulat*

l *Eodem.* odij, gratiæ & c. vt ſuprà.

m *Alij verò.* ſcilicet inquiſitores, vel ſubſtituti ab eis, vel ab epiſcopis, vel capitulis vacante ſede.

Gloſſa ſequens inducit hoc computato. xx. iura, quòd cōſtitutio eccleſię liget ad pœnam omnino occultam: dicens per hoc indubiam quæſtionem de dubio hæretico. In qua recitat opi. In contrarium inducit xiij. iura: ſubdit duas opi. & prius dictum approbat.

*Crimina occulta ligantur per conſtitutionem eccleſiæ militantis.* n *Eoipſo incurrant.* Hic patet apertè quod conſtitutio eccleſiæ militantis ligat crimen omnino occultum quo ad pœnas ſuſpenſionis & excommunicationis, ad idem. š. ea. compil. de ſtatu. mo. ca. j. §. quia verò. j. de pœnis. c. cupientes. §. qui verò. Nec turbentur aliqui: nam hoc idem probatur de ſchiſma. c. j. ver. omnem. lib. vj. & eod. lib. de elec. vbi periculum. ver. nulli. & c. fundamenta. §. quod ſi ſecus. & ca. quia ſæpe. facit eod. titu. ſciant. & c. ſeq. & c. indemnitatibus. §. poſtremo. de offi. deleg. c. fin. §. pars verò. de offi. ordi. c. vlti. de iudi. c. ij. ver. prouiſo. de re iudi. c. j. & ij. ad fi. de homi. pro humani. ver. ſacri. Ad idem antiqua iura. de ſen. excommuni. porrò. & c. cùm non ab homine. de temp. or. c. vlti. patebat idem de immu. eccle. clericis. lib. vj. ver. necnon. Et ex his videtur indubitatum quòd Archi. habebat pro dubio, & diſputationi relinquebat in decre. cùm quis. de ſentent. excommuni. lib. vj. *Hæreticus omnino occult⁹, an ſit excommunicatus.* an hæreticus omnino occultus ſit excōmunicatus. Io. tenet quòd ſic. xxiiij. q. j. in ſumma, & in glo. ſequen. de pœni. diſt. j. cogitationis. Placet etiam Goff. & Ray. in ſumma, de hære. Ad contrarium inducitur. xxxij. diſtinc. erubeſcant. & quod ibi no. xxxiij. diſtin. habuiſſe. 50. diſtinct. §. ſed illud. in fi. ij. quæſtio. j. nomen. & quæſtio. v. conſuluiſti. & vj. q. j. ſi omnia xv. q. vj. c. j. ver. non poteſt. xxx. q. vlti. §. his ita. & ca. ſequen. xxxij. q. v. c. vlt. de ſimo. ſicut tuis. in fi. & c. ſeq. Facit ad hoc: quia ex voluntate quæ non procedit in actum, non ſcandalizatur eccleſia. xxiiij. quæſt. iij. Deus quibus. Sunt qui nolunt fateri per clauem eccleſiæ ligari poſſe omnino occulta, niſi illa ſint expreſsè lege diuina damnata: vt vſura in qua damnatur ſpes occulta. de vſu. conſuluit. Alij dicunt quòd ſi factū eſt publicum, ſed occultum quis fecerit: ligari poteſt per eccleſiam. v. q. j. quidā. de offi. ordi. ſi ſacerdos. Si verò & factū & faciens ſunt occulta, ſecus: vt in contrarijs. Sed vtrique dicto obuiant iura allegata in princ. gloſ. quare de plano fateamur quod conſtitutio militantis eccleſiæ ligat omnino occulta: non tamen nominatim de illis iudicat tribunal eccleſiæ: imò ipſa eccleſia inquātum per hominem iudicat hominem nominatim, & inquantum eſt collectio fidelium, ligatos ſic occultos habet pro ſolutis. de ſen. ex commun. à nobis ij. & ſic loquuntur cōtraria. — *Conſtitutio eccleſiæ ligat occulta.*

Gloſſa ſequens in quæſtione alleg. affirmatiuè, & ſoluit contrarium. format incidentem queſtionem, quam ſoluit.

o *Excommunicationis ſententia.* de ſuſpenſione nil dicit, quare videtur quòd ab illa ſuperior poſsit abſoluere. Dic contra: & ratio illius omiſsionis fuit, quia tempus habet determinatū: & vbi ſic determinatū eſt, videtur quòd non poſsit ſuperior abſoluere: vt not. de electione, cupientes. §. cæterum. in gloſ. eſt ergo[a]. Sed quid ſi tempus determinatum non eſſet? Videtur quod poſsit, ex quo ſuperior non reſeruat. de ſenten. excommu. nuper. nec prohibet: vt j. de priuile. cap. j. ver. ſi qui. facit quod not. de regu. non ſolum. in fin. lib. vj. & quod dixi de ſolu. cap. ij. in fi. ſecus ſi reſeruaſſet. de teſti. tam literis. in fin. — *Suſpenſio habens tempus determinatum, per inferiorem tolli nō poteſt.* — *a Imol. dicit glo. bene notandam. Vākel addit gloſ. in cle. j. ſuprà de deci. in ver. donec & de Anc. finem iſtius §. extendit ad omnē iudicem inquirentem: quē vult etiam puniri pœna talionis et expenſarū: nam deficiens præſumitur calumniari. l. j. C. de aduoca. diuer. iudi. Font.*

p *Mortis articulo.* qui caſus ſemper excipitur. j. cap. proxi. de offic. ordi. paſtoralis. & vide quod ibi not.

q *Et tunc.* ſcilicet quando in mortis articulo per epiſcopum vel presbyterum abſoluuntur: & hoc intelligo ſi facultas eſt ſatisfaciendi: & tempus hoc patitur: aliàs abſoluetur cum cautione. facit j. ca proxi. de ſepul. ca. vlti. de ſententia excōmunicationis, à nobis.

r *Manere.* concor. eod. titu. ca. vlt. in fi. lib. vj.

NOlentes. ſ. Diuiditur in quatuor partes: vt patet in rubro. Secunda ibi, inquiſitoribus. Tertia ibi, Notarij. Quarta ibi, Porrò. Imola. Pro caſu nota quòd inquiſitor hæreticæ prauitatis non eſt aliquis deputandus niſi habeat quadraginta annos. Et ſic eſt caſus ſpecialis contra c. cùm viceſimum. de officio & poteſtate iudicis deleg. in anti. Et iſtud fit, quia agitur de magno ſcādalo. Not. quòd inquiſitor vel eius commiſſarij



*Primò ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorum. Secundò punit inquiſitores qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum eccleſiarum bona cōfiſcant. Tertiò præcipit notarijs, officialibus & ſocijs, vt hoc facientes reprehendant, & ſuperioribus denuntient ſi probare poſſunt. Quartò prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem officialium. hoc dicit. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

NOlentes ſplendorem ſolitum negotii fidei per actus indiſcretos & improbos[a] quorumuis inquiſitorum hæreticæ prauitatis quaſi tenebroſi fumi caligine[b] obfuſcari: hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus, nullis exnunc,[c] niſi qui quadrageſimum[d] ætatis annum attigerint, officium inquiſitionis prædictæ committi[e] inquiſitoribus. Et tam ipſorum[f] quàm epiſcoporum ſeu capitulorum ſede vacante ſuper hoc deputatis commiſſariis[g] quibuſcunque diſtrictius iniungentes, ne prætextu[h] officij[i] inquiſitionis quibuſuis modis illicitis[k] ab aliquibus pecuniam[l] extorqueant: nec ſcienter[m] attentent eccleſiarum[n] bona ob clericorum delictum[o] prædicti occaſione officij fiſco etiam eccleſiæ[p] applicare.[q] Quod ſi ſecus in his[r] vel eorum altero fecerint, excommunicationis ſententiæ eos ſubiacere decernimus ipſo facto: A qua non poſsint abſolui[s] præterquam in mortis articulo,[t] donec illis à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint[u] de pecunia ſic extorta. Nullis priuilegiis, pactis, aut re-

miſſarij ſub vmbra ſui officij facientes illicitas exactiones, eſt ipſo facto excommunicatus: à qua excommunicatione non abſoluitur niſi ſatisfactione plenariè facta: niſi in articulo mortis. No. quòd pro delicto prælati bona eccleſiæ non confiſcantur. & hoc verum, quando ſolus prælatus deliquit: ſecus ſi prælatus & capitulū deliquerūt habita deliberatione: tunc enim bona eccleſiæ confiſcarentur. Iubemus de ſacroſan. eccle. C. vbi nauis eccleſiæ fuit cōfiſcata imperatori. Nota quòd ſi in conſtitutione ponatur verbū exnunc, incipit ipſa conſtitutio obligare à tempore ipſius publicationis: nō expectato lapſu duorū menſiū, qui aliàs regulariter ꝑfigitur: quod intelligo quo ad hoc vt econtra factum non valeat: non autē quo ad hoc vt contrà facientes hoc ignorantes obligati ſint ad culpam: vt notat glo. notabilis in verbo, exnunc. Pro clara intelligentia hui⁹ clementinæ accipe diuiſionem gloſſæ, & illam proſequere. — *Eccleſiæ bona propter delictū prælati nō confiſcantur.*

Nota de ſplendore fidei. Et dicit Lau. quòd talia quæ ſunt fidei, in luce & ſplendore tractari debent.

Nota quòd improbi actus vitandi ſunt. de hoc in gloſ. ij. Zabarella.

a *Improbos.* qui dederunt cauſam & meritò huic conſtitutioni & præcedenti. ADDITIO. xlix. diſt. hinc etenim. Zabarella.

b *Caligine.* Eſa. v. in fi. Lux obtenebrata eſt in caligine.

Gloſ. ſequens duas lecturas ponit.

c *Exnunc.* ac ſi dicat, deinceps. vel forſan voluit papa per hoc, quòd hæc pars conſtitutionis ſtatim ligaret à tempore promulgationis, non expectato lapſu duorum menſium. de quo dixi in proœmio: non quo ad hoc quòd contrà facientes hoc ignorantes obligati eſſent ad culpam, ſed quo ad hoc vt contra factum non valeret: prius verò emendatos afficere non intendit.

d *Quadrageſimum.* concor. xx. quæſt. j. ſanctimoniales. Et eſt mirandum quòd in inquiſitore maior ætas requiritur, quàm in epiſcopo, qui tamen inquiſitor eſt. & eſt ſi. de elect. nemo deinceps. libr. vj. & hoc eſt de arbitrariis, de quibus non cogimur reddere rationem: vt ſcripſi de reſcrip. ſiquando. — *Inquiſitor debet eſſe antiquior epiſcopo.*

Gloſſa ſequens dicit per quos, ſecundò quærit, ſoluit, & remittit.

e *Committi.* per prælatos prouinciales, vel miniſtros illorum ordinum, quibus deputatio talium a ſede apoſtolica eſt commiſſa. Idem puto de inquiſitoribus ab epiſcopis vel capitulis ſede vacante: vt ij quibus committunt, habere debeant hanc ætatem. Sed quid ſi contra fiat? certum eſt quòd puniendi ſunt committentes tranſgredientes hoc præceptum. & vide quod no. de elect. generali. §. illos in vlt. glo. lib. vj. & licet hic non apponatur decretum: videtur tamen quòd non valet commiſsio. pro & cōtra de elec. licet canon. lib. vj. & vide quod ibi not. in gloſ. ij.

Gloſ. ſeq. dicit hic quæſtionem ſolui, contra quam allegat. deinde illud fortificat, & contrario reſpondet.

f *Ipſorum.* commiſſariis, quod eſt j. Et per hoc & per cap. š. proxi. ſoluitur quod olim dubitabatur, an inquiſitores poſſent committere vices ſuas: & videbatur quòd non: quia decreta. vt commiſsi. in prin. eod. titu. libr. vj. permittit vt committant citationes & ſententiarum denuntiationes: vltra illa ergo permiſſa committere non poterant. de tranſlati. capi. ij. facit de offic. deleg. capi. vltim. §. vices quoque. vbi etiam conſeruator non committit niſi illa duo. videtur enim electa induſtria perſonæ. de offici. delegat. cap. is cui. libr. vj. Contra: quia ſiue ordinariam, ſiue delegatam iuriſdictionem inquiſitor habeat, committere poteſt. Primum patet. Secundum, ſcilicet cùm dicitur delegatus: quod videtur verius per decretalem, per hoc. eod. titul. lib. vj. pro & contra. eod. titul. ne aliqui. eſt tamen delegatus principis, & cum iuriſdictione, non cum miniſterio tantum: ergo committit. ita ſeruatur. dant ergo inquiſitores cōmiſſarios quos vocamus vicarios vel ſubſtitutos. š. eo. ca. proxi. §. porrò. & §. notariis &. §. verū. Ad decreta. vt commiſsi. reſpondetur quòd non loquitur negatiuè ſicut illa quæ loquitur de conſeruatore, ſcilicet quòd non poſſint illa duo committere: ſed loquitur affirmatiuè, ſcilicet quòd illa duo committere poſsint: & de illis forte dubitabatur quaſi ante citationem non eſſet perpetuata iuriſdictio: & per definitiuam eſſet functus ſuo officio. Ad primum, de offi. deleg. paſtoralis. §. j. Ad ſecundum. eod. titu. in literis. — *Inquiſitores hæreticorum an poſſint alijs vices ſuas cōmittere.*

g *Commiſſariis.* de epiſcopis loqui non videtur: & ideo licet etiam ipſi ab his debeant abſtinere, pœna tamen quæ ſequitur, non habet locum in illis. concor. infrà verſic. notarij. voluit ergo dignitati deferre. de offic. deleg. ca. ij. lib. vj.

h *Prætextu.* vbi ergo non eo prætextu illicitè exigit, licet male faciat, non tamen eſt locus pœnæ.

i *Officij* & ſic committit crimen concuſsionis. de quo. j. q. j. ad fi. xxiiij. q. j. c. ij. in fi. & c. militare. & de immu. eccleſi. quia plerique. tamen tales abſolui permittit infrà reſtituendo ſimplum tantùm: cùm tamen concuſſor ſoluat quadruplū. xviij. diſt. quoniam. in ſi.

k *Illicitis.* pœnas pecuniarias applicandas officio non prohibet imponi & exigi, ſed illicitas actiones fieri. ff. de offic. præſi. illicitas. in princ. de ſimo. intantum. & ca. audiuimus. & ca. ſequenti.

l *Pecuniam.* intelligo largè. j. q. iij. per totum.

m *Scienter.* ignoranter ergo non tenet hæc pœna. ſi. š. ead. compi. de conſang. & affi. c. vnico. — *Monachus ſibi acquirere nō poteſt.*

Gloſſa ſequens not. à contrario: & ſoluit quæſtionem de monacho.

n *Eccleſiarum.* de bonis ergo clericorum propriis non prohibet. Et per hoc dico quòd ſi monachus præeſſet eccleſiæ, quòd etiam eorum quæ acquiſiuit intuiti perſonę, applicatio iſta fieri non poſſet. cùm enim impediente profeſsione ſibi non poſsit acquirere, & ſic acquiſita poſt poſſeſsionem adeptam ſint eccleſiæ. xviij. q. j. ca. vnico. de priuileg. cùm olim. ij. ergo etiam in illis eſt locus ei quod hic dicitur. quod tamen in quodam inquiſitoris conſilio ante hanc conſtitutionem clamare non profuit.

o *Delictum.* de regulis iuris, delictum. cum ſuis concordan. lib. vj.

p *Eccleſiæ.* multo minus ſibiipſis vel officialibus vel fiſco ſeculari cui aliàs applicata ſunt ipſo iure bona laicorum damnatorum. de hære. eo. tit. cùm ſecundum. lib. vj. Et vide, quod no. de conceſ. præb. quia diuerſitatem. & quod ibi dixi ſuper glo. antepen.

q *Applicare.* idem verbum de præben. ca. iij. probatur autem hoc eod. tit. excommunicamus. in prin. vbi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter eccleſias à quibus beneficiati ſunt.

r *In his.* duobus proximè dictis, ſcilicet de pecunia extorquenda, & de bonis eccleſiæ confiſcandis. primum enim caſum, ſcilicet de ætate, includi non puto. quod patet per ſequentia: ibi, donec illis & c.

ſ *Abſolui.* per ordinarios, cùm ſibi non reſeruet. de ſentent. excommun. nuper.

t *In mortis articulo.* š. cap. proxi. in fi.

u *Satisfecerint.* ſi habent vnde: aliàs verò paupertas excuſat. — *Paupertas excuſat.*

de vſu.cùm tu.de rap.ca.ij.& vide quod no.de ver.ſig.ex par te.j.in ſi.iiij.glo.

a *Remiſsionibus.* concor.de cenſi.exigit.ad ſi.de reſcript.ſtatutum.circa ſinem.lib.vj.& adde quod ibi not.

b *Commiſſarios.* nil dicit de epiſcopis: vt etiam ſ.dixi.& facit j.verbum, prælatis.

missionibus [a] ſuper hoc valituris. Notarij verò & officiales dicti officij, nec non fratres & ſocij inquiſitorum & commiſſariorum ipſorum, qui dictos inquiſitores aut cõmiſſarios [b] ſecretè nouerint talia [c] commiſiſſe, ſi indignationem Dei & apoſtolicæ ſedis vitare voluerint, & offenſam, ipſos grauiter arguere [g] & corrigere [d] ſtudeant in ſecreto.[e] Quòd ſi taliter ea ſciuerint, vt ea probare valeant: [f] ſi ſit opus, hæc prælatis inquiſitorum & commiſſariorũ eorũdem ad quos id pertinebit, nuntiare ſolicitè debeãt. Qui equidem prælati inquiſitores & commiſſarios prædictos reos inde repertos ab officiis amouere, [g] & amotos aliàs punire debitè ſeu corrigere teneantur.[h] Prælatis autem inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia nũtiari per prædictos [i] locorum ordinarios volumus: quibus [k] vt ea in apoſtolicę ſedis notitiam perferant, [l] in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus & mandamus. Porrò inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet cõceſsione [m] portationis armorum, nec officiales niſi ſibi neceſſarios habeant, tales qui ſe conferãt ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda.[n]

Idem in eodem.

*Damnat ſectam Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans diœceſanorum & inquiſitorum officium contra illos hoc dicit. Ioannes Andreæ.*

CAPITVLVM III.

AD noſtrum (qui deſideranter in votis gerimus vt fides catholica noſtris proſperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fideliũ extirpetur) non ſine diſplicentia [o] grandi peruenit auditum, q́ ſecta [p] quędam abominabilis quorũdam hominum malignorum, qui Biguardi, & quarundam infidelium mulierum quæ Beguinæ [q] vulgariter appellantur, in regno Alemaniæ (procurãte ſatore [r] malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens & aſſerens doctrina ſua ſacrilega & peruerſa inferius deſignatos errores. Primò [s] videlicet quòd homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum [t] poteſt acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis, [u] & amplius in gratia proficere non valebit. [x] nam (vt dicunt) ſiquis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior [y] inueniri.

c *Talia.* in aliis ergo non habet locum quod ſequitur.

*Corrigere & corripere differut.*

d *Corrigere.* quãtum in eis eſt: vel id eſt corripere, quod poſſunt, ſed non corrigere: manus comprimere poſſunt, ſed nõ animum mutare. xlvij. diſt.j.quod §.ne ceſſe.in ſi.Ioan.And.

e *Secreto.* ij.q.j.ſi peccauerit.

f *Valeant.* aliàs taceant.ij.queſ.vij.plerunque. Ioannes Andreæ.

*Inquiſitor hæreticæ prauitatis poteſt remoueri ab eo qui ſibi iuriſdictionẽ non dedit.*

g *Amouere.* licet prælatus inquiſitoris, ſcilicet prouincialis, illũ ab officio remouere poſsit, vt hic patet iuriſdictio tamẽ inquiſitoris non ab ipſo prælato, ſed à papa immediatè dependet: vt ſolus actus committendi vel remouendi pendeat penes illum. & hæc patet in priuilegiis officij: ex quo ſequitur quòd corrigere vel alterare non poſſet facta per illũ virtute officij: ſed illum amotũ puniat, vt hic.

h *Teneantur.* non dicit, poſsint.

i *Prædictos.* notarios, officiales, & ſocios. Ioan.And.

k *Quibus.* ordinariis locorum.

l *Perferant.* de ſtatu reg.c.vlt.de cleri. ægro.ca.vnico.§.ſi autem.lib.vj.

m *Conceſsione.* facta per priuilegia officij, vt habere poſsint officiales armatos.

n *Exequenda.* ſint enim tales qui velint & poſsint officio deſeruire ſi.de pręben.ſuper inordinata.de cleri.non reſi.ca.iij.& iiij.

*Diuiſio.*

AD *noſtrum.* Primò ponit ſectam & errores. Secundò ibi, Cùm autem. illa damnat. Tertiò excitat: ibi, Porrò. A nonnullis in concilio Viennenſi fuit expoſitum q́ erat quædam ſecta hominum, qui homines vulgariter appellantur Beguardi: & quædã mulieres nuncupatæ Beguinæ: quę ſub vmbra cuiuſdã ſanctitatis ſeminabãt multos errores: de quibus ponuntur octo in textu. tunc concilium reprobauit illam ſectam & errores ſuos: & præcepit eis vt deſiſterẽt à tali ſecta: & ſimiliter præcepit epiſcopis vt illos nõ admitterent: & imponit pœnam ſi perſeuerarint in ſua ſecta. Nota de verbo, ſecta, quod accipitur hic in malum, alibi in bonum. de hoc in gloſ.iij. Nota quòd diabolus dicitur fautor malorum. de hoc in gloſ.in verſi.ſatore.de ſepult.clemen.dudum.verſi.abolim Zabarel.

o *Diſplicentia.* ſi.ſupra ea.compil.de cenſi.ad noſtrum.

Gloſſa ſeq. ponit differentiam.

p *Secta.* ſcribitur per c, & non per p. & dicitur à ſeco ſecas. alij quòd à ſequor ſequeris: & eſt propriè habitus animorum & propoſitum in malo circa falſam diſciplinam. inde tales dicuntur ſecti, id eſt ſeparati & diuiſi ab vnitate fidei & eccleſiæ: tamen interdum ſumitur in bona parte Cod.de pac.l.vltim.in ſi. Per p ſcripta deſignat clauſuram. ſupra ead.compil.de ſta.mo.ne in agro.poſt prin. ADDITIO. Scribitur etiam ſeta ſine c, & p, & ſignificat pilum durum cum quo poteſt trahi filum. de pœniten.diſt.ij.ſicut ſeta. Zabarella.

q *Beguinæ.* de quibus ſupra ea.compil.de rel.do.c.j.

r *Satore.* id eſt ſeminatore diabolo ſupra de elect. licet de euitanda.in prin.& ſupra ea.compil.de ſepul.dudũ.poſt prin.

ſ *Primò videlicet.* ſcio quòd expedit textum, cuicunque facultati conueniat, per gl.aperiri. Itẽ puto decere q́ in declarandis infra ſcriptis erroribus loquar apertius mere canoniſta: quia in ſacra pagina, licet modicum, ſtudui ſub ipſo excellentiſsimo doctore magiſtro Ioann. de Parma ordinis prædicatorum, per cuius doctrinam Deo duce iſta clareſcent: hæc dixi, vt prolixitati parcatur.

t *Gradum.* vide quod not.de pœnit.diſtin.ij: radicata.§. hæc quæ de charitate. in j.& ij.gloſſ.& xlvij.diſt.omnes in ſi.

Gloſſa ſequens ponit duos intellectus, quorum primus catholicus, ſecundus hæreticus. ad auctoritatem quę facit pro ſecundo, remittẽdo reſpondet.

*Impeccabilis an poſſit aliquis fieri.*

u *Impeccabilis.* ſi hoc intelligeretur de Dei potentia abſoluta: catholicè dictum eſſet per eã reddi poſſe quem impeccabilem. & hoc priuilegium glorioſæ virgini Mariæ creditur datum eſſe diuinitus. dicere autem hominem hoc poſſe ſe ſecundum legem communem, quã Deus ſanctis dona gratiæ ſuæ diſpenſat, hoc eſt hæreticum. Nam ſecundum legem communem nullus poteſt impeccabilis fieri, niſi per Dei beatificam viſionem, qualis ſolùm poſt hanc vitam datur beatis: vt j.dicetur, & etiam dicit beatus Thomas parte, j. quæſti. 100.arti.ij. Forte mouebantur iſti auctoritate Ioan.in epiſtola.j.cap.iij ibi: Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. Sed Hieronymus contra Iouinianum plenè huic auctoritati reſpondet.de pœni.diſti.ij.ſi enim, inquit, probans multis auctoritatibus hominem etiam perfectum in via aut in hac vita peccare poſſe: illud idem probans exemplis Dauid, Salomonis, Ioſuæ, Petri, & aliorum prælectorum qui in via peccauerunt. Ioannes Andreæ.

*Charitas perfectiſſima in hac vita haberi non poteſt.*

x *Non valebit.* Aug.ad Hiero.contradicens, quòd charitas in quibuſdã eſt perfecta, in quibuſdã imperfecta: ſed perfectiſſima in hac vita haberi non poteſt de pœni.diſt.ij.charitas in quibuſdam.ſa.ea.diſtinct.ſiquis tantam.dicebat enim Pſalm. Ambulabunt de virtute in virtutem. & Apoſtoli Lucæ xvii. in prin. Auge nobis fidem. quæ plenè videas de pœnit.diſt. ij.cùm ſanctam.

Gloſſa ſeq.arguit.reſpondet per rationem quam per ſimile probat, & concludit.

*Gratia hominis gratiæ Chriſti æquari non poteſt.*

y *Perfectior.* hoc eſt falſum. minus enim per augmentũ poteſt peruenire ad quantitatẽ maioris in iis quę habent quantitatem vnius rationis, & facit de priuilegiis, ex ore.verſi.porrò. ſed gratia alterius hominis ſe habet ad gratiam Chriſti, ſicut virtus particularis ad vniuerſalem. vnde ſicut virtus ignis quantũcunque creſcat, non poteſt æquari virtuti ſolis: ita gratia hominis quantumcunque perfecti, non poteſt æquari virtuti & gratię Chriſti: vt etiam dicit Thomas iij.parte: q. vij articul.xj.in ſin. non eſt ergo facienda æquatio finiti ad infinitum. facit de ſumma trinitat. damnamus. verb. cùm ergo.in fine.

Gloſſa



Secundò, quòd ieiunare [a] non oportet hominem nec orare [b] poſtquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas [c] eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet.[d]

Tertiò, quod illi qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, [e] nec ad aliqua præcepta eccleſiæ [f] obligantur: quia (vt aſſerunt) vbi ſpiritus domini, ibi libertas.[g]

Quartò, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem ſecundum omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata.[h] Quintò, quòd quælibet intellectualis

Gloſſ.ſequens primò hoc dictum improbat ratione & exemplo. Secundò allegat pro illo dicto auctoritatem euangelij: & tripliciter reſpondet.

*Ieiunare tenentur etiã perfecti.*

a *Secundò quòd ieiunare.* hoc eſt hæreticum. conſtat enim q́ perfectio quantumcũque magna in hac vita ordinẽ eccleſiæ non ſubuertit, ſed perficit: ſed quandiu manet ordo eccleſię, manet obediẽtia inferiorum ad ſuperiores: ſic ſcilicet q́ eorum præceptis obedire teneatur. xciij. diſtin. per totum. de maio. & obe. per totum. ergo per nullum gradum perfectionis abſoluitur à præcepto ieiunij vel aliis præceptis eccleſiæ: vt dicã.j. verſi.prox. Qui tamen teneantur ad ieiunia eccleſiæ, ſcripſi de obſer.ieiu.ſuper rubrica, & ca.ij.in fine. Paulus ergo qui perfectiſsimus fuit, per ieiunia & corporalia exercitia caſtigabat corpus ſuum, dicens: Caſtigo corpus meum &c.j.ad Corinth.c.ix.in fine.& de pœni.diſt.ij.ſi enim.verſi. Paulus. Sed pro iſtis faciebat Lucæ v.ibi, Non poſſunt filij ſponſi ieiunare quandiu cum ipſis eſt ſponſus. Sed ſponſus eſt cum perfectis ſpiritaliter illos inhabitans. Matthæi vlt. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. ergo perfecti ad ieiunia eccleſiæ non obligantur. Sed ad hoc reſpondetur tripliciter. primò ſecundum Chryſoſt. iſtud intelligitur de diſcipulis qui adhuc imbecilles in corporali præſentia Chriſti magis erant fouendi dulcedine, quàm exercendi auſteritate ieiunij. Vel ſecundum Hieronymum, illud de ieiunio veterum obſeruantiarum, quaſi per id innuat dominus apoſtolos non detinendos in veteribus obſeruantiis, quos perfundi oportebat gratiæ nouitate. Vel tertiò ſecundum Auguſtinum illud intelligitur de ieiunio quod pertinet ad humilitatem tribulationis. vnde vbi Lucas dixit filios ſponſi ieiunare, Matth.ix.ca.dixit lugere. hoc non conuenit perfectis, quibus conuenit ieiunium cum gaudio mentis in ſpiritalia ſuſpenſæ. & de hoc Tho.ij.ij.q.cxlvij.ar. iiij.in ſi.

Gloſſa ſeq. probat duplicem orationem conuenire cuique perfecto. & de vtraque remittit.

*Orare tenẽtur etiã perfecti.*

b *Nec orare.* hoc eſt falſum: nam homo quantumcunque in ſtatu viæ perfectus, habet orare, vt diuina virtute perſeueret in illa perfectione: ad quã perſeuerãtiam virtus propria non ſufficit. vnde omnibus viatoribus quantumcunque perfectis dicere incumbit ex Dei præcepto Matth.vj. Et ne nos inducas in tentationem: & reliqua contenta in oratione dominica. hoc dicit Aug.in lib.de perſeuerantia. conſtat etiam quòd multis datur gratia, quibus non datur perſeuerantia in gratia: nec neges per hoc illam gratiam. habebant enim per illam quòd perſeuerare poterant. Item illa inchoata eſt quantum ad mentem, ſed non conſummata quantum ad carnem: quod prius erit in patria: vbi non ſolum perſeuerare poterit, imò non perſeuerare nõ poterit. & hoc per Tho.j.ſecundę.q. cix.ar.vlt. Item quantumcunque in via perfectus habet orare pro beatitudinis adeptione quam nondũ habet: ſicut Pſal. Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini. vnde Chriſtus inquantum homo orauit pro corporis gloria & ſimilibus dicens, Ioan.xvij. Clarifica filium tuũ &c. & de hoc etiam quomodo Chriſto conueniebat oratio, Tho.parte iij.q.xxj.art.iij. De oratione autem ſatis ſcripſi.ſ. ea.compi.de reli.ca. vnico.ad finem.

*Senſualitas quid eſt.*

c *Senſualitas.* quæ eſt vis animæ appetens deſiderabilia corpori: & refutans nociua: & hanc dicimus animam ſenſitiuam: de qua ſatis dixi.ſupra ead.compil.de ſumm. tri.ca. vnico.ij.reſponſo.

d *Placet.* dicunt iſti licere quod libet.iiij.diſ.denique.in ſi Alexã.ad Didymum. Ea quæ voluntas ſibi vendicat, honeſtate plerunque negamus admittere. dedit nobis multas natura blanditias quas plerũque virtus cohibet. Ouidius in epiſtolis: Eſt virtus, placitis abſtinuiſſe bonis. facit xj.q.j.aliud. & quæſt.iij.quid ergo.

*Papæ contẽnens obedire, paganitatem incurrit.*

e *Tertiò, quòd &c. obedientiæ.* Reprobatur de renun.niſi.ver. ſed dices. de reg. licet. & peccatum paganitatis incurrit qui cum Chriſtianum ſe aſſerat, ſedi apoſt. obedire contemnit. lxxxj.diſt.ſi qui ſunt.in ſi.quod intellige vt not.xix.diſ.nulli fas.& de elect.generali.§.illos.lib.vj.

Gloſſ. ſequens improbat dictum per auctoritatem & ſimilitudinem eccleſiæ triumphãtis, & per naturalem rationem.

*Eccleſia quare eſt vna.*

f *Eccleſiæ.* hæc ſunt omnino hæretica, & contraria illi articulo fidei, vnam ſanctam catholicam eccleſiã. Conſtat enim eccleſiam ideo vnam, quia in vniuerſali eccleſia eſt vnum caput ſupremum, cui omnes de eccleſia obedire tenentur, ſcilicet papę, hoc illo ſtatuente per quẽ reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Prouer.viij.aliàs iij. Eſt enim eccleſia militans exemplata diuinitùs à triumphante, dicente Ioanne in Apocalyp.xxj.in prin. Vidi Hieruſalem, ſanctam nouam deſcendentem de cœlo &c. Et Moyſi dictum eſt Exodi. xxv. in fin. quòd omnia faceret ſecundum exemplar ſibi monſtratum in monte. cùm igitur in eccleſia triumphante ſit vnus princeps ſupremus, cuius obedientiæ tota ipſa eccleſia perfectiſsimè eſt ſubiecta, ſcilicet Deus: neceſſariò ſequitur toti militanti vnum ſupremum principẽ præſidere, ſcilicet papam, cuius præceptis omnes obedire tenentur: & hoc eſt de neceſsitate ſalutis: vt in extrauaganti Bonifacij, vnam ſanctam. & fortius in iis qui ſunt perfecti. xxij.quæſtione ij.ne quis. Inde prædictum fuit Oſee.j. Congregabuntur filij Iudę & filij Iſraël pariter, & ponent ſibi caput vnum. & Ioannis x. Fiet vnum ouile, & vnus paſtor. de bapt.licet.& j.de ſentent. excommunica.cap.j. concord. Hanc obedientiam probat naturalis ratio. ſicut enim operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentiis, ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. oportuit autem in naturalibus vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitùs. ſic oportet in rebus humanis quòd ſuperiores moueant inferiores per ſuam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitùs ordinatæ: vt ſatis probat Thom. ij.ij. quæſtion. ciiij. articul.j. Iſtorum autem ſuperiorum mouentium vnus eſt ſupremus, vt prædixi. Omnes igitur ſunt ſubiecti motioni illius, & ſunt in illo quaſi membra de membro &c. de elect. ſignificaſti. quod allegant iſti, non obſtat, vt ſtatim dicam.

*Obedire papæ eſt de neceſsitate ſalutis.*

Gloſ. ſequens reſpondet auctoritati apoſtoli.

*Seruitus eſt duplex.*

g *Libertas.* ij.ad Corinth.iij. xix.q.ij.duæ ſunt. in ſi. & hoc intelligitur de libertate à ſeruitute peccati: non à ſeruitute qua viri quantumcunque perfecti ſunt adſtricti prælatis eccleſiæ vel ſecularibus principibus: nam virtus qua homo ſubiicitur homini, ad corpus pertinet, non ad animam, quæ manet libera. licet ergo in via per Chriſti gratiam à defectibus animæ liberemur, non tamen à defectibus corporis: quod patet per apoſtolum ad Rom.vij. Filij ergo Dei per gratiam, licet ſint liberi à ſpiritali ſeruitute peccati, non tamen à corporali qua eccleſiaſticis vel temporalibus dominis ſunt adſtricti: vt dicit G.ſuper j.ad Timoth.vj. Illi quicunque ſub iugo &c.

Gloſſa ſequens improbat primò hoc dictum per rationem de qua remittit. Secundò diſtinguit abſolutã Dei potentiam & legem communem. Item beatitudinem accidentalem & eſſentialem.

*Perfectionis beatificæ omnem gratiam an quis in hoc ſeculo poſſit obtinere.*

h *Quartò, quòd homo &c. beata.* hoc eſt falſum: quia vt ſ.dixi, in via huius peregrinationis charitas quantumcunque perfecta deferi poteſt, ſed nõ in patria. & vide quod not.de pœni.diſt.ij.in ſumma.& diſt.iiij.ſi ex bono.circa medium in gl. vnde Ouidius.& facit Prou. xxiiij.de pœ.diſ.iij.ſepties. vnde apoſtolus j.ad Corinth.xiij. in ſi. Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. Circa hoc autẽ ſciendum quòd homo mortalem vitam agẽs, etiam per Dei potentiam abſolutam nõ videtur poſſe obtinere omnem gradum perfectionis beatificę, loquendo de beatitudine accidentali. Ratio: quia ad illius beatitudinis perfectionẽ pertinet perfecta impaſsibilitas & glorificatio, quę propter contradictoriũ cum eius paſsibilitate ſtare non poteſt. ſecundũ etiam legem communẽ qua Deus beatificat homines, nullus poteſt eleuari à Deo ad ſuæ eſſentiæ beatificã viſionem niſi totaliter moriatur: ſicut communiter eſt de animabus nunc beatis. vnde Exod. xxxiij. Non videbit me homo & viuet. vel niſi ſic abſtrahatur à ſenſibus corporis quòd neſciat an ſit in corpore vel extra corpus, ſicut accidit Paulo: vt j. dicam. & de hoc Thom.parte j.quæſt.xij.art.xj. Sed dicere hominem per Dei potentiam abſolutam & ipſius priuilegium ſpeciale poſſe finalem beatitudinem conſequi ſecundum omnem gradum beatificæ perfectionis, quantum ad eſſentialem beatitudinem, quæ conſiſtit in perfecta viſione diuinæ eſſentiæ: & ſe-

cundum quoſdam in perfecta Dei dilectione & fruitione ſecundum doctorem meũ catholicũ eſt: & inducit illud Aug. xij. ſuper Geneſim ad literam: & in lib. de videndo Deum ad Paulinam, dicentis quòd Moyſes ex Dei priuilegio ſpeciali adhuc mortalem vitam agens, Deum per eſſentiam vidit tanquam futurus Iudæorum doctor. vnde Numeri xij. de ipſo, palam vidit Deum, & non per ænigmata: & facie ad faciem allocutus eſt eũ. Exod. xxxiij. viij. q. j. Moyſes. vbi de hoc. & Paulus idem priuilegium habuit, tanquam futurus doctor gentium. vnde dicit ij. Corinth. xij. ſe raptum in paradiſum Dei. conſtat autem intelligentibus ſecundum eum quòd omnem perfectionẽ beatificę viſionis & fruitionis puræ creaturæ poſsibilem potuiſſet Deus eis conferre & communicare per ſuã potentiam abſolutam. alle. Tho. iiij. ſentent. diſt. xlvj. arti. vij.

natura in ſeipſa naturaliter eſt beata: quodque animæ non indiget[a] lumine glorię ipſam eleuãte ad Deũ vidẽdũ, & eo beatè fruendũ. Sextò, q ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti[b], & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.

Septimò, quòd mulieris oſculum[c] (cùm ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatum: actus autẽ carnalis (cũ ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt,[d] maximè cùm tentatur[a] exercens. Octauò, quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debent aſſurgere, nec eidem reuerentiã exhibere:[b] aſſerentes quòd eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate & altitudine ſuæ cõtemplationis tantum deſcenderent, quòd circa myſterium ſeu ſacramentum euchariſtię, aut circa paſsionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis[c] ſpecie dicunt, faciunt & committunt, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, & graue in ſe continent periculum animarum. Cum autem ex debito commiſsi nobis officij, huiuſmodi ſectam deteſtabilem, & præmiſſos ipſius execrandos errores, ne propagentur[d] vlterius, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur, extirpare ab eccleſia catholica neceſſariò habeamus: Nos ſacro approbãte concilio ſectã ipſam cum pręmiſsis erroribus damnamus & reprobamus omnino, inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos decætero teneat, approbet vel defendat: Eos autem qui ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. Porrò diœceſani & illarum partium inquiſitores hæreticæ prauitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ huiuſmodi commorantur,[e] ſuum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita & conuerſatione ipſorũ, qualitérve ſentiant de articulis fidei, & eccleſiæ ſacramentis. In illos verò quos culpabiles repererint (niſi abiuratis ſpontè prædictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant vltionem.[f]

Gloſſa ſequens errorem literæ oſtendit per canonem, authoritatem, & rationem.

a *Quintò quòd &c. non indiget.* quaſi hoc poſsit ſua naturali virtute. Hoc expreſsè eſt hæreticum & reprobatum. de conſe. diſtinct. iiij. ca. vltim. & ibi ſoluitur quod opponitur de libertate arbitrij: & eſt contra doctrinam apoſtoli ad Roma. vj. Gratia Dei vita æterna, id eſt beatitudo perfecta. Huius ratio eſt: quia illud quod eſt proprium ſuperioris naturæ, non poteſt natura inferior aſſequi niſi per actionem ſuperioris naturæ, cuius illud eſt proprium: ſicut nec aqua poteſt fieri calida niſi per actionem ignis. videre autem Deum per eſſentiam (in quo perfecta beatitudo conſiſtit) ſoli Deo eſt proprium: nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre niſi Deo hoc faciente: propter quod dominus Ioannis xiiij. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. & vide quod dixi ſupra ead. compil. de magi. cap. j. in princip. in glo. per quam.

*Deum videre per eſſentiam nulla intellectualis natura poteſt.*

Gloſſa ſeq. ponit duplex ſignificatum imperfecti ſcilicet pro non habente ſummam perfectionem, & pro vitioſo. ponit etiam duas ſpecies virtutum purgatorias & animi purgati: per hæc concludens hæreſim. in fine oſtendit inſaniam.

b *Sextò, quòd ſe &c. Imperfecti.* ad huius intelligentiam ſciendum quòd Macrobius ſuper ſecundo de ſomnio Scipionis dicit quòd Plotinus inter philoſophiæ profeſſores cum Platone maximè diſtinguebat duo genera moralium virtutum: quam diſtinctionem approbant theologi. quædam enim ſunt modificatiuæ paſsionum inſurgentium in ſenſualitate hominis, vel actionum occurrentium homini: ſicut temperantia modificat delectationes exiſtentes in cibis & venereis, fortitudo timores & audacias quæ ſunt circa pericula mortis, & ſic de aliis. & iſtæ dicuntur purgatoriæ: quia ſunt hominum nondum purgatorum à paſsionum inſultibus, & per conſequens non ſummè perfectorum, ſed ad id toto conatu tendentium. Aliæ ſunt non regulantes paſsiones ſenſualitatis, ſed ſolum tenentes animã hominis in Deo & in ſumma perfectione: vt ſi temperantia terrenas concupiſcentias ignoret, fortitudo paſsiones neſciat, prudentia ſolis diuinis intendat, iuſtitia mentẽ cum Deo perpetuo fœdere teneat. & hæ virtutes dicuntur animi purgati, quia ſunt ſolũ hominũ totaliter purgatorum à paſsionũ moleſtiis: quod eſt ſolum beatorum, vel paucisſimorum in hac vita perfectisſimorum. huic conuenit quod dicit Aug. xij. de trinit. quod nunc agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidiis, quod fortitudo in perferendis moleſtiis, quod temperantia in coërcẽdis delectationibus prauis, ibi nõ erit, vbi nil mali erit: ſed iuſtitię erit, Deo regenti ſubditũ eſſe: prudentię, nullũ bonum Deo præponere vel æquare: fortitudinis, ei firmiſsimè cohærere: tẽperantiæ, nullo affectu noxio delectari. Et per hoc patet hoc ſuſtineri poſſe, quòd anima perfecta perfectione patriæ vel ſumma perfectione, quã paucisſimi habuerũt in via, licentiat virtutes has quantũ ad actũ: quia habẽt alios actus ſpecie ab iis qui in viatorib9 inueniuntur: ſed nõ licentiat quo ad habitũ: imò tunc perfectisſimè illas habet: nã habet charitatẽ in ſummo: & per cõſequẽs omnes habitus virtutũ moraliũ. Vnde Apoſtolus. j. ad Corinth. xiij. Charitas patiens eſt, benigna eſt &c. & facit de pœni. diſtin. ij. charitas. ij. Hoc viſo ſciendum eſt quòd dicere imperfecti hominis eſſe ſe exercere in actibus virtutũ moralium, reprimendo ſcilicet impetum paſsionum per iudicium rationis & imperium voluntatis, hoc eſt bene dictum, ſi ſumamus imperfectum pro nondum habente ſummam perfectionem, vt prius dixi, qualem ſcilicet habent beati in patria. & qualem habuerunt paucisſimi in hac vita, ſcilicet Chriſtus, beata virgo, primi parentes in ſtatu innocentiæ: & forſan alij ex priuilegio ſpeciali. Sed ſi ſumamus imperfectum pro vitioſo, vel carente perfectione neceſſaria ad ſalutem, hoc eſt hæreticum. Apoſtolus enim qui perfectisſimus fuit in via, reprimebat inſultus carnalium paſsionum. vnde dicit. j. ad Corinht. ix. in fi. Sic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, ſcilicet motus carnis illicitos reprimendo, ſecundum Aug. & in ſeruitutem redigo, ſcilicet carnem ſpiritui ſeruire cogendo, ſecundum eum. ad idem ad Roma. vij. Video aliam legem &c. & ij. ad Corinth. xij. Ne magnitudo reuelationum me extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis.

*Virtutum moralium duo ſunt genera.*

*Exercere ſe in actibus virtutũ moraliũ, an ſit hominis imperfecti.*

Item Hieremias & Ioannes Baptiſta qui fuerunt ſanctificati in vtero, ſecundum theologos habuerunt fomitem inclinantem ad venialia, licet non ad mortalia: & contra tales inſultus bellauerunt. vnde cantat eccleſia de Ioanne Baptiſta: Antra deſerti teneris ſub annis, ciuium turmas fugiens petiſti: ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſes. Beatus Martinus legitur quòd carnem ſpiritui ſeruire cogebat. De beato Benedicto Grego. dicit ij. dial. quòd inſultus carnalis tentationis repreſsit proiiciendo ſe inter vrticas & ſpinas, vt per vulnera corporis educeret ab anima vulnus mentis. Ex quibus patet quòd perfecti perfectione neceſſaria ad ſalutem, non licentiant à ſe virtutes etiam in actu: imò ſe exercent in actibus virtutum moralium. vnde ipſe Apoſtolus ad Philipp. iiij. Quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quęcunque iuſta, quęcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ: ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ accepiſtis & audiſtis & vidiſtis in me. De hæreſi vidimus. De inſania etiam huius opinionis patet: quis enim ſciat ſe perfectum vt licentiare poſsit virtutum actus? certè nullus. de pœni. diſt. ij. ſi enim. verſi. nos autem iuxta. & de purgatione canoni. cap. vltim. verſicu. ſed hoc. & quod ibi dixi. Ioan. And.

*Ioãnes Baptiſta & Hieremias fuerunt in vtero ſanctificati.*

Gloſ. ſequens diſtinguendo duplex mortale, ſcilicet ſecundum ſpeciem, & ſecundum cauſam: concludit hæreſim, & negat rationem. in fine oſtendit inſaniam, dato quòd ratio eſſet vera.

c *Septimò, quòd mulieris oſculum.* Et eſt ſciendum quòd peccatum mortale dicitur dupliciter. Vno modo ſecundum ſuã ſpeciem: vt furtum, adulterium, periurium. de iureiur. etſi Chriſtus. ver. quædam. & hoc modo oſcula, amplexus, vel tactus non ſunt mortalia, cùm poſsint abſque libidine fieri, vel ex conſuetudine regionis: vel propter pacem vel aliam neceſſariam vel rationabilem cauſam. Alio modo dicitur mortale, procedens ex inordinata & mala cauſa: vnde peccat mortaliter dans eleẽmoſynam pauperi vt illum inducat ad hæreſim. Cùm ergo non ſolùm deliberatus conſenſus in actum peccati mortalis, ſed etiam in delectationem ei annexam (ſecundum Auguſtinum & theologos) ſit peccatũ mortale: & per conſequens cõſenſus deliberatus in actum luxuriæ & delectationis ei annexæ: vt probant doctores ſit mortale: oſcula autem libidinoſa, amplexus, & tactus ſi fiant propter delectationem huiuſmodi (ſic enim ſolùm libidinoſa cenſentur) manifeſtum eſt propter hanc cauſam libidinoſa oſcula fore mortalia: & hoc tenet Thomas. ij. ij. quæſtione cliiij. articul. iiij. nec mirum, cùm id dicatur etiam de libidinoſo aſpectu. xxxij. quæſtione v. nec ſolo. & capit. ſequenti. Et falſa eſt ratio, quòd natura non inclinet id illa: cum illa ordinentur ad actum carnalem conſummatum ſicut ad finem. ſicut autem natura inclinat aliquid in proprium finem, ita inclinat in omnia de ſe ordinata in illum finem. ſicut enim grauitas rei grauis naturaliter inclinat illam ad eſſe deorſum, ita ad deſcendendum deorſum. Item dato quòd ratio eſſet vera: non tamen concludit. ſi enim aliquid eſſet mortale, quia natura non inclinat: ergo ieiunare & peregrinari, & alia pœnalia facere, credere Deum trinum & vnum, & alia quæ fidei ſunt, ad quæ non inclinat natura, eſſent mortalia: quod eſt inſanum.

*Peccatũ dicitur mortale dupliciter.*

*Oſcula libidinoſa ſunt mortalia.*

Gloſſa ſequens reprobat id per canonem, & quinque auctoritates: & de ratione remittit.

d *Non eſt.* hoc reprobatur etiã in ſimplici fornicatione. xxv. diſt. §. aliàs ea demum. xxij. q. j. prędicandum. xxxij. q. iiij. meretrices. Hoc probat Apoſtolus ad Galat. v. vbi præmiſſa fornicatione, & aliis vitiis, ſubmittit: Qui talia agunt, regnum Dei non poſsidebũt. ſolum autem mortale excludit à regno Dei: ergo &c. ad idem Tobi. iiij. ibi, Attende tibi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuã non patieris crimẽ ſcire. ſed crimen importat mortale. lxxxj. diſt. ca. j. ad idem de pœ. & remiſ. Deus qui. Item eſt præceptum decalogi, non mœchaberis. Exo. xx. xxxij. quæſt. vj. non mœchaberis. Ad idem Deut. xxiij. ibi, Non erit meretrix &c. & j. ad Corinth. vj. Fugite fornicationem &c. hoc idem ratione cõcluditur, quam plenè Thom. proſequitur quæſtione quam proxim. gloſſ. allegaui, in ſecundo articulo.

*Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale.*



a *Cum tentatur.* Tũc eſt reſiſtendũ, & actu virtutis vtendum: vt dixi §. verſi. proxi. nõ ferro. de cor. vit. ſignificauit.

Gloſſa ſequens reprobat hoc dictum per auctoritates, canones, & per rationes, in fine oſtẽdens illorum rationum inſaniam.

b *Octauò, quòd &c. Exhibere.* cùm tamen ſcribatur ad Phili. ij. quòd in nomine Ieſu omne genu flectatur. & de immu. eccle. decet. libr. vj. reprobatur etiam hoc de celeb. miſ. ſanè. de conſe. diſtin. ij. nihil. Nam etiam cùm euãgelium legitur, curuari debemus. de cõſe. diſt. j. apoſtolica. ad idem 50. diſtin. in capite. Hæreſis autẽ & inſania huius dicti patet: quia contradicit doctrinæ vtriuſque teſtamenti. præcepit enim propheta etiam perfectis in Pſal. xcvij. Dominus regnauit, iraſcantur populi. ibi, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. quod de Chriſti humanitate, & ſpecialiter de Chriſti carne exponit Aug. ſic etiam dicit Apoſtolus ad Heb. j. Introducit primogenitum in orbem terrę: & adorent eũ omnes angeli Dei. Conſtat etiam non ſolum per præceptum eccleſiæ. de pœn. & remiſ. omnis. ſed etiam per præceptum Chriſti, quòd omnes quantumcunque perfecti tenentur determinato tempore ſumere corpus Chriſti. Ioannes vj. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem &c. de conſe. diſtin. ij. prima. & Luc. xxij. apoſtolis [illegible] Hoc facite in meam commemorationem §. ead. compil. de reli. & vene. ſi dominum. poſt prin. Sed qua ratione tenetur quis corpus Chriſti ſumere & ſpiritaliter manducare, eadem ratione tenetur ipſum adorare, etiam latriæ adoratione: vt probat Augu. ſuper Pſal. prædic. & probat Tho. iij. parte quæſt. xxv. artic. j. & ij. Ratio autem iſtorũ quæ ſequitur, eſt inſania, ſecundum quam virgo beata, euangeliſtæ, apoſtoli, item patriarchæ, prophetæ, fuiſſent ſummè imperfecti, cùm ex geſtis & verbis ipſorum appareat q circa hoc iugiter cogitabant. plus: quia omnes beati de imperfectione notarentur, qui in diuina eſſentia vident quotidie omnia ſacramenta humanitatis Chriſti, & illa liquidisſimè contemplantur.

*Corp9 Chriſti ſumere determinato tempore tenẽtur omnes quantũcũque perfecti, & ipſum adorare.*

c *Sanctitatis.* vide quod ſuper eod. verſi. dixi ea. compil. de reli. do. c. j. Tullius lib. j. de Offi. Totius iniuſtitiæ nulla capitalior, quàm eorum qui cùm maximè fallant, id agunt vt boni viri videantur.

*Tullius contra ſimulatores.*

d *Propagentur.* eſt propago propaginis vitis extẽſa ſub terra. Item alicuius progenies vel proſapia, eſt propago propagas, quod reſpicit producentem vel procreantem. inde dixit quidam: Vitem propago, bibet inde futura propago.

*Propago eſt æquiuocum.*

e *Commorantur.* vide eod. titu. vt commiſsi. libr. vj. verſi. & contra illos.

f *Vltionem.* eod. tit. ad abolendam. & ca. excommunicamus.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO *vel caſuali.*

*Continuatio.*

Viſum eſt ſuperius de crimine hæreſis quod eſt grauisſimum crimen: nunc videndũ eſt de alio crimine, videlicet de homicidio. Et quia homicidiũ aliquando committitur volũtariè cum deliberatione & propoſito, aliquando caſualiter & fortuitò: ideo annectitur præſens rubrica, de homicidio voluntario vel caſuali.

## DE HOMICIDIO VOluntario vel caſuali.

### Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Furioſus, infans, vel dormiẽs hominem mutilans vel occidens, non efficitur irregularis: nec etiam ille qui aliter mortem vitare nequiens, ſuum inuaſorem occidit vel mutilat. h. d.*

SI furioſus,[a] Se ſummat habens duo dicta, in quorũ primo determinat tres caſ9, in ſecundo, quartum.

Præſupponendum eſt q ſi quis hominẽ occiderit, vel hominis membrũ mutilauerit, id eſt ſeparauerit, talis efficitur irregularis, adeò q ſi tẽpore homicidij non ſit promotus ad ſacros ordines, non poterit promoueri. Si verò ſit promotus, non poterit miniſtrare in ordinib9 ſuſceptis, niſi cum eo diſpenſetur. Et licet dicant quidam q nullo modo poſsit diſpenſari cum talibus, quia ſunt irregulares de iure diuino per illa verba ad Dauid regem: Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es. tamẽ communis opinio eſt q poſsit diſpenſari: ſed papa non conſueuit diſpenſare cum talibus. CASVS. Quidam furioſus incidit in furiã, adeò quòd erat mente alienatus. iſte non fuit poſitus ſub cuſtodia à ſuis parentibus: quod fieri debebat, per l. diuus. ff. de officio præſidis. Iſte furioſus occidit aliquem, vel mutilauit membrum hominis: poſtea fuit à furore liberatus. Quæritur, an poſsit in ordinibus ſuſceptis miniſtrare? Dicit Clemens quòd ſic. Idem dicendum eſt de infante. Idem de illo qui dormiendo aliquem occidit. Idem de illo qui occidit aggreſſorem, cùm non poſſet aliàs mortem euitare, adeò quòd iſte ſic inuaſus poſſet ſe defendere celebrando miſſam: & manibus ſanguinolentis poteſt finire miſſam. hoc dicit. Helias Reg. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd mutilatio fit per ſeparationem membri: ſed debilitatio eſt quando non fit ſeparatio, ſed redditur corpus debile. Not. quòd furioſus ex homicidio non incurrit irregularitatem. Nota quòd furioſus propriè non delinquit: quia delictum non fit ſine animo delinquendi. Not. q ex homicidio vel mutilatione incurritur irregularitas. Nota q idem dicendum eſt de infante, ſicut dictum eſt de furioſo. ſecus de impubere proximo pubertati: quia in eo cadit omne delictum præter delictum carnis: niſi malitia & vigor naturalis ſuppleant ætatem: quia etiam talis impubes poteſt contrahere matrimonium.

*a Imo. no. à contrario iſtius text. quòd ex ſola effuſione ſanguinis nõ incurritur irregularitas. facit de clem. pug. in duel. c. 1. de homic. is qui. lib. 6. Et quid ſit irregularitas, doc. hic & Vankel ca. 1 §. caue ant. de ſen. excõ. lib. 6. Spe. de offi. legat. §. 2. verſ. iuxta. & quid ſit membrum: Bar. l. 2. ff. de publi. in di. Bal. in authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. & ad intelligendum ca. videbis Mar. Soзi. in ca. ad audientiam. de homic. Font.*

Nota ex quibus quis incurrit irregularitatem, ſcilicet ex homicidio & mutilatione, & requiritur quòd ſit membrum principale: ideo clericus mutilando digitum, non efficitur irregularis: quia digitus non eſt membrum, ſed officium membri. l. Hermaphroditus. ff. de ſta. ho.

Nota quòd licet ſit licitum alicui vim illatam repellere, ita quòd non teneatur fugere, cùm eſſet honeſta perſona cui non eſſet honeſtum fugere: ſi reſiſtendo occidat, incurrit irregularitatem, licet non veniat puniendus in foro ſeculari.

Nota quòd mutilare & occidere æquiparantur quo ad cõtrahendam irregularitatem. de hoc in gloſ. nota quo ad irregularitatem.

Not. q multiplex eſt irregularitas: quod videtur velle litera ibi, nullam irregularitatem. eſt enim quædam quæ tantùm impedit promouendum: quædam deiicit etiam iam promotum: vt no. 50. diſt. de his. de homicid. ſicut.

Gloſſa ſeq. dicit quid determinat pars prima.

a Si *furioſus*. Primum dictum determinat quæ habentur xv. quæſti.j.§.de furioſis, vſque ad ſi.q. & quæ not.ead.q.in ſum. & cap. merito.

Gloſ.ſeq.per vij,ſimilia &per rationem coadiuuat textum:

a *Furioſus*. iſte ſiue continuo furore laboret, ſiue per interualla: quandiu furit, pati poteſt iniuriam, ſed nō facere ff.de iniur.illud, canonizata xv.q.j.illud, & quod per eum fit, habetur perinde ac ſi caſu aliquo accidiſſet ſine facto perſonæ ff. de admi.tu.l.vlt.in fi. vnde ſi damnum dat, nō tenetur. Aquil. ſed eſt perinde ac ſi quadrupes feciſſet, vel regula cecidiſſet ff.ad leg.Aquil.ſed & ſi quęcunque §.ij.Et idem ibi dicitur de infante: & alibi dicitur, quod infans vel furioſus perdidit vel corrupit, impunitum eſt ff. de rei ven. quod infans, & rationem reddit lex,quę de homicidio loquitur,ff.ad leg.Cor. de ſic l. infans vbi dicitur: infans vel furioſus ſi hominem occiderit,lege Cornelia non tenetur:cum alterum innocentia conſilij,alterum fati infelicitas excuſet. ſatis ergo ſuo furore punitur ff.ad leg.Pompe de par.l.penulti.in fi.ff.de offi. præſi.diuus j.reſpon.& afflicto non eſt addenda afflictio vij, q.j.cùm percuſsio.de cleri.ægro ca.penul.C.de epi.audi.tam dementis.in fi. Sicut ergo furioſus non teſtatur C. qui teſta. face.poſ.furioſum de ſuc.ab inteſt.c. ſi nec religionem profitetur xvij.q.j.Gonſaldus de regula ſicut tenor.nec matrimonium contrahit.de ſpon.dilectus.nec baptizas de hoc j.q.j.§. ecce quando.nec baptiſmum recipit niſi in caſu de bap.maiores,ita nec occidendo irregularitatem contrahit:vt hic,& facit iij.q.ix.indicas & quis probet,ibi no.& in prædic.decret. cùm dilectus in glo.hoc ideo & quomodo probetur, ibi ſcripſi.& facit quod no.xlvj.di.c.j.

*Furioſus in iuriam facere nō poteſt.*

*Furioſus teſtari nō poteſt,nec religionē profiteri &c.*

## CAP. VNICVM.

SI furioſus[a],aut infans[b] ſeu dormiens [c] hominem mutilet [d] vel occidat,nullam[e] ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem[f] de illo cenſemus qui mortem[g] aliter vitare nō valens,[h] ſuum [i] occidit[k] vel mutilat inuaſorem.

## DE VSVRIS.

Clemens v.in concilio Viennenſi.

Gloſſa ſequens rationem reddit quam fortificat. ſecundò ponit opi.Hoſtien.hic reprobatam.

b *Infans*. minor ſeptennio C. de iure deli.ſi infanti.de deſpon.impub.ca.vnico in prin.lib.vj, & eſt ratio(de qua ſupra dixi)quia ætas illa ignorat quod videt C. de fal.mo. l.j. inde eſt quòd ex talium ſponſalibus non contrahitur publica honeſtas,de deſpon.impu.literas,& ca.acceſsit.Sed Hoſt:in decre.illa de delictis puerorum,dicebat quòd puer non doli capax ſi proiiciendo lapidem vel cultellum occidit aliquem, irregularis eſt:licet non habuerit animum occidēdi: quia in lege promotionis non voluntas ſed factum attenditur .dicebat tamen tale homicidium diſpenſatione dignum, cùm cenſeatur quaſi caſuale, non habita diſtinctione: ex quo non diſcernit an dederit operā rei licitæ, vel adhibuerit diligentiam,hoc hic reprobatur.

*Puer nō doli capax aliquem occidens an ſit irregularis.*

*Dormiendo aliqua agi poſſunt*

c *Dormiens*.de iſto habetur de baptiſ.maiores §.verum ff.de acquiren.poſ.l.j.§. furioſos. ſicut aliqui dormiendo loquuntur.ita ſunt qui agunt etiam dormiendo.

Gloſſa ſeq. æquiparationem probat per alia nouem iura.

d *Mutilet*. Nota quo ad irregularitatē mutilationem homicidio cōparari.ad idem lj.diſt.aliquantos & ca. ſiquis poſt.& c. qui in aliquo lv.diſt.ſi euangelica ne cleri.vel mona. clericis & ca.ſententiā de raptoribus in archiēpiſcopatu.de cleri.pugnan.in duel.ca.j.in fi.eo.tit.is qui.lib.vj.

e *Nullam*. hoc tollit dictum illorum qui dicebant tales quo ad ordines ſuſcipiendos irregulares eſſe, ſed non quo ad ſuſceptos.quod videbatur placere Gratiano.xv.q.j.in fi. Item illorum qui diſtinguebant diſpenſabilem ab indiſpenſabili: vt dixi in gl.minor.in fi.

Gloſſa ſequens dicit quod determinat ſecunda pars,& tres opi.ponit.

f *Et idem*.determinat no,50.diſt.de his §.eo.tit.ca.ij.& c. ſicut dignum in fin.magnæ glo.per quæ patet quòd triplex in hoc erat opinio.Prima Hug.quòd talis erat irregularis.Secūda Io.& Gof. quòd quo ad ſuſcipiendos irregularis eſſet,ſed diſpenſabilis: ſed in ſuſceptis licitè miniſtraret.Tertia hic approbata fuit Bar Brix.in prædicto ca. de his, & in quæſtione quæ incipit,aliquis repellendo violentiā. quam tenebat Hoſti.in prædi.decre. ij.& in decret.ſicut.dicens quòd Clemens quartus & curia ſic tenebat.

*Si ergo fugæ etiā opprobrioſæ locus erat, eſt irregularis non tamen punibilis pœna legali. de Ancha. hic*

g *Mortem*. propriam: vt ſequitur.

Gloſſa ſequens exemplificat,& dubium ſoluit.

h *Non valens*. vt quia inangulatus erat, vel ſic arctatus,quod fugere non poterat [a], nec ſe iuuare clamore,vel aliter. Si de hoc dubitatur, in foro contentioſo non crederetur ſibi: ſed per circunſtantias occurrentes oporteret hoc iudicari.in foro pœnitentiali crederetur hoc aſſerenti.eodem titulo,ſignificaſti ij.de ſpon.tua.

*quem referent & ſequitur in repe.ſua §.famoſos l. capitaliū ff.de pœ.Io Bouellen.iuuenis vita & doctrina cōmendabilis,cui dū.d.§.repeteret Aureliæ, volebā probare nō eſſe intentionē iuriſconſulti in illo §.vt latrones viui ſtrangularentur in furca, quēadmodum hodie cōſuetū eſt furibus fieri,ſicut ipſe dicebat, ſed q in eos animaduerteretur nō laqueo: vt eſt tex.in l. aut damnū in princ.ff.eo.ſed gladio.Apoca. xij.et Mat. xxvi. c.omnis iiij.diſt. c.i.de hom. l.iij.C.de epiſco. audi. §.item lex Corneliæ inſti.de pu. iudi. & in loco delicti cōmiſſi,per ea quæ dixi poſt An. in clemen.j. de offi.ord. demū ſumpto ſupplicio erigerentur corpora in furcis,ob immanitatē latrocinii. nam aliorum punitorū corporæ non manebāt ſic perll.inſepulta, vt pulchrè probat Ranēnas in ſi. Alphabeti ſui.vnde patet nou9 & verus intellectus ad d. l.vnde dico quod hodierna pœnæ furcarū nō inuenitur lege ciuili ſcripta. Eb.*

*Officiales communitatum facientes, dictantes vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituendis, vel iudicantes ſecundum illa, vel non delentes illa (ſi poſſunt) intra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruantes, excommunicati ſunt. Ioannes Andr.*

Gloſſa ſeq. notat à cōtrario,&id approbat:& obiectioni reſpondet.

i *Suum*. Hæc litera innuit ſecus in illo qui occiderit volentem occidere patrē, filium, cōiugem, vel perſonam coniunctam: quā aliter iuuare non poterat.quod verum puto,quaſi caſus ille nō includatur ſub neceſsitate inenitabili, ſed euitabili. Et hoc dico,dato quòd verum ſit quod no, Inno.de ſent. excom.ſi verò j.vbi tenet q eo caſu percutiens clericum non eſt excōmunicatus:vt ibi ſcripſi. irregularitas enim iſta contrahitur ſine culpa etiam ex merito: vt in iudice iuſtè occidente lj.diſt.ca.j.& dixi de ſpon.inter opera.ſed illa excommunicatio non: imò oportet quòd præcedat diabolica ſuaſio circa clericum percutiendum xvij.q.iiij. cap.ſi quis ſuadente.

k *Occidit*.etiam vibrādo.nec reſtringas ad exemplum quod ponit glo.penulti.Ber.in decret.ſicut.

## CAPITVLVM VNICVM.

EX graui ad nos inſinuatione peruenit q quorundā communitates locorū in offenſam Dei & proximi [l],

## DE VSVRIS.

Viſum eſt §.de quibuſdam delictis:verùm quia crimen vſurarum eſt graue:ideo videndum eſt de vſuris.

E *X graui*.} Tres ſunt partes principales. In prima parte præmittis abuſum circa vſurarum ſolutionē,& repetitionē,& conſtitutionē per quā excōicat ipſo facto fauētes vſurariis in ſex caſibus hic poſitis.In ſecunda præmiſſa ratione ſtatuit librū ſeu codicē rationum vſurarij debere exhiberi:ibi,Cæterum. In tertia parte declarat hæreticum eſſe aſſerere pertinaciter, exercere vſuras non eſſe peccatū: & contra ſuſpectos de hoc vel diffamatos de hoc velut de hæreſi poſſe procedere. Tertia ibi,Sane.Imol. In concilio generali in ciuitate Viennenſi celebrato, plures iudices ciuitatum in fraudē concilij Lateranenſis,de quo in ca.quia fruſtra eo.tit.in anti.faciebāt ſtatuta de vſuris non repetendis & non ſoluendis: & per ſua ſtatuta cogebant debitores ad illas vſuras ſoluendas indirectè,ſic videlicet cum bene ſcirent q vſuras non poſſent habere à ſuis debitoribus,ipſi mutuabant pecunias, & cōueniebant ſimul dicentes:Ego mutuabo tibi cētum vſque ad decem annos:& tu in termino ſolues mihi illa centum. Et iterum dabis mihi nomine mutui totidem:hoc eſt, iterū te obligabis in centū, & iſtud erat magis graue debitoribus, quàm ſi ſoluerent vſuras.Concilium ordinauit q talia ſtatuentes, & etiā dictantes ſtatuta illa, & etiam ſucceſſores eorum vtentes illis ſtatutis, ſunt excōicati.Sed quid ſi ſolui vſuras, & illas volo repetere, ad probandum ſolutionem vſurarum peto mihi edi librū rationū.vtrum teneatur creditor mihi edere,id eſt mōſtrare & oſtendere librum rationum? Videtur quòd non:quia eſt inſtrumentum priuatū:& inſtrumenta priuata nō debēt edi.Dicit q imò debēt edi:& hoc eſt ſpeciale in odium vſurarum.

Colligo aliqua notabilia.Primò quòd facientes ſtatuta impedientia repetitionem vſurarum, vel compellentia debitores ad ſolutionem vſurarum,ipſo facto ſunt excōicati. Idem de ſcribentibus vel dictātibus illa ſtatuta. Nota q licet regulariter reus non teneatur edere inſtrumenta ad fundādam intentionē actoris l.qui accuſare C.de eden.fallit in vſurariis & hoc in odium vſurarum,vt ipſe teneatur edere, id eſt mōſtrare inſtrumentum ad fundandā intentionē actoris. No.q aſſerens, id eſt affirmans exercere vſurā non eſſe peccatum, poteſt vt hereticus puniri ſi pertinaciter aſſerat,& peccat cōtra articulum,in vnam ſanctam eccleſiam catholicā. Not.q in offenſam Dei eſt quicquid ſtatuitur in fauorē vſurarū: & dicit Stepha.q eſt in offenſam:quia per hoc ei animas furantur xiiij.q.v.pœnale. Nota contra ſtatuta iniqua:& facit Iſaiæ x.Væ vobis qui conditis leges iniquas. Zaba.

Gloſſa ſequens in quæſtione remittit.

l *Proximi*. cui reſtitutio debetur. An verò valeant talia ſtatuta quæ tollunt rerum dominia, vel actiones prouenientes de iure gentium vel ciuili. ſatis ſcripſi poſt Inno. & Hoſti.& Compoſt.de conſtit.quæ in eccleſiarum,& facit quod no. ff. de conſti.prin.l.j.

Iura



ac contra iura diuina [a] pariter & humana [b] vſurariam approbantes quodammodò prauitatem, per ſtatuta ſua iuramento [c] quandoque firmata, vſuras exigi & ſolui nedum cōcedunt,ſed ad ſoluendas eas debitores ſcienter cōpellunt, ac iuxta ipſorum cōtinentiam ſtatutorum grauia imponendo plerunque vſuras repetentibus onera,[d] aliiſque vtendo ſuper his diuerſis coloribus & fraudibus exquiſitis [e] repetitionem impediunt earundem. Nos igitur pernicioſis his auſibus obuiare volentes,ſacro approbante concilio ſtatuimus vt quicunque communitatum ipſarum poteſtates,capitanei,rectores, conſules, iudices, conſiliarij, aut alij quiuis officiales ſtatuta huiuſmodi decætero [f] facere,[g] ſcribere,vel dictare,[h] aut quòd ſoluantur vſuræ, vel quòd ſolutæ cum repetuntur non reſtituantur, plenè ac liberè ſcienter iudicare [i] præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrant:[k] Eandem etiam ſententiam incurſuri, niſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita, de libris communitatum ipſarum(ſi ſuper hoc poteſtatem [l] habuerint)intra tres mēſes [m] deleuerint, aut ſi ipſa ſtatuta ſiue conſuetudines effectum eorum [n] habentes quoquo modo præſumpſerint obſeruare.[o]

*Fœneratores in cauſis vſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum. Ioan.Andr.*

Cęterum quia fœneratores ſic vt plurimum contractus vſurarios occultè ineunt & doloſè,[p] quòd vix conuinci poſſunt de vſuraria prauitate,ad exhibendum cum de vſuris agetur,[q] ſuarum codices [r] rationum, [s] cenſura [t] ipſos [u] decernimus eccleſiaſtica compellendos.[x]

*Pertinaciter aſſerens exercere vſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. Ioannes Andreæ.*

Sanè ſi quis [y] in illum erro-

a *Iura diuina*.Leuitici xxv.Deuterono.xxiij.Lucæ vj.

b *Humana*. id eſt ab homine tradita.& de iure cano.loquitur,ſaluo quod not.xiiij.q.iiij quid dicam & eo.titul.ca.ij.& C.eo.tit.authen.ad hæc.& in authen.de eccle. titul.in princ. col.ix.

Gloſſa ſequens ponit dictum & eius rationem,& obiectionem ſoluit.

c *Iuramento*. quod nō obligat.de re.iur. non eſt. lib.vj. cum principale nō teneat de fo.cōpe.ſi diligēti.Non ob. de iureiu rān. debitores. quia licet valeat iuramentum debitoris ſuper vſura ſoluenda, cum ſeruari poſsit ſine periculo animę, nec ſit in alterius præiudicium, iuramentum tamen ſuper ſeruando iniquo ſtatuto de quo hic loquitur,reſpicit alterius pręiudicium,vt ſupra: nec ſeruari poteſt ſine periculo ſalutis æternę,ſicut nec ſtatutū.

*Iuramentū ſuper iniquo ſtatuto ſeruari non debet.*

d *Onera*. fertur q Pergami eſt ſtatutū quòd repetētes vſuras in foro eccleſiaſtico per poteſtatem cogantur vſurario mutuare tantam pecuniam à tanto tempore quanto tenuerunt pecuniam vſurarij:deducant ergo naturalē obligationem in ciuilem, q non licet,vt ſcripſi eodem titu:conſuluit. ibi ſcribit Ioan. & Goffre.xiiij.q.iij.cap.j.

*Obligatio naturalis in ciuilem deduci nō poteſt.*

e *Exquiſitis*.ſi.de hære.ſtatutum j.lib.vj.

f *Decætero*. quo ad pœnam excōmunicationis quam imponit j.reſpicit futura, ratio tamen conſtitutionis eſt antiqua eo.tit.cum tu.Ioan.And.

Gloſſa ſequens quærit, arguit pro.ſoluit contrarium.

g *Facere*. quid ſi fiat ſtatutum quòd nullus pro vſura recipiat vltra duos denarios pro libra in menſe? videtur q locum habeat pœna,quaſi de pluri negando,videatur de tanto cōcedere.de preſum.nonne cum concor.contrarium putò,eo.tit. quanto de treu.& pace.cap.j.

h *Dictare*. conco.ne cle. vel mo.ſententiam.

i *Iudicare*. de ſcribentibus iudicata non exprimit, ſicut in decreta.nouerit de ſent.excom.

k *Incurrant*. incontinenti ſine temporis interuallo, & vide quod ſcripſi in decre.nouerit,ſuper verbo,ſtatutarios.

l *Poteſtatem*.ſic ergo intelligatur de ſent.excommu.nouerit & ibi no.per Inno.& Hoſtien.& eo titu.grauem & intelligo de poteſtate iuris & facti.

m *Tres menſes*.in decret.nouerit,dantur duo tantùm,ſed caſus ſunt diuerſi, & ibi ſtatutum erat contra libertatem eccleſiæ,hic aliàs iniquum.

n *Eorum*. ſcilicet ſtatutorum &. h.d. quia quandoque non ſtatuunt talia, ſed aſſueſcunt, id eſt in conſuetudinem deducunt.

o *Obſeruare*. vt ſcripſi ſecundum Innocen. in decret.nouerit. obſeruantes ( niſi ſint de perſonis expreſsis) excommunicati non ſunt.

p *Doloſè*. ſatis ſcripſi de empt.& ven.ad noſtram.

q *Agetur*. quo caſu proceditur ſimpliciter & de plano §.ea. compil.de iudi. diſpendioſam.

r *Codices*.licet hoc ſit ſpeciale nomen cuiuſdam libri ciuilis ſcientiæ, tamen ampliatur ad omnes libros de ſum.tri. damnamus ver.non enim ff.de eden. argentarius §.j.

*Codex quid ſignificat.*

Gloſſa ſequens de rationum editione remittit,diſtinguens triplicem formam petendi. oſtendit quid addit decret.hic in fine dubium ſoluit.

ſ *Rationum*. vide quod nota.& dixi de proba. capit.j.& per Azo. in ſumm. de eden. §. nunc de editione rationum. Quicquid ſcribatur de rationibus edendis, veritas videtur q rationis editio per ſpeciales actiones petitur à tutore, curatore, ſocio, procuratore, & geſtore, ſcilicet per actiones tutelæ,pro ſocio,mandati,& his ſimiles. ſed per edictum de edendo iuſtè petitur ab illo qui fecit illam ex publico officio.ſed ſi non petitur ratione publici officij, tunc videtur idem in illis quod in inſtrumentis. Si igitur vt priuatus quis conficiat ſcripturam in libro de datis & acceptis, non cogitur ad illas rationes edendas ſine cauſæ cognitione: & in cauſæ cognitione vertitur quod illis vtatur, vel quòd petens ſit priuilegiatus, vt fiſcus.ff.de eden.l.iij.& ſic poteſt rectè intelligi l.j.C.de edē. hoc ergo nouū facit hæc conſtitutio, q addit alium caſum priuilegiatum,in quo etiam taliū rationū ſit editio quæ ante conſtitutionē iſtam nō ſiebat, vt fuit olim determinatum per dominum Iacobum de Blaſio fratrem Archid. qui quærebat de manifeſto vſurario qui epiſcopo ſatiſ dederat.quod vide in Mercu. hoc titu. ſub litera E. Item ſcias quòd iſtis rationib9 ſtaretur contra eos, pro eis non. Cod. de proba.l.inſtrumenta. &.l.rationes.& l. exemplo.& not.ff.de eden.l quędā.§.nummularios. in glo. ſed an idem hodie, & facit quod no.de fide inſtr.c.ij.in fi.j.gl.&.xxiiij.q.ij.ſanè profertur.in gl.ſed quod.

*Editio rationis per quas actiones petitur.*

Gloſſa ſequens not.ex pœna expreſſa,& remittit.ſecundò quæſtio.ſoluit.

t *Cenſura*.quid contineat,habetur de verb.ſig.quærēti.Nō vult ergo hæc conſtitutio ipſo inuito domū ipſius ingredi, vel arcam ipſius frāgi.& vide quod no.in Spec.de inſtr.edi.§. videndum reſtat.ver.pone inſtrumenta.Et quia hanc cenſuram licet non directè,tamen indirectè cōtra Iudęos exercet eccleſia.eo.titu.poſt miſerabilem.& ca.quanto ſatis videretur quòd etiam in Iudæis haberet hoc locum, ſi per ſeculares principes tales libros edere non cogantur, per iura prædic.& facit quod dicam.j.parte proxima.

*Iudæi indirectè poſſunt ab eccleſia excōmunicari.*

u *Ipſos*. vſurarios.& idem puto de ipſorum hæredibus ſuis vel extraneis.de vſur.tua nos.& cap. Michaël. ff. de eden. ſi quis ex argentarijs.§.j.&.l.quædam. §. nihil.

Gloſſa ſequens quærit.arguit & ſoluit. contrario reſpondet,& ſolutionem modificat.

x *Compellendos*. quid ſi dicat vſurarius vel hæres ſe non habere rationes, vel ſe illas perdidiſſe? Videretur credendum ipſius ſacramento.ff.de eden.l.pretor.§.ſed ſi ſeruus.C.de ſi. inſtru.l.vlt.quod me.cau.cap.vlti. & facit quod no.de priuil. cum olim.j.dic contra.facit de pur.ca.c. j. In eo ergo quod dicit ſe non habere vel perdidiſſe, non credetur niſi aliter probet.habet ergo probare amiſsionem cum caſu, pone incēndio vel ruina.ff.de eden.ſi quis ex argentarijs. in fi.l. vlti. de fide inſtr. Et quòd no.in decre.cum olim.non ob.quia ibi neceſſe eſt plenè probari tenorem. non ſit ergo magnum præiudicium, ſi ſuper amiſsione ſtatur iuramento. facit de procu.ex inſinuatione.Sed cognoſco vſurarium, qui nō ſcribit rationes in libro, ſed in ſchedulis quas ſtatim dilacerat ſolutis credito & vſuris. ſi tali ſuccederet hæres non vſurarius,ſed aliàs fide dignus, ſtatim videretur ſtari iuramento, ſi huic rei fama conſentit. de teſti. præterea. de proba. cum cauſam.de præſump.illud.& hoc caſu, vel quando aliàs non poſſent haberi, poſſet recurri ad ſuffragium decre.ad noſtram.ij.de iureiur.

*Vſurarius qui tenetur rationes edere, ſi dicat ſe illas non habere, quid iuris?*

y *Si quis*.vſurarius vel non.Et ſic no.quòd iura nō ſolū puniunt vſurarios,de quorum pœna eo.tit,quia in omnibus.& c.præterea.&.c.quanquā.lib.vj.ſed etiam puniunt fauentes, qui ſcilicet ad hoc opus alienigenis domos cōcedunt,vel tales in terris ſuis habitare permittunt.eo.tit. vſurarum.lib.vj.

*Vſurariis fauentes à iuribus puniuntur.*

Item fautẽtes per modũ de quo.ſ.j. reſponſe.grauius autẽ puniuntur fauentes per modũ hic expreſſum. Et ſic patet plus puniri auctorizantẽ quàm facientẽ. de hoc de offi.deleg.c.j.

*Auctorizans quandoq; pl⁹ punitur quàm faciens.*

a *Pertinaciter.* habetur hoc verbum ſ.ea.compil.de ſum.trin. cap.vnico.§.porrò & ibi expoſui.

b *Affirmare.* vide qđ no.de ſum. trini.ca.j. lib.vj.in vlt.gloſ.

Gloſſa ſeq. ponit duo dicta quæ reprobat & remittit.

c *Non eſſe peccatum.* ex his aliqui dicunt vſurariũ non obligatũ reſtitutioni alij fatentur eũ reſtitutioni obligatũ, ſed ſicut mutuum commodatum vel depoſitũ recipiens facta reſtitutione ad quã obligatus eſt, non pœnitet, ita vſurarius facta reſtitutione vſuræ, pœnitere nõ tenetur. ſed hoc eſt falſum, quia obligatus reſtitutioni ex delicto, furto, vſura, rapina, vel ſimili modo, etiã poſt reſtitutionem habet pœnitere. de homi. ſicut dignum §.eos. de fur.c.vlti. de rap.cap. ij. de iniur. ſi quis domum cum ſi. & vide quod not. Hoſtien. in ſumma de pœnis. in vltim.col. ver. ſed nunquid ſufficit, & ſequentibus.

*Vſurarius etiam facta reſtitutione pœnitere tenetur.*

Gloſ.ſeq. rationem ponit, & ſoluit quæſtionem de Iudæis.

d *Hæreticum.* non ſolum eſt hæreticus male ſentiens de articulis fidei vel ſacramẽtis eccleſiæ. de hæret. ad abolendam. in princi. ſed etiam qui peruerſum habet dogma, vel falſas vel nouas opiniones gignit aut ſequitur 24. quæſt.3. inter hæreſim & ſchiſma. & cap. hæreticus, iſtud autem eſt contra doctrinam eccleſię eo.tit.c.iij. & ca.cum tu.in ſi. Iudæi verò qui dicunt hoc inducentes auctoritatẽ Deute. xxiij. Non fœneraberis fratri tuo. pro quibus facere videtur xiiij. q.iiij. ab illo, non includuntur hac conſtitutione, quia non cadit in illos propriè hæreſis quæ diuiſionem notat, quia ipſi nunquam in vnitate fuerunt. Item certum eſt quòd peccant in articulos fidei qui non ſapiũt humanitatem Chriſti, de quibus dicitur de ſum.tri. firmiter, & hoc ſcit eccleſia, & illos ſuſtinet, & nihil ad nos &c. ij.q.j. multi. de diuor. gaudemus, poſſent tamen ſuper his per eccleſiam compeſci, ſi talia dogmatizarent inter Chriſtianos, vt ſcripſi poſt Innocen. & Hoſtien. de voto, quod ſuper his. ver. defenſione ſicut & in aliis caſibus coërcentur, qui not. de Iudæ. Iudæi ſiue. Ad rationes verò ipſorum reſponde vt ſcripſi eo.tit. con queſtus. & not. Hoſti. in ſum. eo.tit. §.in aliquo.

*Hæreticus quis eſt.*

*Hæreſis propriè nõ cadit in Iudæos.*

*Iudæi quãdoque poſſunt ab eccleſia coërceri.*

e *Non omittant.* per modum de quo.ſ. ea.compil. de hær.c.j.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM.

*Continuatio.*

Viſum eſt ſ. de vſuris, de diuerſis criminibus, & eorum pœnis. verùm quia quandoque prælati excedunt fines ſiue limites ſuæ poteſtatis, ideo ad nos informandum ponit rubricam de exceſſibus prælatorum.

*Diuiſio.*

F Requens.) Diuiditur in tres partes, quia primò concilium narrat.xxx. grauamina, quæ inferebãtur religioſis. Secundò præmiſſa ratione contra illa prouidet. Et ſic præcipit ab illis prælatos ceſſare, & facere ſuos ſubditos ceſſare, iubens ipſorum religioſorum priuilegia & iura ſeruari ibi, Verùm. Tertiò contra xxx. grauamina prouidet ibi, & quoniam. Prima pars poſſet ſubdiuidi in tot partes quot ſunt grauamina Imo. Et eſt huic ſi. ſ. ea.compil. de cenſi. ad noſtrum.

In concilio Viennenſi fuit expoſitum quòd diœceſani nõ contenti ſuis finibus & metis, ſed in odium exemptorũ qui

A ſubſunt domino papæ immediatè, vel alij cui papa dedit in conſeruationem, committebant xxvij. vel xxx. exceſſus in ipſos exemptos, qui exceſſus ſunt clari in textu. Concilium ordinauit q̃ diœceſani ceſſent ab huiuſmodi exceſſibus, & quòd dimittant ipſos exemptos in quiete. h.d.H.R. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd ordinari⁹ non habet iuriſdictionẽ in exemptos, niſi in caſibus à iure permiſſis. ideo proceſſus coram ordinariis agitatus eſt nullus ipſo iure, ita quòd exempti non tenentur appellare. Nota quòd diœceſani non debẽt per obliquum exercere illud quod de directo eis nõ permittitur, & ſic non permittitur vna via quod alia eſt prohibitum. Item nota quòd exempti debent contribuere in iucundo aduentu epiſcopi, quod appellamus ſubſidiũ charitatis. Nota quòd Chriſtianitas eſt vna eccleſia, licet habeat plura membra. No. ibi, cum armis & erecto vexillo, quòd epiſcopus vel etiam quicunque alius non debet violentiam publicam committere cum armis & vexillo erecto, immo violentiæ ſunt à iure reprobatæ. No. quòd hic prouidetur contra grauamina quæ prælati religioſis inferunt. concor. eod. tit. ſanè. de priuileg. dilecti. & capi. quanto. de cenſi. cle. ad noſtrum.

DE EXCESSIBVS prælatorum.

Clemens.v. in concilio Viennenſi.

*Prouiderat Gregor. contra xxvij. grauamina quæ prælati religioſis inferebant eod.titul. nimis 1. & 2. hoc verò concilium prouidet contra triginta à quibus prælatos ceſſare præcipit, & per ſuos ſubditos ceſſare facere, iubens ipſorum priuilegia & iura ſeruari. h.d. Ioan. And.*

CAPITVLVM VNICVM.

FRequẽs & aſſidua nos quorundã religioſorum querela circunſtrepit, [f] q̃ plerique epiſcopi & eorum ſuperiores [g] ac cæteri eccleſiarũ prælati ipſorum religioſorum quietem iniuſtè in ſubſequentibus multipliciter inquietant. [h] Quidam enim exemptos capiunt, [i] & incarcerant, in caſibus non conceſſis à iure. [k] Quidam [l] per grauium interminationem [m] pœnarum impediunt, ne debentes exemptis decimas ſeu reditus, illos ſoluant eiſdem: Néve [n] aliqui miſſas eorum audiant: [o] Molentes [p] in molendinis, & coquentes in furnis eorum, Seruientes quoque & vaſallos & domeſticos [q] eorundẽ, vel

B alios qualitercunque contrahentes & participantes cum ipſis, ſuſpendunt, interdicunt, & excõmunicant abſque cauſa rationabili [r] pro libito voluntatis: [s] Bona illorum interdum nihilominus illicitè occupantes: Et appellationibus [t] quas prædicti exempti ob prædicta vel alia grauamina rationabiliter interponunt [u] quandoque, minimè deferentes. appellantes occaſione appellationum huiuſmodi interdum capiunt aut capi faciunt, & carceri mancipari. [x] Quidam [y] præterea capellanos in eccleſiis pleno [z]

C iure ſpectantibus ad eoſdem (licet nulla cauſa ſubſit legitima) celebrare non ſinunt, nec miniſtrare parochianis eccleſiaſtica ſacramenta.

Nota ibi, cæteri eccleſiarum prælati, quòd prælati dicuntur non epiſcopi: alibi prælati dicuntur ſoli epiſcopi. de ſepul. cle. dudum. Zabarella.

f *Circunſtrepit.* ſumptum liiij. di. frequens. & de reſtit. ſpo. frequens. & in princ. lib.vj. & ibi exponitur.

g *Superiores.* archiepiſcopi & patriarchæ.

h *Inquietant.* ſumptum eo.tit. nimis. in princ.

i *Capiunt.* etiam prælati ſunt excommunicati cum iniurioſas manus iniiciunt in clericos de ſent.excom. vniuerſitatis.

k *A iure.* de priuil.c.j.lib.vj. de hæret. ad abolendam. Per has tamen conſtitutiones Cle. in multis caſibus habent ordinarij iuriſdictionem ſuper exemptos, quos dicam ĵ. de pœ.ca.ij.

l *Quidam.* ſecundum.

D m *Interminationem.* hoc nõ ligat ad pœnam, quod dic vt not. de ſagit. cap. vnico. cum concordan.

n *Néue.* tertium.

o *Audiant.* quod tamen licet ſine præiudicio parochialiũ eccleſiarũ. de paro.c.ij. quod dic vt ibi. & quod eis offertur, ſuũ eſt. de ſta.mo.c.j. religioſi tamen nõ debent aliquos retrahere ab acceſſu vel frequentia ſuarum eccleſiarum ĵ.tit.j.cap.j.

p *Molentes.* quartum.

q *Domeſticos.* ĵ.tit.j.cap.j. ad ſi.

r *Cauſa rationabili.* contra hos erat prouiſum de ſenten. excommu. ſacro.

ſ *Voluntatis.* contra hos erat prouiſum de priuil. quanto. ſed illa loquitur de exemptis vel priuilegiatis, iſta generalius de omnibus, vt patet in fine.

t *Et appellationibus.* quintum.

u *Interponunt.* vide quod not. de priuil. auctoritate lib.vj. in vlti. glo. per Inno. & Hoſtien. de app. dilectus.

x *Mancipari.* puniẽdi ſunt, vt ij.q.vj. decreto. de app. de priore. Et clmentibus talia ſufficit proteſtari. q̃ dic vt de app. ca. vlti.

y *Quidam præterea.* ſextum.

z *Pleno iure.* xvj.q.ij. viſis de priuile. quoniam.

Nonnulli.



a *Nonnulli.* ſeptimum.

b *Interdicunt.* ſi de exemptione conſtat, ſententiæ non ligãt. de appel. ſi duobus. de relig. do. cum dilectus. de hoc de accu. veniens in vlti. glo. cum ſuis remiſ.

c *In exigendo.* octauum. & argue ad ea quæ ſcripſi de cenſi. cum apoſtolus ſuper verbo, charitate. q̃ epiſcopus poteſt exigere charitatiuum ſubſidium, dummodo ſit moderatum. Ioan.

*Epiſcopus charitatiuũ ſubſidium poteſt exigere.*

d *Excedunt.* cum tamen illud eſſe debeat moderatum, de cẽ ſi. cum apoſtolus §. prohibemus de offi.ordi. conquerente in ſi.

e *Et inſolitas.* nonum.

f *Contra iura.* eo.tit. c.j. de cenſi. cap.iij. & ca. eccleſiis.

g *Nouos.* decimum & eſt hoc cõtra id de cenſi. prohibemus.

h *Proceſſus.* xj.

i *Permittunt.* per hoc poſſunt à delegatis vel conſeruatoribus puniri, cum illorum iuriſdictionem impediant. de offi. dele. cap. j. etiam ab ipſis ſubdelegatis ſi iuriſdictionem habent. eod. titul. ex literis ſaluo quod de conſeruatoribus dicitur eo. titu. ca. vlt. §. vices lib.vj.

k *Tabellionibus.* duodecimum.

l *Conficiant.* in cauſis vel negotiis &c. vt ſequitur. & hoc eſt contra formam iuramenti ipſorum, de qua dixi ne cle. vel mo. ſicut te. & not. in Spec. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. ſed quæro ſub qua.

m *Præſentatos.* xiij.

n *Obedientiam.* dicendo, ſalutem & obedientiam debitam & deuotam, vel ſimilia. ſi ſint exempti, non tenentur obedientiam profiteri. de priuile. cum olim. ij. ſi non ſint exempti, ſatis eſt quòd à principio promiſerunt. de ſimo. ne Dei.

o *Literarum.* ſit ergo præſentatio per literas. de iis quæ ſiunt à prælatis ea noſcitur, vbi de hoc in prima glo.

*Præſentatio per literas ſit.*

p *Eccleſiis.* xiiij. aliàs in eccleſiis.

q *Indignas.* ad eorum remotionem, dato etiam quòd eſſent digni, agere poſſunt præſentantes & pręſentati. xvj.q.vij. decernimus de iure pa. ex literis. & ca. ex inſinuatione. de re iudi. cum Bertholdus.

r *Quidam etiam.* xv.

Gloſ. ſeq. ponit dictum Innoc. circa id quærit & ſoluit. ſol. obiicit, & reſpon.

ſ *Ad menſam.* Not. Innocen. de re. eccleſi. non alie. vt ſuper quòd res in quibus eccleſia habet directum dominium, ſed alius vtile, vt ſunt feuda, non poſſunt dici de menſa, cum alius fructus percipiat. & pro tanto illorum etiam ad eccleſiam reuerſorum fieri permittitur noua infeudatio. de feudis cap. ij. Sed quæritur, quæ eccleſiæ dicantur propriè de menſa prælatorum vel capitulorum, vel ſingularium dignitatum vel præbendarum? Et videtur quòd illæ quæ ſunt menſis eorum vnitæ, intantum quòd rectorem vel vicarium perpetuum non habent alium quàm illum cui facta eſt annexio. quod probat hæc litera ſupra ead. compil. de

*Menſæ prælatorum aliquãdo bona quædam applicãtur.*

A reſcript. capit.j. de ſup. neg. prælat. capit.j. Iſtud autem poteſt ſic eſſe per vnionem ſic factam per epiſcopum de conſenſu capituli ſupra eadem. compil. de re. eccleſi. non alien. ſi vna. de ſta. mo. capi.j. § ad hæc. per præſcriptionem, vt not. in prædic. decret. vt ſuper. per papalem conceſſionem, & de hac non dubitatur. de priuile. paſtoralis. Nec putes quòd eccleſia quæ pleno iure ſubiectionis ſpectat ad illos, propterea dicatur de de menſa: licet enim rector talis eccleſiæ inſtitutionem & deſtitutionem ab illis recipiat, & ab illis viſitetur etiam quo ad temporalia, non tamen poſſunt fructus ad ſuos vſus conuertere, niſi illam habeant in menſam vel in ſuos vſus conuertendam. quod ꝓbant prædictæ decretales. Sed obiici quod dixi in eccleſia quæ ſpectat ad menſam, poni & deponi pro libito vicarium temporalem. decreta. extirpandæ §. qui verò, de præben. & ſupra ead. compil. de iure pa. cap.j. per quæ patet quòd in eccleſia annexa quo ad temporalia inſtituitur rector vel perpetuus vicari⁹. Sed dico quòd aut eccleſia ſpectans ad menſam prælati, vel collegij, vel dignitatem habentis, vel præbendarij recipit ſuperioris inſtitutionem quo ad regimen eccleſię, vel ſaltem populi, & tunc locum habet quod dicitur de vicario perpetuo: aut pleno iure ſpectat ad illum etiam quo ad ſpiritualia, & tunc habet locum quod dicitur de vicario temporali, etiam ſi ſit curata, vt hic. & ſuper his vide quod ſcripſi de præbendis, de monachis. de priuileg. paſtoralis.

*Eccleſiæ poſſunt effici de menſa prælatorum multis modis.*

Nonnulli [a] etiam indebitè abbates, monachos, & conuerſos exemptos, necnon & clericos ipſis pleno iure ſubiectos, ſi eis non parcant in his etiam in quibus non tenentur eiſdem, inconſulta facilitate ſuſpendunt, excõmunicant, capiunt, & incarcerãt, ac loca & eccleſias interdicunt [b] ipſorũ. In exigendo [c] inſuper ab ipſis exemptis ipſorumque ſubditis ſubſidia charitatis, excedunt [d] nimium contra eos, & inſolitas [e] ac indebitas ipſis contra iura [f] exactiones imponunt. Nouos [g] cenſus & indebita onera parochialibus imponunt eccleſiis, in quibus exempti ius obtinent patronatus. Proceſſus [h] iuſtè factos ſeu ſententias iuſtè latas à delegatis ſedis apoſtolicæ vel à conſeruatoribus pro exemptis, publicari ſeu executioni mandari à ſuis ſubditis non permittunt. [i] Tabellionibus [k] publicis inhibent ne inſtrumenta conficiant: [l] Et

C iudicibus ne iuſtitiam faciant, ac iuriſperitis ne conſilium vel auxilium præbeant in cauſis ſeu negotiis eorundẽ. Præſentatos [m] per exemptos ad ordines vel beneficia quorum præſentatio ad eos pertinet, nolunt admittere, niſi pręſentantes ponant obedientiam [n] in ſalutatione literarũ [o] quas pro huiuſmodi præſentatione tranſmittunt. Eccleſiis [p] quoque vacantibus in quibus monaſteria ius obtinent patronatus (repulſis perſonis idoneis pręſentatis ad eas) perſonas inſtituunt inhabiles & indignas. [q] Quidam etiam [r] eccleſias curam animarum habentes ad menſam [s] abbatum ſpectantes, quarum fructus quandoque clericis ſecularibus tradunt ſeu concedunt ad formam, [t] clericis ipſis decedentibus, ſuis conferunt clericis, quanquam ipſæ propter hoc eccleſiæ in verita-

B te non vacent. [u] Nonnulli [x] quoque in eccleſiis monachorum iura ipſorum iniuſtè ſibi appropriant, & de ipſorum redditibus vt volunt ordinant, ita quòd rectoribus [y] earum non remanet vnde valeant ſuſtentari. [z] Quidam [a] cum armis [b] † & erecto vexillo, molendina, & alia bona contra iuſtitiam deſtruunt exemptorum, quæ etiam tanto tempore poſſederunt quòd de contrario memoria non exiſtit. [c] Mittuntque [d] frequenter ad monaſteria ſuarum ciuitatum & diœceſum ſuos conſanguineos &

C nepotes, & interdum animalia ſua cum cuſtodibus, vt eis [e] de bonis monaſteriorum debeat prouideri. Abbates [f] inſuper & priores monaſteriorum frequenter compellunt vt ſuis conſanguineis & nepotibus monaſteriorum ſuorum ſeu prioratuum poſſeſſiones concedant in perpetuum vel ad tempus, quas quidem conceſſiones vel penſiones nos nullas eſſe volumus ipſo iure. [g] Eoſdem [h]

*† No. quòd prælati non debent cum armis inuadere bona religioſorũ & de pœna inuadentiũ dic vt in gloſ. tenentur. Zaba.*

D t *Ad firmam.* de loca. veſtra. ne prælati vices ſuas. capitul. ſi.

u *Non vacant.* facit ſ. ea. compi. de reſcri. c.j. de ſup. neg. prælat. c. vnico. §. premiſſa illi non erant rectores, ſed firmarij. ſecus ſi rectores fuiſſent, licet manuales, vt ibi.

x *Nonnulli.* xvj.

y *Rectoribus.* qui alibi dicuntur vicarij. de præbendis, de monachis.

z *Suſtentari.* contra id ſupra ea. compil. de iure pa. cap.j. cum concordan.

a *Quidam.* xvij.

b *Cum armis.* tenentur ergo de vi publica.ª de hoc de ordi. cog. cap.ij. in j. gloſſ.

*a In eo q̃ hæc glo. dicit q̃ tenẽtur de vi publica, dic q̃ etiã ciuiliter poteſt agi interdĩcto vnde vi. de ordi. co. ca.2. & ſic cõpetũt plures actiones. An autem libellus narrans factũ ex quo poſſunt plures actiones cõpetere, recipi debeat: & ſi recipitur, ſecundũ quã actionẽ fiat condẽnatio, remittit Pan. ad not. per Inno. d.c.2. & de hoc ibi dixi. Cardina.*

c *Non exiſtit.* & ſic in præſcriptione releuaretur ab onere probandi titulum, de præſcrip. cap.j. lib.vj.

d *Mittuntque.* xviij.

e *Vt eis.* ſcilicet conſanguineis, nepotibus, animalibus, & cuſtodibus ipſorum.

f *Abbates.* xix.

g *Ipſo iure.* concor. ſ. ea. compi. de re. eccle. non alie. c.j. & ibi concedenti pœna ſuſpenſionis imponitur.

h *Eoſdem.* xx.

Mona-

a *Monachandum.* quod quandoque ſpectat ad ſolos prælatos quod dic vt de regula ca.ſi.lib.vj.
b *Frequenter.* xxj.
c *Et.* repete permittunt quòd aliæ &c.
d *Præterea.* xxij.

Gloſſa ſequens dicit quid probet, & quid non probet, & quid de caſu tenendum.
e *Primi anni.* de reſcript.ſi propter, lib. vj. Et licet hæc litera poſſet induci, quòd priuilegium tale cōprehendat beneficia etiam ſpectantia ad exemptos: non tamen probat de beneficiis exēptis ex quo per epiſcopum ſit priuatio: vt præmiſi. Quicquid tamen dicat Archid. in decre. ſi propter. puto quòd ſi in priuilegio dicitur de beneficiis diœceſis ſuæ, veniēt exēpta. ſecus ſi diceretur de beneficiis ſibi ſubiectis. & eſt ſimile quod ſcripſi de reſcript. abbatē. vbi patet reſponſio ad decret. graue. de offic. or. quæ inducitur ad contrarium.
f *Quibus.* xxiij.
g *Illicitè.* illa enim quę ad fruct⁹ nō pertinent, vſurpare non debent. de elec. generali §. vlt. lib. vj. & cōcord. ſuprà ea. comp. de deci. cap. ij.
h *Reſeruanda.* de offic. ordin. præſenti libr. vj.
i *Quidam.* xxiiij.
k *Vt per ipſos.* hoc aliàs licitum, ex animo fit illicitū: ſuper quo vide quod no. de re. iu. locupletari, lib. vj. xj. q. iij. ſiquis verò. & eſt ſimile huic de deci. in aliquibus de Iudæ. c. penulti. & quod ſcripſi de ſent. excom. quantæ.

*Licitum ex animo fit illicitum.*

l *Nonnulli.* xxv.
m *Indebitè.* ergo ſecus ſi ex cauſa iuſta vij. q. j. & tēporis xvj. q. vlti. ſiquis vult. de conſe. diſt. j. tribus.
n *Alii.* xxvj.
o *Occupant.* dicendo ſibi ius per violētiam, & cadunt à iure ſuo ſi quod habēt C. vnde vi, ſiquis in tantam xvj. q. vj. placuit. de præben. cum qui. lib. vj.
p *Pluries.* xxvij.
q *Reparare.* quod tamen Iudæis permittitur de ſuis ſynagogis, iuxta primum ſtatutum, de Iudæis, conſuluit.
r *Quidam.* xxviij.
ſ *Priuilegiis.* hoc non poſſunt xxv. quæſt. ij. c. j. & ij. imò nec ipſum principem decet hoc facere de reg. iur. decet. cum ſuis concor. lib. vj.
t *Et generaliter.* viceſimum nonum generale.
u *Priuilegia.* decurtanda erant ipſis eorum priuilegia. de priuileg. dilecti.

quoque abbates & priores quandoque compellunt ad præſentandum ſibi ad eccleſias vacantes, in quibus ius obtinēt patronatus, & ad monachandū[a] interdum ſuos familiares, cōſanguineos, vel nepotes. Frequenter[b] etiam permittunt & tacitè conſentiunt, quòd in ſuo dominio temporali per milites, vaſallos & ipſorum temporales officiales monaſteriorum bona mobilia & immobilia per violētiam occupentur in caſibus nō permiſſis à iure. Et[c] alię variæ iniuriæ perſonis eccleſiaſticis & monaſteriorum hominibus irrogentur. Præterea[d] interdum iniuſtè abbates, priores, ac alios beneficiatos beneficiis ſuis priuant, vt ſic fructus beneficiorum illorum percipere valeant primo anno prætextu priuilegij quod aſſerunt ſe habere quòd vſque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium poſſint percipere primi anni.[e] Quibus[f] non contenti, equos, boues, theſaurum, & alia bona monaſteriorum & beneficiorum vacantium illicitè[g] occupāt, quæ eſſent futuris ſucceſſoribus reſeruanda.[h] Quidam[i] militibus & aliis potentibus dignitatum ſuarum redditus & prouentus vendūt ad tempus, vt per ipſos[k] exempti vicini fortius opprimantur. Nonnulli[l] etiam indebitè[m] monaſteria dirimunt: Alij[n] domos & hoſpitalia, & alia bona monaſteriorum mobilia & immobilia frequenter occupant,[o] & detinent occupata. Pluries[p] quoque ſine cauſa iuſta impediunt ne exempti loca ſua valeāt reparare.[q] Quidam[r] ſtatuta faciunt per quæ derogatur priuilegiis[ſ] exemptorum. Et generaliter[t] quamplures prælati religioſi, præſertim exemptis & priuilegiatis in perſonis & rebus ſuis ac iuribus ſpiritalibus & temporalibus graues inferūt contra iuſtitiam & eorum priuilegia[u] iniurias & iacturas. Verū quia vna eſt regularium & ſeculariū prælatorum & ſubditorū exemptorum & non exemptorū vniuerſalis eccleſia, extra quā nullus omnino ſaluatur,[x] quorū omniū vnus eſt dominus,[y] vna fides, & vnū baptiſma: decet[z] vt omnes qui eiuſdē ſunt corporis,[a] vnius etiam ſint voluntatis, & ſicut fratres adinuicē vinculo charitatis ſint adſtricti. Decet igitur vt & prælati & alij tam exempti quàm non exempti ſuis iuribus ſint contenti,[b] & alter in alterius iniuriam non proſiliat ſeu iacturam. Vniuerſis itaque prælatis eccleſiarum præſentis ſanctionis edicto diſtrictè pręcipiendo mandamus, quatenus ipſi à prædictis grauiminibus omnino ceſſantes, & ceſſare ſuos ſubditos facientes, viros religioſos exemptos, priuilegiatos, & non exemptos, mendicantes & nō mendicantes charitatiuè tractent & foueant, & ſua iura & priuilegia inuiolabiliter eis ſeruent.

Et quoniam[c] plus ſolet timeri quod ſpecialiter quàm quòd generaliter inhibetur,[d] eiſdem prælatis diſtrictiſſimè inhibemus, vt abbates, priores, & alios religioſos ne ad ſua generalia vel prouincialia vadant capitula,[e] impedire quomodolibet non præſumant.

## DE PRIVILEGIIS ET exceſſibus priuilegiatorum.

### Clemens V. in concilio Viennenſi.

*Ponit ſex caſus in quibus religioſos excommunicat, & abſolutionem papæ reſeruat: & priuilegiis & exemptionibus non obſtantibus eos per ordinarios locorum denuntiari præcipit. Ioan. Andr.*

CAPIT. I.

Religioſi qui[f] clericis aut laicis ſacramētū

x *Saluatur.* de ſumma trinita. ca. j. §. vna.
y *Vnus eſt dominus.* ad Ephe. iiij. habetur de hac triplici vnitate, & ſ. ea. compi. de ſum. trin. c. j. §. ad hoc. & j. de ſent. excō. ca. j. ad idem xxiiij. q. j. loquitur.
z *Decet.* inſpicimus quid deceat, quod propriè reſpicit honeſtatē, de vo. magnę de elect. cùm non deceat, lib. vj.

*Decet, concernit honeſtatem.*

a *Corporis.* myſtici, quod eſt collectio fidelium. de conſe. di. j. eccleſia. cuius caput eſt Chriſtus. de ſacra vnctio. c. vnico. ver. ſed vbi.
b *Contenti.* ſ. eo. tit. accedentibus.
c *Et quoniam.* xxx.
d *Inhibetur.* xxiij. diſtinct. quanquam, de hæret. ſi aduerſus.
e *Capitula.* concor. xxiij. quæſt. iiij. ſicut circa fin.

DE PRIVILEGIIS.

*Continuatio.*

Viſum eſt ſ. de exceſſib⁹ prælatorum: qui ſunt cauſa priuilegiorum & exemptionū: ideo ſequitur de priuilegiis: quia priuilegiati quandoque abutūtur ſuis priuilegiis.

f *Religioſi qui:* CASVS. Aliquis meus parochianus petiit ſibi dari extremam vnctionē, quę fuit ſibi data per religioſum fortè mēdicantē ſine meo mādato. vel etiam fortè in die Paſchæ religioſi receperunt aliquos in ſuo altari ad recipiendum corpus Chriſti: vel fecerunt ſolēnia nuptiarum. quæritur, qualiter veniant puniēdi? Dicit Clemēs ꝙ ſunt excōmunicati ipſo facto, & ſolū veniūt abſoluendi per Roma. pō. Sed quid ſi curatus præcepit parochianis vt in vna de trib⁹ dominicis venirēt ad ſuam eccleſiam. illi qui non veniūt, ſunt excōmunicati à cano. Ponamus ꝙ aliqui religioſi dicebāt habere poteſtatem abſoluendi excōmunicatum à canone, & de facto abſoluerunt. Quæritur, quam pœnam incurrunt? Dicit quòd ipſo facto ſunt excommunicati. Sed ſanctiſſime pater, vellem informari an ſint alia à quibus iſti religioſi ſe debeant abſtinere? Dicit Cle. quòd ſic: videlicet ne in ſuis ſermonibus detrahāt prelatis, epiſcopis, archiēpiſcopis, vel curatis, ne diminuatur fama ipſorum prælatorum. etiam cauere debent, ne extrahāt perſonas à ſuo curato & eccleſia parochiali: aliàs puniuntur: vt in ver. ſiqui verò præmiſſa. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd quilibet tenetur recipere ſacramenta euchariſtiæ & extremæ vnctionis & alia ſacramenta à ſuo proprio ſacerdote. fallit in ſacramento pœnitentiæ.

Nota



Nota ꝙ quis non debet admittere, id eſt recipere alienos parochianos ad ſolennia nuptiarum, niſi de conſenſu curati. Nota ꝙ abſoluentes aliquos à ſententia canonis, vel à ſententia lata in ſynodo, ſunt ipſo facto excommunicati. Not. quòd in caſibus poſitis in litera religioſi ſubſunt ordinariis, & poſſunt conueniri coram epiſcopo, & poſſunt declarari excommunicati vſque ad condignam ſatisfactionem. Not. quòd citatio debet eſſe formata ad caſum: ſic, Citetis talē P. ſignificaturum ꝙ recepit tales ad ſolennia nuptiarū: vel quia miniſtrauit ſacramētum euchariſtiæ.

*Citatio ad caſum debet eſſe formata.*

Not. quòd in virtute ſanctæ obedientiæ prædicatores in ſuis ſermonibus debent eſſe ſobrij in loquela: nec debent aliquid detrahere prælatis, ipſos demonſtrando digito, vel aliis demōſtrationibus & coniecturis.

*Prædicatores nemini detrahere debent.*

Not. quòd religioſi non debent retrahere teſtatores à legato, vel electione ſepulturæ in ſua eccleſia matrice.

Nota quòd religioſi non debent inducere teſtatores vel ſibi confitentes vt aliquid dent ſuis monaſteriis: aliàs ſunt puniendi, vt hic: & ſuperiores illos non punientes ipſo facto ſunt excommunicati. Nota quòd quandoque quis excommunicatur à canone: & in quibus caſibus hoc accidat proſequitur Matth. dic vt. j. de ſentent. excommunicat. clem. j. in gloſſa eſt ſciendum. Nota ibi, vt verbis eorum vtamur. modum excuſandi impropriam locutionem. de hoc in gloſ. concordat. Et vtimur quandoque impropriis locutionibus cauſa maioris expreſſionis: vt hic, & in iuribus alle. in glo. cap. ver. vtamur. Zabarel.

*Religioſi non attrahant aquā ad molendinum.*

Gloſſa ſeq. vnum dubium ſoluit, & de alio remittit.

Religioſi qui. Nota per hoc principium hanc conſtitutionem cum ſuis pœnis ita locum habere in religioſis, quòd ſeculares clericos non includit. An verò includat religioſos præfectos eccleſiis parochialibus quo ad non ſuos parochianos, dubitatur. & vide quod dixi. ſ. ead. compil. de deci. cap. j. in j. gloſſa.

a *Vnctionis.* de hoc ſacramento. xcv. diſt. §. ſed iſtud. & ca. ſe. de ſac. vnc. ca. vnico. in prin. de verb. ſig. quęſiuit. de pœ. & remiſſ. quod in te. & dic vt ibi.
b *Euchariſtiæ.* dicitur ab eu quod eſt bonum, & charis quod eſt gratia, quaſi bona gratia. & de hoc ſatis. ſ. ea. compil. de reli. & vene. ſan. cap. vnico.

*Euchariſtia vnde dicitur.*

c *Solennizare.* id eſt ſolenniter benedicere. de hac benedictione habetur xxx. quæſti. v. cap. j. & iiij. capitulis ſequentibus xxiij. diſt. ca. vlti. de ſpon. conſultationi. de ſecundis nup. cap. j. & iij.

Gloſſa ſequens quærit & ſoluit. contra ſolutionem obiicit, & reſpondet.

interdicto, nedũ in locorum ſuorũ capellis[a], ſed & in collegiatis & aliis inſignium[b] locorũ eccleſiis miſſas & alia diuina officia publicè & ſolẽniter faciũt celebrari. Ad officia eadẽ celebrãda nũc hos nũc illos[c] vocãtes[d], & interdũ (qđ eſt deterius) cõpellẽtes: hiſque non cõtenti exceſſibus,[e] per cãpanarũ[f] nõ ſolũ pulſationẽ, ſed & voce præconia[g] populos etiã interdictos, vt interdicti nõ obſtante ſentẽtia, ad audiendas miſſas huiuſmodi veniant, faciũt euocari. Nõnulli quoque ipſorũ ſuis plerunque ſubiectis[h] ne (licet excõmunicationis vel interdicti ſentẽtia publicè[i] ſint innodati) de eccleſiis dũ in ipſis miſſarũ celebrantur ſolennia, inſtãtibus etiã celebrantibus exeãt præcipere non verentur: Ex quo frequenter cõtingit quòd nõ ſine Dei offenſa, cleriq; ac populi ſcandalo, ipſa miſſarũ ſolennia remanent inexpleta.[k] Ne igitur exceſſus ſic graues excedentium impunitate trahantur ab aliis in exemplum,[l] præſumptores præfatos qui in locis interdicto ſuppoſitis quenquam decætero diuina celebrare officia quomodolibet[m] cogere,[n] Aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis pręſertim vel interdicti legatos ſententia euocare,[o] Seu qui ne excõmunicati publicè[p] aut interdicti de eccleſiis dum in ipſis miſſarum[q] aguntur ſolennia, à celebrãtibus moniti[r] vt exeant prohibere[s], Necnon excommunicatos publicè & interdictos qui in ipſis eccleſiis nominatim[t] à celebrantibus vt exeãt moniti remanere[u] præſumpſerint: excommunicationis[x] ſententia (à qua per ſedẽ duntaxat apoſtolicam poſsint abſolui) ſacro approbante conſilio innodamus.

### Idem.

*Fratres minores ſi tẽpore interdicti recipiũt in ſuis eccleſiis ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis, excommunicati ſunt. nec priuilegia iuuant. h.d. Ioan. And.*

### CAPITVLVM III.

CVm ex eo quòd religioſi viri fratres minores in ſuis recipiunt eccleſiis ad audienda diuina officia tempore interdicti fratres & ſorores[y] de ordine tertio[z] (quem beatus Franciſcus inſtituit) exiſtentes, qui continentes[a]

a *Capellis.* nõ intẽdit q̃ in talib⁹ capellis ſitis in loco interdicto hoc liceat: ſed dicit vt aggrauet contẽptũ. q.d. malũ eſſet hoc facere in capellis: ſed grauius in talibus eccleſiis.

b *Inſignium.* de reſcriptis, ſtatutũ. poſt prin. lib. vj.

c *Nunc illos.* cõcor. de ſtat. mo. cũ ad monaſteriorũ. ver. ſed nec.

d *Vocantes.* licet de vocatione narret, ſolã coactionẽ punit.

e *Exceſſibus.* tolle literam j. faciunt euocari nõ ſolũ per cãpanarum &c.

f *Campanarum.* de offi. cuſto. c. j. cũ cõcor. & ibi dixi de diuerſis campanarum officiis.

Gloſ. ſe. obiectionem ſoluit.

g *Voce præconia.* vt dicitur in auth. de litig. §. omnẽ. col. viij. vox pręconis quandoq; paucis innoteſcit: & hoc reſpectu fortior videtur vocatio p̃ cãpanã: ſed quia præco loqtur, & edictum ponit ex parte mãdãtis: ideo maior eſt cõtẽptus.

h *Subiectis.* præcipere non verentur, quod eſt. j.

*Excõmunicatus occultus nõ eſt in publico vitandus.* i *Publicè.* occultũ enim excõmunicatũ nõ vitamus in publico. vj. q. ij. c. ij. eo. tit. cùm nõ ab homine. vnde dicit Ray. in ſum. huius tit. §. item queritur. q̃ ille qui ſcit occultũ excõmunicatum etiã in eccleſia, cautè ſi poterit exibit. ſi autẽ id non poſſet ſine ſcandalo, non debet exire, per iura pręd icta, & ne ſit proditor. ij. q. j. ſi peccauerit.

*Miſſam dimittat ſacerdos p̃pter excõmunicatũ.* k *Inexpleta.* debet enim ſacerdos dimittere officiũ miſſæ propter pręſentiã excõmunicati: niſi iam incepiſſet canonẽ miſſæ. de quo ſcripſi poſt modernos eo. tit. c. nuper. & facit vij. q. j. illud. & c. nihil. & quod no. xj. q. iij. ſicut apoſtoli.

l *In exemplum.* quia ſi ea quę malè vſurpantur &c. xciij. diſt. peruenit. ij. facit xxiij. q. j. paratus. in ſi.

*Compulſio eſt multiplex.* m *Quomodolibet.* omnẽ modũ cõpulſionis, realẽ, perſonalẽ, directũ & indirectũ cõprehendit: vt ſi res ipſorũ occupant, conſanguineos grauant in perſonis vel rebus. facit de elect. ſciant cuncti. eo. tit. quicunque. lib. vj.

n *Cogere.* præſumpſerint, quod eſt j. & hoc eſt primum.

o *Euocare.* præſumpſerint, quod ſequitur, & eſt ſecundum.

p *Publicè.* concor. ſ. e. compi. de ſepul. c. j. & ibi videas.

q *Miſſarum.* in aliis ergo diuinis officiis nõ eſt locus pœnę.

r *Moniti.* non dicit nominatim: vt j. proxi. ver. per quod patet quod ad prohibẽtes ſufficit generalis monitio: puta monet quòd omnes excõmunicati & interdicti exeãt, ille præcipit vt non exeant.

ſ *Prohibere.* præſumpſerint, quod ſequitur, & eſt tertium.

t *Nominatim.* ex generali ergo monitione nullus ligatur ex eo q̃ remanet: ſoli ergo nominatim moniti remanẽtes ligabuntur. concor. e. tit. conſtitutionem. li. vj. & ſ. ea. compil. de vita & hone. cle. c. j.

u *Remanere.* intellige etiam ſi ipſi tẽporales domini hoc nõ mandent.

*Excommunicat⁹ excommunicatur.* x *Excõmunicationis.* excõmunicatus ergo iterũ excõmunicatur. de hoc iij. q. iiij. Engeltrudã. de Iudæis. ita quorundã.

CVm ex eo.] Primò premiſſa ratione ponit ſtatutũ ſuũ. ſecundò contrafaciẽtes punit: ibi, Quòd ſi. Imo. Præſupponẽdũ primò eſt illud qđ habetur ſ. in c. j. videlicet q̃ religioſi cuiuſcũq; ſtatus vel præeminẽtiæ exiſtãt, violãtes ſeu nõ ſeruantes interdictũ qđ debuit ſeruari ab eccleſia cathedrali ſeu matrice, hoc eſt parochiali, ſunt excõmunicati. Et dicitur eccleſia matrix quaſi mater ſuorũ parochianorum. Præſuppono vlteri⁹ illud quod habetur in gl. poſita in verſi. tertio. videlicet q̃ tres ſũt ordines minorũ. Prim⁹ fuit fratrũ minorũ viuẽtiũ ſecundũ regulam B. Franciſci: quorũ ordo eſt multũ arctus & ſtrictus, & nõ poſſunt habere p̃priũ nec ĩ particulari nec in communi. Et ſecundus ordo S. Claræ, & talis nõ eſt ita arctus: quia poſſunt aliquid habere in cõmuni. Tertius eſt ordo in quo ſunt homines qui dicuntur cõtinẽtes. Caſus ſic figuratur. Nos vidimus in c. præcedẽti. ſ. e. ti. ſeu rubrica, q̃ religioſi cuiuſcunq; ſtatus exiſtãt, nõ ſeruãtes interdictũ ſeu violãtes quod celebratur in eccleſia cathedrali vel matrice, ſunt ipſo facto excõmunicati. Sed quęro an fratres minores qui ſũt de primo ordine, poſsint admittere & recipere homines cõtinẽtes ſeu de pœnitentia qui ſunt de tertio ordine S. Frãciſci? Et reſpon. papa q̃ nõ. qđ ſi fecerint, ſunt ipſo facto excõmunicati: nec poterũt abſolui niſi per ſummum pontificẽ. h.d. H.R. Colligo aliqua notabilia. primò ex prin. c. iuncta glo. q̃ B. Franciſcus tres ordines inſtituit. Primò ordinẽ fratrum minorũ: & iſte ordo eſt arctiſsimus & ſtrictiſsim⁹, quia ipſi nõ debent habere granaria, ſed debẽt viuere ex incerta pẽſione. Itẽ nõ debẽt habere duas veſtes. Eſt alius ordo quẽ inſtituit B. Franciſcus, qui dicitur ordo S. Claræ: & talis ordo nõ eſt ita arctus, nec ſtrict⁹: quia bene poſſunt habere aliquid in cõmuni. Alius eſt ordo cuius profeſſores vocantur continẽtes, & iſte nõ eſt p̃priè verus ordo: quia nõ venerunt tria neceſſaria quæ ſunt in p̃feſsione. No. q̃ licet terti⁹ ordo fuerit inſtitutus à B. Franciſco ſicut ordo minorum, & ſit aliqua cõmunio: tamẽ minores non poſſunt illos admittere ſeu recipere ad diuinũ officium, ac ſi eſſent extranei: & ſi de facto admittant, ſunt ipſo facto excõmunicati: & nõ poſſunt abſolui niſi per Ro. pon.

Not. q̃ mulieres de tertio ordine B. Franciſci dicuntur ſorores. Ex hoc infert gl. ij. q̃. non ſunt Beguinę: & infert hoc ex eo, quia ſunt ſub obediẽtia ſecundum traditiones tertij ordinis. Beguinæ verò non ſunt ſub obedientia. remittit gl. de reli. do. cle. j. vbi de hoc in gl. vide. No. caſum in quo ordinarij ſunt delegati apoſtolici. ſi. de hære. ad abolendam. de ſup. neg. præla. cle. vnica. de ſta. mo. cle. j. Zabar.

y *Sorores.* illæ igitur non ſunt Beguinæ: vt dixi ſ. e. compi. de reli. do. c. j.

Gl. ſe. declarat tres ordines B. Frãciſci, & in quo differãt.

*Ordo ſancti Franciſci eſt triplex.* z *Tertiò.* primus fuit fratrũ minorum qui eſt arctiſsimus, & caret proprio etiã in cõmuni. de hoc ſatis j. ti. j. c. j. Secundus fuit S. Claræ qui differt à primo: quia ordo ille licet etiã fœminis arctiſsimus, habet tamen propriũ in communi. Sed iſte tertius[a] etiã pro viuentibus in coniugio maribus & fœminis adinuentus eſt, & habent profeſsi proprium in ſingulari: & potius eſt modus viuendi quàm propriè dicatur regula: eſt tamẽ approbatus per Nicolaũ tertium, & hoc conſtat.

*a Vide gl. cle. i. ſuper ver. obedientiam. ſ. de relig. do. Font.*

Gloſ. ſeq. obiectionem ſoluit.

a *Cõtinẽtes.* nõ p̃mittũt cõtinẽtiã, imò viuũt in cõiugio: vt p̃dixi: & tamẽ ſecũdũ modũ viuẽdi eis datũ certis dieb⁹ qualibet



libet ſeptimana abſtinent à thoro: ſicut & ſeptimana vicis ſuæ abſtinebant ſacerdotes veteris teſtamẽti. lxxxij. diſt. plurimos.

ſeu de pœnitentia nuncupantur, ſcandalum[a] aliorum qui ab his excluduntur, mentibus generetur, cenſura vileſcat[b] eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur: Eiſdem fratribus minoribus[c] diſtrictius inhibemus ne decætero aliquem vel aliquos prædictorum (etiam ſi ſuper hoc hi[d] vel illi[e] priuilegiis quibuſcunque muniti extiterint, quæ ipſis in nullo prorſus quo ad hoc volumus ſuffragari) ad diuina in ſuis eccleſiis[f] tempore interdicti quoquo modo admittant.[g] Quòd ſi fecerint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere:[h] à qua per alium quàm per Romanum pontificem, vel ſatisfactione præmiſſa per locorũ epiſcopos (quos auctoritate apoſtolica[i] fungi volumus in hac parte) abſolutionis beneficium nequeãt obtinere.

### Idem.

*Si papa etiam ſcienter excommunicato participat, illum per hoc non abſoluit, niſi exprimat hoc ſe velle: Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet vel honoret, per hoc illum in dignitate nõ approbat. Ioan. And.*

### CAPITVLVM IIII.

SI ſummus[k] pontifex ſcienter[l] etiam excommunicato participet[m] literis,[n] verbo, vel oſculo,[o] ſeu alio quouis[p] modo: ipſum per hoc abſoluere nulla ratione cẽſetur, niſi ſe velle[q] forſitan exprimat illum ex hoc pro abſoluto haberi. Similiter quoque ſi quem ſub titulo cuiuſlibet dignitatis[r] ex certa etiã ſcientia verbo, conſtitutione, vel literis nominet,[s] honoret, ſeu quouis alio modo tractet:[t] per hoc in dignitate illa ipſum approbare[u] nõ intelligitur,[x] aut quidquam ei tribuere noui[y] iuris.

a *Scandalum.* vitandum. quod dic vt de no. ope. nun. c. ij.

b *Vileſcat.* ad hoc & ad id quod ſequitur, concor. ſ. ea. compil. de pœn. & remiſ. cap. ij.

c *Minoribus.* alios non ligat cõſtitutio.

d *Hi.* fratres minores.

e *Vel illi.* fratres & ſorores tertij ordinis: & eſt mirabile: quia eo caſu in aliis eccleſiis recipi poſſent, ſi priuilegiũ eſt generale.

f *Suis eccleſiis.* per hoc verbũ quod etiã ſ. præmiſit, dico q̃ ſi in alienis eccleſiis hoc facerent, ceſſat hæc pœna: poſſet tamen habere locum alia pœna cõmunis. & eſt ſi. quod dixi ſ. hoc tit. ca. j. in gloſ. additur.

g *Admittant.* niſi inquãtũ illis & aliis p̃mittitur per decr. vlt. eo. tit. lib. vj.

h *Subiacere.* ſi aliàs bene ſeruant interdictum quod ſeruat matrix eccleſia: non ligantur pœna illius decre. ſ. ca. j. ſed iſta tantum. facit de iud. at ſi clerici. in fin. cũ ſuis concor.

*a Sing. gl. ſecundum Panor. litę & m c. cũ tempore. ſ. de arbi. ad hoc quòd exẽptus nõ poteſt renũtiare priuilegio ſuæ exemptionis, etiã ſe ſubiiciẽdo ordinario. Font.* i *Auctoritate apoſtolica.*[a] hoc dicit propter exemptionem: & quia deliquerant in locis exemptis.

k SI ſummus. Primò ponit vnum dictũ. ſecundò aliud illi ſimile: ibi, Similiter. Imo. Pro declaratione huius capit. ſciendum eſt quòd iſtud ca. emanauit ad declarationem. ca. ſi aliquando. eo. tit. in an. Et præſuppono regulariter cum aliquis excõmunicatur, oportet quòd abſoluatur in forma eccleſiæ: videlicet quod præſtet cautionem de parendo iuri. Præſuppono etiam quòd Imperator ſiue rex non eſt ſubditus legibus ſuis. Caſus ſic figuratur. Ponamus q̃ ego ſum excommunicatus iuſtè, fortè pro contumacia vel alias. papa ſciens me eſſe excõmunicatum habuit mecũ communionẽ: quia fortè miſit mihi literas in quibus dabat mihi benedictionem: & bene me excommunicatũ ſciebat, vel fortè tradidit mihi oſculum, vel alio modo habuit mecũ communicare. Quæritur, vtrũ papa ex hoc videatur mihi impendiſſe beneficium abſolutionis? Reſpondet q̃ non: niſi ipſe papa expreſsè dicat, volo te abſolutum eſſe: & tibi beneficiũ abſolutionis impendo. Sed ponamus quòd eram intruſus in aliquo beneficio, ita quòd non habebam titulum: & papa ſcripſit mihi literas in quibus appellauit me epiſcopum illius loci quem obtinebam ſine titulo. Vel ponamus quòd illud beneficium vacabat: & nullus obtinebat: & ipſe in literis ſuis appellauit me epiſcopũ illius loci, an per hoc videatur mihi ius tribuere in illo beneficio? Reſpõdet Clemens pa. quòd non. h.d. H.r. Not. quòd non ſolum ſufficit non loqui cum excõmunicato, ſed etiam nõ debent ſibi mitti literę. No. q̃ ſcribens literas excommunicato, incurrit minorẽ. de hoc in gloſ. argue. Idem dicit Lau. ſi mittit ei nũtium: quia hęc ſunt paria de elect. vbi periculũ. § nulli. lib. vj. & de hoc ibi. No. quòd multis modis communicari dicitur excõmunicato. de hoc in gl. vt in conuiuio. Zabarella.

Gloſ. ſeq. dicit quare emanauit, & quid prima pars determinat.

*Papa per participiũ non abſoluit.* Si ſummus. creditur quòd propter dominũ Fridericum de Sicilia emanauerit hæc decre. Pars prima determinat no. xciij. diſt. ſi inimicus. & eo. tit. ſi aliquãdo. per Gof. in prooe. com. Greg. per Inno. & Hoſti. de priuile. cum olim. j. Et facit hoc cap. pro ibi not. per Innoc. & Hoſtien. vt ſicut per participium papa non abſoluit, ita nec per euitationem excommunicat: vnde non incurrit minorem qui participat illi quẽ papa vitat. & c. ſi inimicus. loquitur de illo quem vitat & vitari præcipit.

l *Scienter.* etiam ſi ignoranter, non erat dubium per pręcedentem decre. ſi aliquando.

m *Participet.* quo participio non ligatur minori: vt not. in iuribus alleg. in j. glo. eo. titu. nulli.

n *Literis.* argue quòd ſcribens excõmunicato incurrit minorem. de hoc eo. tit. conſtitutionem. lib. vj. in iij. glo.

o *Oſculo.* formatur ab os oris, nec debet ſcribi per h.

p *Quouis modo.* vt in conuiuio, oratione, vel itinerãdo, vel conſedendo.

*Principis eſt pro ratione voluntas.* q *Velle.* eſt ſibi pro ratiõe volũtas. inſti. de iure natu. §. ſed & quod princip i. ſic & princeps ſola voluntate manumittit. ff. de manu. apud eum. C. de ſideicom. lib. ſi volũtate. in inferioribus à papa nõ haberet hoc locũ. eod. tit. cùm deſideres.

r *Dignitatis.* eccleſiaſticæ vel ſecularis. cũ eadẽ ſit ratio.

ſ *Nominet.* contrariũ videbatur notari. xciij. diſt. dominus. & vide qđ not. xj. q. j. ſacerdotibus. qui fil. ſint le. p̃ tuas. cum concor.

t *Tractet.* vocans illos qui ſunt eiuſdẽ dignitatis, vocat illum.

Gloſ. ſeq. notat ad opinionem.

*Epiſcopus audiẽs miſſam à malè ordinato, non diſpenſat cũ eo.* u *Approbare.* facit ad not. per Innoc. & Hoſt. de ſi. presby. veniens. vbi tenẽt q̃ ſi epiſcopus miſſam audiat vel procurationẽ recipiat à malè ordinato vel inſtituto, quòd per hoc non diſpenſat cum illo: dato quòd ſit caſus quo diſpenſare poſſet: & ibi ſcripſi.

Gloſ. ſeq. obiectionem ſoluit.

x *Non intelligitur.* non ob. ſ. ea. compil. de proba. ca. vnico. illud enim intelligitur cum papa narrat factum propriũ, & ſuper eo fundatur ipſius intentio: vt ibi not. in gloſſ. quid ſi talia.

y *Noui iuris.* ſi. de hæret. præſidentes. in ſi. lib. vj. & intellige niſi hoc exprimat ſe velle: vt ſ. proxi. reſponſo.

### DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

*Continuatio.* Viſum eſt ſ. per diſcurſum titu. de ſingulis partibus iuris: verum quia in iure multæ dubitationes oriũtur circa verb. ſigni. ideo præſens annectitur rubri.

EXiui.] Gloſſat. & alij ſcribentes quãplures nihil hic ſcripſere: fortè quia Nic. iij. eo. tit. exiit. lib. vj. quòd cap. etiam exponit regulam ſancti Franciſci, excommunicauit gloſſãtes illud c. & in gloſ. inducentes contrarietates, concordantias ſeu opiniones diuerſas vel aduerſas: quia tamẽ permiſit gloſſas fieri per quas verbum vel verbi ſenſus ſeu conſtructio quaſi grammaticaliter ad literam vel intelligibilius exponatur, & quia etiã pœnas illi⁹ c. ſuſpẽdit Io. xxij. in extrauag. quia nõnunquã. & quia licet illa conſtitutio p̃hibita fuerit gloſſari, nõ ſic iſta. Itẽ quia dimittẽdo hãc ſine expoſitione, inducũtur legẽtes ad omittẽdã ipſam: vnde cauſatur eius ignorãtia: cum tameſi ipſe Nic. iij. præceperit vt illud c. exiit. ſicut cetere decretales legeretur in ſcholis: ideo aliqua breuia hic ſcribo. *Diuiſio materiã reddit faciliorem.* Quoniã autem per diuiſionẽ res melius intelligitur: inſti. de leg. §. ſed non vſque. no. ff. de do. exce. l. j. gl. j. Ideo diuide: quia primò exordium. ſecũdo narratio & petitio: ibi, Quia verò dictæ. tertiò exauditio: ibi, Nos igitur. Et ibi primò delarat non omnia euangelica conſilia eſſe præcepti quò ad fratres: declarãs quæ obligent eos ex præcepto. Secũdò in §. cæterum. determinat quid ſeruandum quo ad bona ingredientium. Tertiò in §. præterea. de veſtibus & calceamentis fratrũ. Quartò in §. deinde. de ieiuniis eorũ. Quintò in §. porrò. de nõ recipiẽda p̃ eos pecunia. Sextò in §. p̃inde. de paupртate & humilitate ipſorũ. & enumerat ix. exceſſ⁹ q̃ ſũt cõtra pauprtatẽ & humilitatẽ, qb⁹ p̃uidet. Septimò in §. p̃miſsis. ſoluit dubiũ oriẽs ex his q̃ de pauprtate dicta ſunt. Octauò in §. dicere. remouet quendã errorem.

Nonò in §.demum. determinat de electione vel inſtitutione miniſtri prouincialis. Decimò in §.in deſtitutione. determinat de ipſorum miniſtrorũ prouincialium deſtitutione. Vndecimò in §.cæterum.determinat quòd fratribus carentibus miniſtro generali,ſuppleat vicarius ordinis vices eius. Duodecimò in §.porrò apponit decretũ in his quæ dicta ſunt de prouinciali miniſtro, ſi aliter fiat.

Eccle.24.

a *Plantationum.* Eccleſiaſtici.xxiiij.

b *Agricola.* Chriſtus.

c *Salomon.* Chriſt⁹: de quo Matthæ. xij. Ecce plus quàm Salomon hic.

d *Hortum voluptatis.* vitam Chriſti.ipſe enim cœpit facere & docere. Actuũ primo.

e *Hic hortus.* deſcẽdit ad ſpeciem, & applicat quæ dixit, ad propoſitum.

f *Metit.* aliàs meſſuit.

g *Aromatibus.* Cãt. v. Et per myrrham intelligit pœnitentiam: per aromata, fructum exẽpli inde prouenientem.

h *Timoratæ.* quinta diſtinctio ad eius.

i *In obedientia.* ſine proprio, & in caſtitate: tria ſubſtantialia religionis. de ſta. mona. cum ad monaſterium. Not.ibi ſuperfluè & nugatoriè, quòd ſuperfluitas & nugatio reprobantur. in procœmio Greg.§.ſanè.

† *ſcrutandiſque.*

DE VERBORVM ſignificatione.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

*Declaratur in aliquibus ca. exiit.eo.tit. lib.6. præſertim an fratres minores teneãtur ad obſeruationem eorum omnium quæ in regula ſub verbis imperatiui modi ponuntur: deinde multa inſeruntur ad quæ fratres ipſi obligantur. Et conſequenter eorum nouem exceſsibus prolixè diſcuſsis, de electione miniſtri ipſorum luculentiſsimè tractatur.*

CAPITVLVM I.

EXiui de paradiſo: dixi rigabo hortũ plantationum. [a] ait ille cæleſtis agricola, [b] qui verè fons ſapientiæ, verbum Dei à patre in patre manens, genitum ab æterno, nouiſsimè diebus iſtis (fabricante ſancto ſpiritu) in vtero virginis caro factum, exiuit homo ad opus arduũ redemptionis humani generis peragendum: exemplar ſe dando cæleſtis vitæ, præbens hominibus ſemetipſum. Verùm quia plerunque mortalis vitæ ſolicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris huiuſmodi intuitu diuertebat: verus noſter Salomon [c] in ſolio militãtis eccleſiæ hortum [d] voluptatis inter cæteros quendam fecit à procelloſis mundi fluctibus elongatum, in quo quietius ac ſecurius vacaretur cõtemplandis ſeruandiſque † huiuſmodi operibus exemplaris.

In hunc modũ introiuit ipſe, vt rigaret ipſum fœcundis aquis ſpiritalis gratiæ & doctrinæ. Hic hortus [e] ſiquidẽ eſt fratrum minorum ſancta religio, quæ muris regularis obſeruantiæ firmiter vndique circunclusa, intra ſe ſolo contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius, mortificantis pœnitẽtiæ myrrham metit [f] cum aromatibus, [g] quæ ſuauitate mira vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circunfundunt. Hæc eſt illa cæleſtis vitæ forma & regula quam deſcripſit ille confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus, ac ſeruandam à ſuis filiis verbo docuit pariter & exemplo. Quia verò dictæ ſanctæ regulæ profeſſores ac æmulatores deuoti, vt & alumni & veri filij tanti patris, affectabant, ſicut & feruenter affectant, ad purum & ad plenum prẽmiſſam regulam firmiter obſeruare: attendentes quædam quæ dubium poterãt afferre ſenſum, in ipſius regulæ ſerie contineri, pro ipſorum declaratione habẽda recurrunt prudenter olim ad apicem apoſtolicæ dignitatis †: vt certificati per ipſam, cuius pedibus etiam per ipſam regulam ſunt ſubiecti, poſſent domino (pul- A ſis cunctis dubiis) cum plena charitate cõſcientię deſeruire. Horum autem piis ac iuſtis ſupplicationib⁹ plures prædeceſſores noſtri Romani pontifices ſucceſsiuè (ſicut dignum erat) applicantes aures & animum, declarauerunt ea quę dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua conceſſerunt, ſicut expedire videbant fratrum conſciẽtiis, ac puræ obſeruantiæ ſtatus. Verùm quia plerunque vbi culpa non eſt, eam timere ſolent conſcientiæ timoratæ, [h] quæ in via Dei quodcunque deuium expaueſcunt: non ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium fratrum conſcientiæ quietatæ, quin circa aliqua ad regulam ipſorumque ſtatum pertinentia, dubitationum in ipſis fluctus aliqui generentur & oriãtur, ſicut ad aures noſtras pluries & de quàmpluribus in publicis & priuatis conſiſtoriis eſt perlatum.

B Quapropter per ipſos fratres nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus prædictis dubiis quæ occurrêrunt, & quę poſſunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia de benignitate ſedis apoſtolicæ curaremus.

Nos igitur (cuius animus ab ætate tenera pia deuotione efferbuit ad huiuſmodi ꝓfeſſores regulæ †, & ad ordinem ipſum totum, nunc autem ex communi cura paſtoralis regiminis, quã immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fouendos dulcius, & attentius gratioſis fauoribus proſequendos, tãto prouocamur ardentius, quantò frequentius intẽta mente reuoluimus fructus vberes quos ex eorum exemplari vita & ſalutari doctrina toti vniuerſali eccleſiæ cõtinuè cernimus prouenire) tam pia ſupplicantium intentione commoti, ad peragendum diligẽter quod petitur, ſtudia noſtra duximus conuertenda: ipſáque dubia per plures ar- C chiẽpiſcopos & epiſcopos, & in theologia magiſtros, & alios literatos prouidos & diſcretos examinari fecimus diligenter. Cùm igitur in primis ex eo quòd in dictæ regulæ principio habetur, Regula & vita fratrum minorum hæc eſt, ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangelium obſeruare, in obedientia [i] viuendo ſine proprio, & in caſtitate. Item infrà, Finito verò anno probationis recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper & regulam obſeruare.

Item circa finem regulę, Paupertatem, & humilitatem, & ſanctum euangeliũ domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus: Fuit hæſitatum, an fratres eiuſdem ordinis ad omnia tam præcepta quàm conſilia euãgelij ex profeſsione ſuæ regulæ teneantur: quibuſdam dicẽtibus quòd ad omnia, aliis autem aſſerentibus D quòd ad ſola illa tria conſilia, videlicet viuere in obedientia, in caſtitate, & ſine proprio, & ad ea quæ ſub verbis obligatoriis ponuntur in regula, obligantur. Nos circa hunc articulum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhęrentes, ipſumque articulum quo ad aliquid clarius proſequẽtes, dictæ hæſitationi duximus reſpondendum, quòd cum votum determinatum cuiuſlibet habeat cadere ſub certo, vouens regulam nõ poteſt dici teneri ex vi voti huiuſmodi ad ea conſilia euangelica quæ in regula non ponuntur. Et quidẽ beati Franciſci conditoris regulæ hæc probatur fuiſſe intentio, ex hoc quòd quædam euangelica cõſilia in regula poſuit, aliis prætermiſsis. Si enim per iſtud verbum, Regula & vita fratrum minorũ hæc eſt &c. intendiſſet eos ad omnia cõſilia euangelica obligare, ſuperfluè & nugatoriè quædam eorum

† Ca. exiit. §.pe.e.tit. lib.6.Fon.

† Templarios etiam quantum amauerit, & an illis digna Clemens fecerit: lege in Ber.de geſtis Toloſanorum. tũ nihil admiraberis cur hic vnus pontifex Gallis ſemper tã profusè fauerit.Font.



a *Cùm autem.* No. de natura termini reſtrictiui, quia per excluſionem aliquorum cętera includit: & hoc eſt idem dicere quod aliàs dicimus, quòd exceptio firmat regulam ff.de milita.teſta. tribunus, §.fina. xxxij. quæſt.vij. dominus. notat Dy.de reg.iu. ſuper rubric. in fine libr.vj. Secundò nota ibi, pœnitentia. quòd id quod diſponitur de aliquo, intelligitur etiã de illo quod ad illud ꝑtinet.de offic.deleg. ca.j.& cap.præterea. Tertiò not. ibi, pro nihilo & vanè ꝙ verba debẽt poni cum myſterio.de priuile. in his.& eo.tit. ſi papa.li.vj. Quartò no. quòd de æquipollẽtiis idem iudicium, hic, & j. proxi. §.& ff.mãdat.l.ſi. de verbo.ſignifi. in his. de conſang.tua.& facit de iudic.c.j. Quintò nota ibi, quo ad aliqua, quòd id quod de vno dicitur, de alio excluditur. ff. de iudi.cùm prætor.de præſump.nonne.

b *Item quia.* Nota quòd in iis quę animæ ſalutẽ reſpiciũt, pars ſecurior tenenda eſt. lxviij.diſtinc. presbyteri. de ſpon. iuuenis.no.de ſcrutinio in or.fac.ca.vnico.in glo.ſi.Secũdò nota quòd non omnia quæ imperãtur, importãt neceſſitatem. xxviij. q. j. ſic enim no.gl.xiiij. quæſt.j.quòd pręcipitur. regulariter cõtra.d.c. quod præcipitur.

c *Hæc inquam omnia.* repetit, vt clarior ſit oratio, & poteſt dici color rhetoricus, qui dicitur repetitio.

d *Item ordo.* Nota quòd antiqua interpretatio habet vim iuris: minimè enim mutanda ſunt &c.ff. de legi. minimè. de conſuetu.cum dilectus.

e *Cæterum.* ſecunda tertiæ, vbi de bonis ingredientium. No. ibi, maxima paupertate. quòd ordo minorum fundatus eſt in maxima paupertate.de exceſ. præla. nimis.ij. vbi de ipſis & prędicatoribus dicitur quòd in altiſsima paupertate Chriſto pauperi famulã- tur. & dicitur maximum, quod principalem gradũ tenet. ff.de verb.oblig.vbi autem.in princ.nam ſuperlatiuũ vni ſoli conuenit. lxiij.diſti. metropolitano. vbi glo. Quomodo autẽ paupertas cõueniat religioni, dixi de regu.ſanè. quæ. xiij.& per ibi notata patet quòd in paupertate nõ eſt perfectio ſimpliciter, ſed in ſequela Chriſti: paupertas autem eſt inſtrumẽtum perfectionis: & hoc vario modo, prout variæ ſunt religiones. de hoc ibi, & per Tho. ſecunda ſecundæ.queſt. pen. artic.vij. & j.§.proinde. Secundò nota ibi, cunctis pateant. quòd curandum eſt de bono teſtimonio & opinione.de ſacra vnc. cap. vnico, §.ad exhibendum.

corum ſuppreſsis cæteris in regula expreſsiſſet. Cùm autem [a] natura termini reſtrictiui hoc habeat, quòd ſic excludit ab ipſo extranea, quòd cuncta ad ipſum pertinentia concludit: † Declaramus & dicimus quòd dicti fratres nõ ſolùm ad illa tria vota nudè & abſolutè accepta ex profeſſione ſuæ regulæ obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda quæ ſunt pertinentia ad hæc tria prædicta quæ regula ipſa ponit.

Nam ſi ad hæc tria prædicta tantùm præcisè & nudè promittentes ſe ſeruare regulam viuendo in obedientia, caſtitate, & ſine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula quæ hæc tria modificant, arctarentur: pro nihilo & vanè proferentur hęc verba, Promitto ſemper hanc regulam obſeruare: ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur. Nec tamen putandum eſt quòd beatus Frãciſcus profeſſores huius regulæ quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa intenderit æqualiter eſſe obligatos: quin potius apertè diſcreuit quòd quo ad quædam ipſorum ex vi verbi tranſgreſsio eſt mortalis, & quo ad quædam alia non: cùm ad quædam ipſorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem, & quo ad aliqua verbis aliis ſit contentus. Item quia [b] præter ea quæ expreſsè verbo præcepti ac exhortationis ſeu monitionis ponuntur in regula, nonnulla verbo imperatiui modi negatiuè vel affirmatiuè appoſito inſeruntur, hactenus extitit dubitatum an tenerentur ad iſta vt ad habentia vim præcepti. Et quia (vt intelleximus) non minuitur hoc dubium, ſed augetur ex eo quòd felicis recordationis Nico. papa tertius † prædeceſſor noſter noſcitur declaraſſe, quòd fratres ipſi ex profeſsione ſuæ regulæ ſunt adſtricti ad ea conſilia euangelica, quæ in ipſa regula præceptoriè vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur, & nihilominus ad eorum omnium obſeruantiam quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatoriis indicuntur: ſuppli- A cauerunt prædicti fratres vt ad ipſorum conſcientias ſeruandas † declarare quæ horũ cenſeri debeant præceptis æquipollentia ac obligatoria, dignaremur. Nos itaque qui in ſynceris horum conſcientiis delectamur: attendentes quòd in iis quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graues remorſus conſcientiæ, pars ſecurior eſt tenenda †: dicimus quòd licet fratres non ad omnium quæ ſub verbis imperatiui modi ponuntur in regula, ſicut ad præceptorum ſeu præceptis æquipollentiũ obſeruantiam teneantur, ex- B pedit tamen ipſis fratribus ad obſeruandam puritatem regulæ & rigorem, quòd ad ea ſicut ad æquipollentia præceptis ſe nouerint obligatos, quæ hic inferius annotantur. Vt autem hæc quæ videri poſſunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ de qua agitur, ſeu ex vtroque, ſub compẽdio habeantur: declaramus quòd illud quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas quàm vnam cum caputio, & aliam ſine caputio: Item de non portandis calceamentis, & de non equitando extra caſum neceſsitatis: Item quòd fratres vilibus induantur: Item quòd ieiunare à feſto omnium ſanctorum vſque ad na- C talem domini & in ſextis feriis teneantur: Item quòd clerici faciant diuinum officium ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ eccleſiæ: Item quòd miniſtri & cuſtodes pro neceſsitatibus infirmorum, & fratribus induendis ſolicitam curam gerant: Item quòd ſi quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debẽt ei ſeruire: Item quòd fratres non prædicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cùm ab eo illis fuerit contradictum: Item quòd nullus audeat penitus populo prædicare, niſi à generali miniſtro, vel aliis quibus ſecundum declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc inſtitutus: Item quòd fratres qui cognoſcent ſe non poſſe præmiſſam regulam ſpecialiter obſeruare, debeant & poſsint ad ſuos miniſtros recurrere: Item quòd omnia quæ ponuntur in regu- D la ad formã habitus tam nouitiorum quàm etiã profeſſorum, necnon ad receptionis modum ac profeſsionem ſpectantia, niſi recipiẽtibus quo ad habitum nouitiorum (ſicut dicit regula) ſecundũ Deum aliter videatur: Hæc, inquam, omnia [c] ſunt à fratribus tanquã obligatoria obſeruanda. Item ordo [d] communiter ſenſit, tenet & tenuit ab antiquo, quòd vbicunque ponitur in regula hoc vocabulum, teneantur, obtinet vim pręcepti. & obſeruari debet à fratribus ſicut tale. Cæterũ [e] quia Chriſti confeſſor prædictus, agendorũ ac ſeruandorum circa recipiẽdos ad ordinem, miniſtris & fratribus modum præbens, dixit in regula quòd caueant fratres & eorum miniſtri, ne ſint ſoliciti de rebus ſuis temporalibus, vt liberè faciãt de eis quidquid ipſis à domino fuerit inſpiratum: licentiam tamen habeant ipſi miniſtri mittendi eos ad aliquos

† Per l.obas. Co.de prædiis mi. ibi Salic. Bar.l.ſerui nomine.ff. de vſu cap. etiam ſi cõſtitutio eſſet pœnalis.gl.Sali. l.fin. C.de reuo.don. aut ſi ſolũ eſſent pertinentia.de cõſuetudine.Bart.l. viros.C.de diuer.offi. li.12.vnde conceſſo tibi quod capias mutuo vſq; ad cẽtum tantũ, potes capere ad cambium: quia ita cõſuetũ eſt.Pontanus conſil. 114.Font.

† Aliàs iiij. Hic Nicolaus papa 4.fuit miniſter generalis in ordine minorũ, vt patet in chronicis. Et loquitur iſte textus dec. Exiit qui ſeminat.e. titu.lib.6. vbi emendatiores libri habent quartus, & nõ tertius.

† Aliàs ſerenãdas, id eſt clarificãdas, ſiue ad ſerenitatem & trãquillitatem deducendas.

† Ca. conſiliũ & ibi glo.de obſer.ieiu. c. iuuenis.de ſpon.ca.in lectũ. 34. q. 2. facit ſim. Hippo. 151. ibi allegatur Feli.ca.audiu.antepe. de præſcri. Font.

aliquos Deũ timentes, ſi conſilium requiratur, quorũ conſilio ſua bona pauperibus erogentur: dubitauerunt & dubitant multi fratrum an liceat ipſis de bonis ingredientium quicquam recipere ſi donetur, & ſi ad dandum perſonis & conuentibus poſsint eos inducere ſine culpa: ſi etiam ad diſponendum de diſtributione rerum talium debeant ipſi miniſtri ſeu fratres dare conſilium, vbi ad conſulendum alij quàm ex ipſis ad quos ingreſſuri mittantur, poſsint idonei inueniri. Nos autem conſiderantes attentè intendiſſe ſanctum Franciſcum ſuæ regulæ profeſſores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab effectu temporalium rerum ipſorum ingredientium per dicta verba ſpecialiter & totaliter elongare, vt quantum eſt ex parte fratrum ipſorum, receptio ad ordinem ſancta & puriſsima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, ſed ad ipſos tantum diuino ſeruitio mancipandos: dicimus decætero debere tam miniſtros quàm fratres cæteros à dictis inductionibus ad ſibi dandum, & ſuaſionibus, necnon & dandis circa diſtributionem conſiliis abſtinere, cum per hoc ad timentes Deũ ſtatus alterius mitti debeant, non ad fratres, vt verè cunctis pateant eſſe tam ſalubris inſtituti paterni ſtudioſi zelatores ſeduli & perfecti. Cùm verò [a] facere de rebus ſuis quod dominus inſpirabit, ipſamet regula ingredientibus liberum velit eſſe: non videtur quin liceat eis recipere, conſideratis ſcilicet eorum neceſſitatibus, & moderaminibus declarationis iã dictæ, ſi quid de bonis ſuis intrans ſicut & cæteris pauperibus per modũ eleẽmoſynæ liberè velit dare. Cauere tamen in acceptione oblatorum taliũ decet fratres, ne ex receptorum quantitate notabili præſumi poſsit ſini-

a *Cum verò.* hic de eadem declaratione Nicolai iij. ſupra §.item quia. Nota quòd quantitas notabilis facit illicitum quod aliàs licet. ſic de reſcript. ſtatutum. §.inſuper. libr. vj. Secundò not. quòd ex futuris præſumitur circa preteritum. nam hic vetat accipi notabilem quãtitatem etiam gratis, ne præſumatur ꝙ moti fuerint ad recipiendum iſtũ, quia oculum habuerũt ad ei⁹ bona temporalia. ſic xxxiij. q. ij. cum per bellicã. in fi. vbi glo. & de multiplici præſumptione ſcribã in gloſ. fi. Quæro, quia hic & in §. præcedẽti dicitur quòd fratres non ſint ſoliciti de bonis temporalibus eius qui recipitur ad ordinem, licet poſsit ipſe dare fratribus de ſuis bonis per modũ eleẽmoſynæ, quid ſi ingreditur nõ facta diſpoſitione de bonis ſuis? Sol. Quidquid ſit de aliis medicãtibus, de quo not. de proba. in præſentia. quo ad fratres minores dic quòd nihil habebunt fratres. dicitur enim in regula quòd volẽtibus ingredi dicatur quòd vendant omnia ſua, & ſtudeant pauperibus erogare. & ſic fuit intentio beati Franciſci, quòd non recipiantur niſi pri⁹ diſpoſito de bonis ſuis. quod ſi nõ fuit factum, dic ꝙ tranſeant bona ad veniẽtes ab inteſtato. nam ſolus vnus modus permittitur fratrib⁹ habendi de bonis illius, ſcilicet ſi ille cõtulit per modũ eleẽmoſynæ, vt hic, ergo alij prohibẽtur. ff. de iudi. cũ pretor. de præſump. nõnne. pro hoc quod dico, j. §. proinde. q. ij.

*Præſumitur ex futuris circa præterita.*

*Si religionem quis ingreditur nõ diſpoſito de bonis, quid fiet de illis?*

b *Præterea.* hic de veſtibus fratrũ. declarauit in dicto ca. exiit. §. licet autem. ibi dicitur quòd de licentia miniſtrorum & cuſtodum coniunctim & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſsis poſsint fratres vti pluribus: ipſi autem miniſtri & cuſtodes licentiam concedant cum eis videbitur, penſatis neceſsitatibus & aliis circunſtantiis, quę ſecundũ Deum & regulam attendẽdæ videtur. pro hoc infrà §. prox. vbi vilitas attenditur ſecundum conſuetudinem patriæ, & arbitrium miniſtrorum & cuſtodum.

c *Vilitatem.* de eodem nota quòd vilitas rei cõſideratur ex pluribus. in eo autem quòd dicit vilitatem attendi ſecũdum

ſter oculus contra ipſos. Preterea [b] cum dicatur in regula, quòd illi qui iam promiſerunt obedientiã, habeant vnã tunicam cum caputio, & aliã ſine caputio, qui habere voluerint: Item quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induãtur: Nos qui prædicta verba declarauim⁹ æquipollere pręceptis, volentes hæc determinari plenius, dicimus quãtum ad numerum tunicarũ, quòd pluribus vti non licet, niſi in neceſsitatibus, quę haberi poſſunt ex regula, ſecundũ quòd hũc paſſum memoratus prædeceſſor noſter plenius declarauit. Vilitatem [c] autem veſtium tam habitus quàm interiorum tunicarum, illam intelligi debere dicimus, quę ſecundum conſuetudinem vel conditionem patriæ debeat quantũ ad colorem panni & pretium vilitas merito reputari. non enim quo ad regiones omnes poteſt determinatus vnus modus in talibus aſſignari. Huiuſmodi etiam vilitatis iudicium miniſtris & cuſtodibus ſeu guardianis duximus committẽdum, eorum ſuper hoc conſcientias onerantes, ita tamen, quòd ſeruẽt in veſtibus vilitatem. Quorum [d] etiam miniſtrorum, cuſtodum, & guardianorum iudicio eodem modo relinquimus pro qua neceſsitate poſſint ipſi fratres calceamenta portare. Deinde [e] cum duobus temporibus annotatis in regula, ſcilicet à feſto omniũ ſanctorum vſque ad natiuitatem domini, & maximè quadrageſimæ, in quibus ieiunare tenentur, inſeratur in eadem regula, Aliis autem temporibus non teneantur niſi ſexta feria ieiunare: & ex hoc voluerint aliqui dicere quòd dicti ordinis fratres non tenentur niſi ex condecentia ad alia ieiunia quàm ad iſta: declaramus debere intelligi eos non teneri ad ieiunium aliis temporibus præterquam in ieiuniis ab eccleſia conſtitutis. non eſt enim veriſimile

conſuetudinẽ patriæ, pro hoc. xciij. diſt. legimus. vltra medium. ibi, priuilegium &c. Secundò not. ꝙ in iudicãdo vilitatem attẽditur reputatio. de hoc s. in proximo notabili, ſic etiam in æſtimando pretiũ rei, attenditur reputatio nõ ſingulorum, ſed cõmunis. ff. ad le. Fal. pretia. in prin. Tertiò no. ꝙ quandoq; ſpecialiter oneratur conſciẽtia commiſſarij, vt hic. Et an hoc caſu poſsit cõmittere vices ſuas, dixi s. de conceſ. præben. cle. vnica. in princ. q. vj. Quartò not. ꝙ hoc de vilitate veſtiũ nõ indiſtinctè committitur miniſtris & cuſtodibus, quia non poſſunt cõcedere ꝙ vtantur nõ vilibus, ſed habẽt declarare quę cenſeãtur viles. tamẽ ſi declarẽt cenſeri viles eas quę eſſent manifeſtè pretioſæ, talis declaratio nõ excuſaret fratres talibus vtentes. ſic nec p̃ceptũ iniuſtũ excuſat. de tẽpo. ordi. ad aures. immo nec cõpulſio ſuperioris. de exceſ. prel. tanta. xxxij. q. v. ita ne. & quod hic de vilitate relinquitur arbitrio miniſtrorũ & cuſtodũ, extenditur ꝑ Extrauag. Io. xxij. quorundã. ad lõgitudinem, latitudinem, groſsitiem, & ſubtilitatẽ, & quo ad formã & figurã & ſimilia accidẽtia, quę omnia relinquũtur arbitrio prædictorum.

*Vilitas habitus choragiorum committitur arbitrio miniſtrorum.*

d *Quorum.* hic de calceamentis.

e *Deinde.* Hic de ieiuniis eorũ. No. ibi, ſexta feria. ꝙ licet exceptio vni⁹, aliorũ ſit incluſio, quia exceptio firmat regulã, vt dixi s. cũ autẽ, in primo notabili, tamẽ ſi per alia iura de illo erat diſpoſitũ, non tollitur illa diſpoſitio. [a] licet enim hic dicat, & aliis tẽporibus quã à feſto omniũ ſanctorũ vſque ad natiuitatẽ, vel in quadrageſima fratres non tenẽtur ieiunare, niſi ſexta feria: nõ per hoc includitur quòd poſſint non ieiunare in ieiuniis ab eccleſia inſtitutis. eſt ergo tantum ſenſus ꝙ ad ieiunia alia extra ſextam feriã nõ tenentur ex præcepto regulæ, & ſic non plus quàm alij. ſed ad ieiunium ſextæ feriæ tenentur plus quàm alij. de obſer. ieiu. c. fin. Secundò no. arg. à veriſimili. ff. quod met. cau. nõ eſt veriſimile. de proba. cum de ætate. de teſtibus, ob carmẽ. §. fin. de reg. iur. l. in obſcuris. de præſump. quia veriſimile. Tertiò no. ꝙ inductũ ad augẽdũ nõ debet operari diminutionẽ: & idem

*Exceptio firmat regulam.*

*a Facit ad literas, & ibi Panor. de reſtitu. ſpoli. vide Decium in l. 1. ff. de re. gu. iur. & ſcribentes reputant iſtum tex. hic ſingularem. Fe.*



quòd eſt inſtitutor regulæ, vel etiam confirmator abſoluere ipſos intenderit à ſeruandis illis ieiuniis ad quæ de communi ſtatuto eccleſiæ obligantur cæteri Chriſtiani.

Porrò [a] cum dictus ſanctus volens fratres ſuos ſuper omnia à denariis ſeu pecunia eſſe totaliter alienos, præcepe rit firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam: illumq́ue articulum declarans idem prædeceſſor noſter, caſus & modos poſuerit [b] quibus ſeruatis à fratribus non poſsint dici nec debent per ſe vel per alium pecuniæ receptatores contra regulam, vel ſui ordinis puritatem: dicimus fratres teneri cauere ſummopere quòd pro aliis cauſis, & ſub modis aliis quàm ponat dicti prædeceſſoris noſtri declaratio, ad dantes pecunias ſiue deputatos nuntios non recurrant: ne ſi ſecus ab ipſis attentatum fuerit, tranſgreſſores præcepti & regulæ meritò poſsint dici. Nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur: quod expreſsè non conceditur, intelligitur denegatum. Quocirca quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarum receptio in eccleſia, vel alibi cippi vel trunci [c] ordinati ad offerentium ſeu donantium pecunias reponendas, necnon & quicunque recurſus alius ad pecunias, ſeu habentes ipſas, qui per declarationem prædictam nõ conceditur, hæc inquam omnia ſunt eis ſimpliciter interdicta. Cum etiam [d] recurſus ad amicos ſpeciales expreſsè tantùm in duobus caſibus ſecundum regulam cõcedatur, videlicet pro neceſsitatibus infirmorũ, & fratribus induendis, idq́ue

idem econuerſò. ff. de adimen. leg. legata inutiliter. de condi. & demonſt. cum tale. §. ſi. quia idem non operatur cõtrarios effectus. de iureiur. intellecto. regula, quod ob gratiam. li vj. Quartò not. ꝙ ad ieiunia indicta ab eccleſia, oes Chriſtiani obligantur. de obſer. ieiu. conſilium. §. cũ autem. quod declaro ibi. q. j. & ij. & dixi s. de here. ad noſtrum. §. ij. q. j.

a *Porrò.* hic de non recipienda per eos pecunia.

b *Poſuerit.* dicto c. exiit. §. cæterum. vbi determinat quòd non licet eis mutuũ contrahere. ſed ſi qs vult ſuccurrere, poſſunt ſe offerre quod volũt fideliter laborare vt ei ſatisfiat. & hoc malè ſeruatur, quia ſępè contrahũt mutuum. Declarantur ibi & quędam alia, ſed præcipuum eſt quòd fratres nõ recipiant niſi pecuniã, ſed tamen quod dare poſſunt aliquẽ eis notum cui per eum qui vult eis facere eleẽmoſynam, committatur executio, dominium tamẽ ac proprietas ac poſſeſsio pecunię remanet penes dãtem cũ libera poteſtate reuocandi vſq; ad conuerſionem ipſius in rem deputatã. & dic plenius in d. cap. & duobus ſeq.

c *Cippi vel trunci.* vel pro id eſt. & eſt cippus lignum inornatum & magnum, & perforatur vt cedat loco capſæ. hæc tamen malè ſeruant fratres. Nota differentiam inter denarios & pecuniã, quia denarius eſt qui pro decem nũmis olim computabatur. pecunia verò propriè eſt ſubſtantia de pecoribus proueniẽs. tamẽ hoc hodie cõmuniter accipitur ꝓ eodem, & ideo expone literã ibi, denarios vel pecuniã, vel pro id eſt. & hic nomine denariorũ cõtinetur omnis moneta magna vel parua, aurea vel argentea, vel alterius generis. & hoc, quia fauorabile eſt ſic intelligi, & quia indiſtinctè loquitur: licet nummis legatis veniant exiguiores tantùm. ff. de leg. iij. nummis. Secundò nota ꝙ id quod per me non licet, nec per interpoſitam perſonam. regula, qui per alium. li. vj. Tertiò no. quòd in iis quę generaliter prohibentur, omnia intelligũtur prohibita quæ non inueniũtur cõceſſa. de hoc de tranſla. c. ij. ver. ſed neq;. in gloſ. argumentum. vt ibi dixi.

*Pecunia et denarius differunt.*

d *Cum etiam.* de eodem cum præcedenti.

e *Occurrentes.* pro quibus ſubuentum fuit ab aliquo cui habent fratres procurare vt reddatur pecunia, & ſic dicuntur neceſsitates non ingruentes, id eſt imminẽtes de præſenti, ſed iam præteritę. tamen quo ad hoc quod hic dicitur, idem

piè & rationabiliter conſiderata neceſsitate vitæ ad alias neceſsitates fratrum pro tempore occurrentes [e] ceſſantibus eleẽmoſynis, ſeu etiam ingruentes, ſæpedictus prædeceſſor noſter duxerit [f] extendendum: attendant fratres præfati quòd pro nullis cauſis aliis quàm prædictis vel ſimilibus [g] in via vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiuſmodi, ſiue ſint dantes pecunias, ſeu deputati per ipſos, ſiue nuntij vel depoſitarij, ſeu alio quouis nomine appellentur, etiam ſi conceſsi per eandem declarationem modi [h] circa pecuniam integrè ſeruarentur. Denique cum idẽ confeſſor ſummè affectauerit ſuæ regulæ profeſſores totaliter [i] eſſe abſtractos ab affectu & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia, & eius vſus totaliter expertes, ſicut probat prohibitio de recipiẽda pecunia, in regula ſæpius repetita: [k] curare fratres vigilanter neceſſe eſt, quòd cum ex cauſis prædictis & modis ad habentes pecunias deputatas pro ipſorum neceſsitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipſas, quicunque hi fuerint, principales vel nũtij: in omnibus ſic ſe gerant, quòd ſe cunctis oſtendant in dictis pecuniis (ſicut nec habent [l]) penitus nil habere. Quapropter [m] præcipere ꝙ & qualiter pecunia expendatur, computumq́ue exigere de expenſa, eam quomodocunque repetere, ſiue deponere aut deponi facere capſulam pecuniæ, vel eius clauẽ deferre, hos actus & conſimiles ſibi fratres illicitos eſſe ſciant. Prædicta enim facere ad ſolos dominos pertinet qui dederunt, & eos quos ipſi deputauerunt ad hoc ipſum.

Proinde [n] cum vir ſanctus,

in vtriſque, vt probat quod ſequitur.

f *Duxerit.* eo. c. exiit. §. porrò. in fi.

g *Vel ſimilibus.* neceſſariis, non voluptariis, declaratur autẽ in d. §. porrò, quòd in iis quæ ſunt neceſſaria ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſpiritale ſtudium, conceſſus eſt fratribus vſus neceſſariarum rerum. & hæ cauſæ videntur generaliter omnes neceſsitates cõprehendere. tamẽ quia quędã etiam ſunt eis neceſſaria quæ non pręcisè concernunt cauſas præmiſſas immediatè, ideo hic adiecit quòd etiam hoc eis liceat ꝓ cauſis ſimilibus: vt ſi dũ tranſeant de loco ad locum ex cauſa ordinis, non permittuntur in certo loco tranſire niſi ſoluant pedagiũ. licet enim non debeant ad hoc cogi, tamen ex quo de facto cogũtur, licitũ eſt eis acquirere per eleẽmoſynã, vt ſoluant: ne impediantur ꝓ hoc quod in via ſequitur &c.

h *Modi.* vt quòd ipſi non recipiant nec adminiſtrent. ꝓ hoc quod dixi. s. §. porrò. ſuper litera. & j. §. proxi.

i *Totaliter.* nam hic ordo fundatus eſt in maxima paupertate. s. §. cæterum.

k *Repetita.* s. ij. §. proximis.

l *Nec habent.* vnde cõtra tales nõ habẽt actionẽ nec ꝓſecutionẽ in iudicio, nec extra. d. c. exiit. §. cæterũ. & j. proxi. §.

m *Quapropter.* No. ſingulariter quòd in pecunia non eſt dare poſſeſsionem ſeparatam à dominio. quod probat litera in eo quod dicit, ad ſolos dominos vel eorum cõmiſſarios ſpectare hæc quæ hic enumerantur. & eſt ratio, quia pecunia facilè fit noſtra. vnde etiam aliena mihi mutuata ꝑ nõ dominum, per commiſtionem cũ mea, fit mea, ſi bona fide accepi. ff. de ſolut. ſi alieni. quod eſt ſingulare. & eſt hoc propter ſingularia præcepta pecuniæ numeratæ. ff. ſi cer. pe. l. ſingularia.

*Poſſeſsio in pecunia non eſt à dominio ſeparata.*

n *Proinde.* hic de paupertate & humilitate ipſorũ. Et numeratis nouẽ exceſsibus prouidet de primo, deinde ꝓuidet de aliis in §. ſeq. No. ꝙ fratres minores non habeant proprium nec in ſpeciali nec in cõmuni. & hoc nõ videtur ſpeciale in eis, ſed locũ habet etiã in aliis mendicãtibus, vt in prædicatoribus & ſimilib⁹, quia ex regula nõ licet habere redit⁹ aut poſſeſsiones, ſed per quæſtũ publicũ victum tribuere ſolet incerta mẽdicitas. de reli. do. c. vnico. lib. vj. tamẽ nõ in omnibus æquiparãtur. Nam prædicatores habẽt aliqua in communi quo ad proprietatẽ, vt in extraua. Io. xxij. quia quorũdam

paupertatis prmiſſæ in regula modum exprimens dixerit in eadem, Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, ſed tanquam peregrini & aduenæ in hoc ſeculo, in paupertate & humilitate domino famulantes vadant pro eleëmoſyna confidenter: ſicque declaratum extiterit per nonnullos prædeceſſores noſtros Romanos pontifices hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali quàm etiam in communi, propter quod & rerum omnium conceſſarum, oblatarum, & donatarum fratribus (quas & quarum vſum, facti ſcilicet, ordini vel ipſis fratribus licet habere) proprietatem & dominium in ſe & Ro. ecc. receperunt, dimiſſo ipſis fratribus in eis tantummodo vſu facti ſimplicis: Ad noſtrum fuerunt deducta examen quæ in ordine fieri dicebantur & videbantur prædicto voto & puritati ordinis repugnare, videlicet vt ea proſequamur ex ipſis quæ remedio credimus indigere, quòd ſe inſtitui hæredes non ſolùm ſuſtinent, ſed procurāt. Item quòd reditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quòd conuentus habentes totaliter inde viuunt. Item quòd cum ipſorum negotia etiā pro rebus temporalibus

B

in curiis agitantur, aſsiſtunt aduocatis & procuratoribus, & ad inſtigandum eoſdem ſe ibidem perſonaliter repręſentant. Item quòd executiones vltimarum ſuſcipiunt † volūtatum, & gerunt, ſéque intromittunt quandoque de vſurarum vel malè ablatorum diſpoſitionibus ſeu reſtitutionibus faciendis. Item quòd alicubi non ſolùm exceſsiuos hortos, ſed etiam vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus quàm de vino multum colligitur ad vendendum. Item quòd temporibus meſsium vel vindemiarum ſic copioſè granum & vinū mendicando, vel aliunde emendo colliguntur à fratribus, & in cellariis & granariis reconduntur, quòd per anni reſiduum abſque eorum mendicatione poſſunt tranſigere vitam ſuam. Item quòd eccleſias vel alia ædificia faciunt vel procurant fieri in quantitate & curioſitate figuræ & formæ, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſsiua, ſic quòd nō

C

videntur habitacula pauperum, ſed magnatum. Paramenta etiam eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habēt & tam notabiliter pretioſa, quòd excedunt in his magnas eccleſias cathedrales. Equos inſuper & arma eis oblata in funeralibus recipiunt indiſtinctè. Tamen communitas fra-

A

dam. §. præterea. hic autem dicitur generaliter quod fratres minores nihil ſibi approprient, & quod hæc appropriatio intelligitur tam in ſpeciali quàm in communi. differunt & in aliis. quod dic plenius vt infra. q. j. in ſolutione tertiæ rationis. Secundò no. in verſic. cum enim. quòd ex exterioribus actibus repræſentatur mentis diſpoſitio. de præſum. ex ſtudiis. quod tamē propriè nō colligitur hic, ſed poti⁹ colligitur ꝙ is qui vult eſſe rectus in mēte hoc indicet ex operibus. nā ex fructibus eorū cognoſcetis eos. Matt. viij. de reg. iur. c. ij. Tertiò no. quòd fratres minores nō ſunt capaces ſucceſsionū, ſed legatorū ſic, niſi fiat in fraudem. de hoc j. q. ij. Quęro in eo quod dixi in primo no. quòd fratres minores non habēt propriū nec in ſpeciali nec in cōmuni, an hoc ꝓcedat quo ad omnia? Antequā veniam ad argumenta, ſciendū eſt ꝙ hęc quæſtio ſcrupuloſa eſt, & peperit in eccleſia Dei pernicioſos effectus, præcipuè tempore Io. papę xxij. quia nōnulli magiſtri ſacrę paginæ verbis & ſcriptis niſi ſunt oſtendere quòd fratres prędicti etiā in rebus vſu conſumptibilib⁹ habent tantùm ſimplicem vſum facti, & quòd hęc eſt altiſsima paupertas in qua ſunt fūdati, & quòd hæc etiam fuit vita Chriſti & apoſtolorum, dicentes quòd ꝑfectioni vitę Chriſti & aliorum perfectorum non eſt conſonum aliquid habere proprium, ſed ſolum facti vſum. &

*Fratres minores an nihil proprij poſſint habere.*

inter ipſos fuit Marſilius de Menandrino Paduanus, de quo memoraui de electio. venerabilem. ver. verum. qui multis rationibus & auctoritatibus prædicta confirmat in libris quos allegaui in dicto ver. verum. Ipſe autem Ioan. xxij. in extrauangant. cum inter nonnullos. declarauit quòd aſſerere pertinaciter quòd redemptor noſter & eius apoſtoli non habuerunt ius vtendi in iis quæ ſacra ſcriptura eos habuiſſe commemorat, & illa vendendi ſeu donandi, aut ex ipſis alia acquirendi, eſt hæreticum. & idem Ioan. xxij. in extrauagan. quia quorundam. latè proſequitur hæc, reſpondendo rationibus quas tenentes contrarium adducebant. & in eadem extrauagan. dicitur quòd in iis quæ ſunt vſu conſumptibilia, fratres minores habent ius vtendi. & idem dicitur in extrauagan. eiuſdem Ioan. ad conditorem. quia non eſt poſsibile quòd ſit vſus facti licitus ſine iure vtendi. & quia illi magiſtri qui tenuerunt contrarium, vſi ſunt rationibus apparentibus, habuerunt ſequaces multos. vnde ſecutum eſt quod adhuc hodie eſt magna multitudo quæ dicitur Fratricellorum, qui ex hoc errore lapſi ſunt in alios, dicentes quod à tempore illius Ioan. xxij. quem damnant ꝓpter prædictas extrauagantes tanquam hæreticum, nō fuit aliquis verus pontifex, & alia multa nefaria dogmatizant, & in his ſi comprehenduntur per epiſcopos, perſiſtunt etiam permittentes ſe comburi, vt vidi Florentiæ. vnde ſæpe cogitaui quod vtile eſſet quòd eccleſia Romana permitteret liberè de hoc diſputari, an Chriſtus habuerit, vel non habuerit, vel habere potuerit proprium, vel non potuerit: &

*Fratricellorū error.*

ſimiliter de vita fratrum minorum, an poſsint aliquid habere proprium, cum in hoc non verſentur articuli fidei. ex tali enim libertate occurreretur eorum erroribus, qui fortè de facili corrigerentur in aliis, nec per hoc etiam ſi diceretur quod Chriſtus non habuerit proprium aliquid, inferri poſsit contra proprietatem eccleſiæ Romanæ, cum multa ſint & in aliis immutata, prout viſum fuit ſanctis patribus ſecundum exigentiam temporum.

Sed interea ſtantibus illis extrauagantibus & hac conſtitutione, & conſtitutione capit. exiit. videamus aliqua de quæſtione. Et videtur quòd fratres habeant quo ad omnia ſolùm ſimplicē vſum facti, per cap. exiit. §. porrò. vbi dicitur quòd in rebus tēporalibus eſt conſiderare proprietatem, poſſeſsionem, vſumfructum, ius vtendi, & ſimplicem facti vſum. & quòd vltimò tanquam neceſſariò eget vita mortalium, licet primis carere poſsit, & quòd condecens eſt huic ꝓfeſsioni quæ ſpōte deuouit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi neceſſario vſu fore contentam. Secundò ad idē inducitur hæc litera, in eo quod dicit quòd rerum conceſſarum fratribus licitum eſt eis habere ſimplicem vſum facti, & quòd dominium & proprietas eſt penes eccleſiam Romanam. Tertiò, quia fratres iſti profitentur altiſsimam paupertatem. de exceſs. prælat. nimis. ij. & ſic talem qua nulla maior dari poteſt. ſupra. §. cæterum. vbi dixi in j. not. Maior autem eſt paupertas quæ nihil ſibi appropriat, quàm quæ habet aliquid proprij. Quartò, quia in eorum regula ponitur in principio, Regula & vita minorum hæc eſt, ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangelium obſeruare, viuen-

*† An ipſi poſſint eſſe teſtes in vltimis voluntatibus. Gui. in deciſio. Delphinat⁹. q. ccccxvij. tenet quòd ſic per gl. §. cogitandū. authen. de mon. colla. l. licet Faber §. teſtes. inſtitu. de teſta. dicat cōtrariū. Et idē Gui. queſt. cccxxij. dicit ꝙ poſſint inſtitui hæredes. Font.*

D

do in obedientia ſine proprio, & in caſtitate. ex quibus verbis videtur quòd beatus Franciſcus voluerit quòd fratres obſeruarent conſilium euangelij traditum illis qui volunt eſſe perfecti, de quo Matthęi xix. Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thezaurum in cælo. Quintò ad idem infra §. dicere. vbi dicit quòd temerarium eſt aſſerere quòd ſit hæreticum dicere vſum pauperem includi vel non includi ſub voto euangelicæ paupertatis. & videtur velle quòd ſub voto euangelicæ paupertatis includitur vſus pauper. Sextò inducitur Matth. x. vbi Chriſtus dicit Apoſtolis, Nolite poſsidere neque aurum, neque argentum, neque pecuniam, neque peram, neque duas tunicas, neque calceamenta & cet. Item Matt. xix. apoſtoli dixerunt ad Ieſum, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Item ipſe redemptor de ſe dixit Matth. viij. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Ex quibus & ſimilibus auctoritatibus & rationib⁹ quæ ad hoc inducuntur, nitūtur aliqui inferre quòd perfectiſsima vita ſit carere omni proprio, & habere ſolùm ſimplicē vſum facti, & quòd hæc fuerit vita quā Chriſtus docuit verbo & exē-plo

*Aurum & argentum prohibetur à domino poſsideri.*



trum & ſpecialiter rectores ipſius ordinis aſſerebāt quòd prædicta ſeu plura ex ipſis in ordine non fiebant: quòd & ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniuntur, necnon contra talia ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multum ſtricta. Cupientes igitur nos ipſorum fratrū prouidere conſcientiis, & cuncta dubia (quantum poſsibile nobis eſt) de ipſorum pectoribus remouere, ad prædicta modo qui ſequitur reſpondemus. Cùm enim ad verita-

B

tem vitæ pertineat, vt id quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræſentet, neceſſe habent fratres qui ſe expropriatione tāta à temporalibus abſtraxerunt, ab omni eo quod dictæ expropriationi eſſet vel poſſet videri contrarium, abſtinere. Quia igitur in ſucceſsionibus tranſit non ſolùm vſus rei, ſed & dominium ſuo tempore in hæredes, Fratres autem præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere vel eorum ordini poſſunt, etiam in cōmuni: declarando dicimus quòd

A

plo firmauit, vt dicitur in eodem capitu. exiit. §. porrò. In contrarium ſunt rationes quæ ſiunt in extrauagan. prææallega. ad conditorem. & in extrauagan. quia inter nonnullos. & in eadem extrauagan. ad conditorem, determinatur quòd in bonis quæ in poſterum conferentur vel offerentur, vel aliàs quomodolibet obuenire continget fratribus ſeu ordini ſupradictis, nullum ius ſeu dominium acquiratur eccleſiæ Romanæ, cuius contrarium dicitur hic, vt dixi ſupra in rationibus partis contrariæ ratione ſecunda. Item videtur quòd nihil habere proprij, nō ſit ſummæ perfectionis, quia epiſcopi habēt propria. xij. quæſt. j. epiſcopi. ij. & capit. ſeq. & tamen ſtatus epiſcoporū eſt perfectior quàm religioſorum. de regula. licet. de renun. niſi. ad ſi. ex quibus colligitur quod ex vita epiſcopali ſurgit maior fructus & vtilitas quàm ex religione. Vnde monachus licitè poteſt eligi in epiſcopum. xviij. quæſt. j. cap. vnico. de elect. nullus. lib. vj. & quia in hoc habemus extrauagātes illas quibus eſt ſtandum in eo quod dicunt quòd in his quæ conceduntur fratribus ad vſum, ipſi fratres non habent ſimplicem vſum facti, immo habent ius vtendi: non expedit in hoc inſtare in pluribus rationibus. Sol. videtur dicendum quòd fratres nō habent aliqua propria, nec in communi nec in ſpeciali, ſed habent vſum facti non nudi, ſed facti iuſti & liciti, vt volūt dictæ extrauag. & ſic aliquo modo poſſunt dici aliquid habere propriū, ſcilicet ipſum vſum. Et ex hoc videtur quòd res vſu cōſumptibiles eorum propriè dici poſsint, quia neque naturali ratione neque ciuili hæ res recipiunt vſumfructum. inſtitu. de vſufru. §. conſtituitur. & ſic cum vſus non ſeparetur à dominio, videtur quòd eoipſo quòd poſſunt vti, debeant cenſeri habere proprietatem. Sed qui vellet ſatiſfacere tenentibus contrarium, dicere poſſet quòd licet in his rebus non poſsit conſtitui vſusfructus, propriè tamen cōſtituitur quaſi vſusfructus, & ſatisdatur de reſtituēdo tantundem in quantitate. d. §. conſtituitur. ff. de vſufru. earum rerum quæ vſu conſu. l. j. & ij. de pig. cap. fin. Item licet non poſsit dari vſus licitus ſine iure vtendi, tamen dici poſsit ꝙ hoc ius vtendi non eſt niſi quædam facultas quę non infert aliquid eſſe proprium. dicitur enim res propria, quādo quis poteſt de ipſa liberè diſponere vt vult per modos iure non improbatos. quod dixi de reſtit. ſpolia. olim. j. fratres autem non acceptant res vt velint poſſe diſponere vt volunt, ſed ad vſum tantùm facti, vt ſupra in j. & ij. ratione partis contrariæ, id eſt vt vtantur de facto in ſuas neceſsitates: qui tamen vſus non infert aliquam proprietatem, ſed vtuntur de licentia dantis. & dicemus quòd ipſe dans liberè poteſt id quod dedit, reuocare quouſque vtantur, & ſic dicendo ſaluaretur intentio illorū qui dixerunt fratres excludi ab omni proprio quoquo modo, nec eſſet aliqua abſurditas. ſed non video quòd in hoc ſit ſumma perfectio, ſed potius eſt contentio de verbis. Nam dummodo abdicauerint propria, ita quòd nihil dicant proprium quin parati ſint illud dimittere, nec veliat pro illo in iudicio contendere, non poteſt dici quòd habeāt proprium quod impediat perfectionem. vbi conſiderandum quòd abrenuntiatio proprij prout eſt in actu, non dicit perfectionem, ſed eſt inſtrumentum perfectionis, ſecundum ea quæ dixi de regula. ſanè. q. xiiij. & ſ. §. cæterum. ſed prout ex animo ſurgit, in hoc eſt perfectio, vt ſit homo paratus ſi opus fuerit omnia dimittere vel diſtribuere. de hoc per Tho. ſecunda ſecundæ. q. clxxxij. arti. vij. fratres tamē habent hāc expropriationē, ſeu habere debent vtroq; modo. In epiſcopis autē ſufficit ꝙ ſit vltimo modo. nec ex hoc dicūtur fratres eſſe in ꝑfectiori ſtatu, quia aliis reſpectibus epiſcopi ſunt perfectiores, tanquā per quos veluti alios regētes maior fructus prouenit in congregatione fidelium. imò & inter religiones non poteſt argui ꝙ vna ſit perfectior altera, ex eo ꝙ pauperior poſſet etiam alias excedere in iis quæ pertinēt ad obedientiā & caſtitatē, & tūc diceretur ſimiliter perfectior, quia id quod excedit in melioribus, eſt ſimpliciter melius. de hoc ꝑ Tho ij. ij. q. clxxxviij. art. vij. & dixi de regu. ſanè. q. xiiij. & ſeq. Et ſi dicatur ſaltem

*Chordigeri poſſunt dici habere aliquid proprium.*

C

D

cæteris paribus perfectior eſt ſtatus quando renuntiat quis omni proprietati: dic ꝙ etiam hoc conceſſo nihil reſultat contra ſuperius dicta. Et denique cū multū cogitaui, videtur ꝙ dummodo fratres minores abſtineāt à proprio, ita ꝙ non habeant poſſeſsiones immobiliū ex quibus fructus colligātur, nec inſuper habeant mobilia de quibus agāt tanquā domini contrahendo, ſed habeant ſolū ad vtendum, & quæ parati ſunt dimittere, vt proximè dixi, nihil refert interdicere quòd ipſi ſint domini locorū ſuorum ſuo modo, ſicut & alia collegia eccleſiaſtica, vel ꝙ ſint domini ſuorum librorum vel aliorū vtēſiliū: ſiue dicatur ꝙ habēt tātū vſum. nam etiā ſi dicantur domini, tamen impropriè dicūtur ſolū quo ad hoc, quia poſsint liberè vti. nec in hoc eſt vis niſi in verbo, niſi quo ad hoc ꝙ alij ſeculares vel religioſi nō mendicantes pro prædictis agere poſſunt in iudicio, ipſi autem fratres minores nō. j. §. verum. Illa verò diuerſitas, quæ turbauit mundū, videtur penitus exigua & nullius effectus quo ad fratres minores, an dicatur quod in iis quibus vtuntur, habeant ius vtendi, an verò dicatur ꝙ habeant vſum facti, quia vtroque modo ſaluatur perfectio ſtatus eorum. & conſiſtit hoc in ſola diſputatione reſpectu eius quod proximè dixi: nec eſt conueniens in hac religione quæ in ſimplicitate fundata eſt, his inſiſtere. ſufficit enim quòd ſibi nihil approprient, vt per hoc velint iudicio contendere, pro hoc d. c. exiit. §. cæterum. Ad contraria dic ad primam & ſecundam rationem, cum dicitur quòd habēt tantum vſum facti, dic quòd habent vſum tamen licitum, qui aliquo modo eſt iuris, nec proprerea dicitur non eſſe ſimplex vſus facti, quia in his in quibus vſus ſeparatur à dominio, habēt tantum vſum licitum. In aliis autem ſi dicis quòd habeant proprietatem, dic quòd non habent tāquam proprietatem, ſed in conſequentiam vſus. ſi autem dicis quòd non habēt proprietatem, ſed eſt concedentis donec vſi fuerint, tunc ceſſat ratio. Et licet extraua. prædictæ approbent primum dictum aliàs modum quòd habeant proprietatem propter inſeparabilitatē, non tamen multū in hoc refert, vt prædixi, quodcunq; teneatur. Ad tertiū cū dicitur, ꝙ ſunt in altiſsima paupertate: dic quòd non excludit hæc paupertas vſum neceſſarium modo nunc dicto. Item ca. nimis. præalle. loquitur etiam de prædicatoribus quos pariter dicit eſſe in altiſsima paupertate, & tamen fratres prædicatores habent aliqua in cōmuni quo ad proprietatem, vt in extrauag. quia quorundā. §. præterea. & dic aliqua vt ſunt horrea & cellaria, vt dicit ibi glo. Zen. quod dixi ſ. eo. §. in j. notabili. fratres verò minores in altiori paupertate ſunt in eo quod dicitur de pecunia. ſ. §. porrò. & quia nō habent proprietatem aliquam niſi vt præmdixi. ſ. ea q. Item non poſſunt capere etiam vt vendant. j. §. proxi. quod ſecus videtur de prædicatoribus, vt dico j. q. ſeq. c. fin. Ad quartum dic quòd obſeruant illud conſilium, vende omnia quæ habes &c. nā quando ingrediuntur, nihil ſecū afferūt, nec ex hoc aliquid fratribus obuenit niſi dederint eis intuitu eleëmoſynæ. ſ. §. cæterum. & §. cū verò. Ad quintum dic quòd vſus paupertatis includitur in voto perfectionis ſeruato vſu licito, vt ſ. hac. q. dixi. Ad ſextum dic quòd illud, nolite poſsidere neq; aurū &c. nō prohibet conſeruationē rerum ad tēpus & quo ad vſum. de quo per Tho. ſecunda ſecūdæ. q. clxxxviij. arti. vij. in fi. Ad illud, ecce nos reliquimus omnia, dic quòd facit ꝓ his quæ dixi. ſ. ea. q. ꝙ non ſit perfectio in hoc ꝙ reliquerūt, ſed in hoc ꝙ Chriſto adhæſerūt. vnde ſubiungitur, & ſecuti ſumus te. quod dixi de regu. ſanè. q. xiij. Ad illud, vulpes foueas habent &c. dic ꝙ non probat niſi quòd redēptor non habuit propriā domum, nō per hoc infertur quin habuerit aliqua propria, vt dicitur in extraua. cùm inter nōnullos. nam loculos habuit, Io. xij. & licet illi qui tenent vſum facti ſimplicem pertinere ad ſummam perfectionem, dicant quòd habuit ſolū quo ad vſum facti ſimplicem, vt conſeruaret ad caſum deficientiū neceſſariorū, contrarium tamē voluit. Nico. iij. in c. exiit. §. porrò. vbi dicit ꝙ in hoc Chriſtus aſſumpſit perſonā infirmorū, quod dic vt in d. extrau. quia quorundā. & de hoc per Tho.

*Fratribus minoribus optima per dominum Cardinalē datur doctrina, per quam non videbūtur proprietarij.*

*Fratres prædicatores habere poſſunt aliqua in cōmuni.*

ſucceſsionum † huiuſmodi quæ etiam ex ſui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia & immobilia ſe extendunt, (conſiderata ſui puritate voti) nullatenus ſunt capaces. Nec licet eis valorem hæreditatum talium vel tantam earum partem quòd præſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo & forma legati ſibi dimitti facere, vel ſic dimiſſa recipere, quin potius iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cumque annui[a] reditus inter immobilia cenſeantur à iure, ac huiuſmodi reditus obtinere paupertati & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt quòd prædictis fratribus reditus quoſcumque ſicut & poſſeſsiones vel eorum etiam vſum (cum eis non reperiatur conceſſus) recipere vel habere (conditione conſiderata ipſorum) nõ licet.

Amplius[b] cùm non ſolum quod malum eſſe dinoſcitur, ſed & omne quod ſpeciem[c]

Thom. in dicto artic. ſeptimo. in ſolutione. Et poteſt in hoc etiam dici quòd Chriſtus conſeruauit in loculis etiam pro diſtribuendo in pauperes: vt patet Ioan. xij. & hoc etiã non diſſonat religioni, immo conſonat: dum tamen conſeruatio iſta non ſit ita diuturna quòd per eam tollatur mendicitas. j. §. rurſus. Secundò quæro in eo quòd dixi in iij. not. quòd fratres non ſunt capaces ſucceſsionũ: an hoc ſit indiſtinctè verum? Sol. Bar. fecit quendam libellum qui dicitur minoricarum, in quo hæc & alia quamplura ſimilia proſequitur quæ non eſt ad propoſitũ attingere: niſi quatenus declaretur hæc litera. Quo ad quæſitũ autem dic quòd quæri poteſt, an ſint capaces ſucceſsionum vniuerſalium ex teſtamento. Item an ab inteſtato? De vtroque tamen modo ſatis hic deciditur quòd talium ſucceſſionum non ſunt capaces, & quòd etiam non debeatur eis æſtimatio, videtur ex eo quòd hic dicit, quòd etiam iure legati non licet eis dimitti valorem hæreditatum, vel tantam earum partem quòd præſumi poſsit hoc in fraudem fieri: & ſic ſi iure ſucceſsionis relinquitur, non tenet etiam quo ad æſtimationem. pro hoc. §. cæterum. & §. cum vero. quia non tranſeunt ad eos bona etiam eius qui profitetur eorum ordinem. de quo dixi in d. §. cum vero. quæ tamen bona tranſeunt ad religioſos aliarum religionum non mendicantiũ. de proba. in præſentia. ergo multo minus debent poſſe capere ab extraneis hæreditates vniuerſales. Et ſi dicatur ꝙ hoc caſu ceſſat ratio de qua in prædictis. §. quæ eſt, ne videantur habere oculum ad bona ingredientium: ſubeſt tamen ratio generalis de qua ibi, vt fratres ſint remoti ab affectu temporalium. nam ſi ſuccederent in hæreditate, tenerẽtur ad onera. d. c. in præſentia. & ſic oporteret eos implicari litibus, contra id j. §. verum. Et licet in hoc poſsit inſtari ex his quæ no. Bar. in minorica, & Bal. C. de ſacroſan. eccl. auth. ingreſsi. tamen hęc litera clarè hoc probat, quæ (vt prędixi) etiam iure legati prohibet fratres accipere valorẽ hęreditatum, vel tantã earum partem ꝙ præſumi poſsit hoc fieri in fraudem, & ſic reliquit vnum ſolũ caſum quãdo legatur eis aliquid de hæreditate quod non eſt tantũ, quòd poſsit præſumi in fraudem hoc fieri. omnis ergo alius modus eſt prohibitus per id quod dixi ſ. §. cum verò. Ad idem. ſ. §. porrò. & §. cum etiam. vbi ſolũ certi modi cõſequendi eleemoſynã permittuntur. Ad idẽ eſt. c. exiit. §. ad hæc. vbi permittit tantum quòd iure legati poſsit eis relinqui, & vltra hoc oportet quòd in legato non adiiciatur modus qui non ſit licitus fratribus. vnde ſi legatur fratribus vinea vel ager ad excolẽdum, vel domus ad locandum, vel ſimilia: à tali legato debẽt fratres abſtinere: vt ibi. ſecus ſi modus eſt licitus: vt quia legatur pecunia pro neceſsitatibus fratrum, vel domus, ager, vel vinea, vt per idoneas perſonas diſtrahatur, & pecunia in neceſsitates fratrum conuertatur. Si autem modus non fuit adiectus in legato, declaratur in eodem §. quòd valet legatum, & intelligitur relictum ſub modo licito. cùm ergo tantum de legato ibi permittatur, videtur aliud dicendum de vniuerſali ſucceſsione. Et ſi dicatur quòd eodem modo deberet valere inſtitutio vniuerſalis, ſi adiectus eſt modus licitus quòd bona diſtribuantur, & pecunia in eorũ vſus conuertatur, vel etiam ſi nullus eſt adiectus: vt proximè dixi: De legato reſpondeo vt dixi ſupra ead. quæſt. eo tamen caſu quo inſtituto aliquo vniuerſaliter præcipitur ei quòd hęreditas per eum vendatur & erogetur in fratres, non prohibebuntur capere talem erogationem: quia ceſſat ratio pręmiſſa. trãſibunt enim bona in eos deductis oneribus alieni æris & ſimilibus. Et per hoc de æquitate dici poſſet quòd quandoque frater inſtituitur epiſcopus, qui eſt executor legalis vltimarum voluntatum, præcipuè piarũ, qualis eſt hæc. arg. de teſta. cùm tibi. capiet tanquã hæres, & deductis oneribus diſtribuet in fratres: ſed non poteſt hoc bene probari iure, & hoc quo ad fratres minores, per ea quę dixi ea. q. licet multi hoc vltimũ ſeruent. In fratribus autẽ prædicatoribus facilius hoc poteſt defendi: præcipuè quia dicũtur habere priuilegium apoſtolicum quòd ſint capaces ſucceſsionum, & quòd poſsint apprehendere & vendere. & per illud priuilegium conſuluit Gaſpar. de Cal. quòd bona ingredientis tranſeant in monaſterium vt poſsint vendere & conuertere in vſus ſuos: quia per hoc non dicuntur habere proprium: ſicut non dicitur verſum, quòd non durat verſum. ff. de in rem verſo. ſi pro patre. §. verſum. pro hoc quod dico de verb. ſign. nam & ego. & ita vt opinor, tandem conceditur fratribus minoribus:[a] quia in multis locis habent & ipſi & prædicatores poſſeſsiones & annuos reditus, licet faciant inſtrumẽta fieri nomine monaſteriorũ monialium eis ſubditarum: & ſic fit fraus legi. & quia hæc altiſsima paupertas (intelligendo rigide, vt voluit hæc conſtitutio, & cap. exiit.) propter refrigeſcentem charitatem non bene ſeruatur: propterea ad euitanda peiora fa-ueri poteſt opinioni illi quæ vult quòd capiant valorem ſucceſsionum: nam etiam ex coniecturis poteſt percipi: tandẽ fient poſſeſsionati, & vtinam in aliis ſaltem bene ſeruent. ſtantibus autem illis conſtitutionibus fratres minores non poſſunt capere immobilia, etiam vt vendant. j. §. proxi. vbi dico in ij. not.

a *Cumq; annui.* prouidet ſecundo exceſſui. Nota quòd annui reditus inter immobilia computantur, & ad hoc ſingulariter allegatur. & pro hoc in authen. vt hi qui obli. ſe habe. perhi. res minorum. §. ſi verò. colla. vj. ibi gloſ. in ver. reditus. de hoc infrà quæſt. j. Secundò nota quòd fratres iſti non poſſunt recipere poſſeſsiones, & ſic etiam ſi ſint diſtrahendi.[b] pro hoc quod dico. j. ſeq. q. Quæro in eo quod dixi in j. nota. quòd annui reditus computantur inter immobilia, an hoc ſit indiſtinctè verũ? Sol. Frideri. in cõſilio clxxv. aliàs clxxx. vbi refert id quod ſibi quærenti reſpondit Ioan. Pariſienſis, qui dixit quòd ſi legatum annuum poteſt continere perpetuitatem, vt quia legatarius non poteſt de facili deficere: tale legatum impugnatur in hoc §. ſed ſi perſona legatarij deficere poteſt, cùm non ſit aptum eſſe perpetuum: videtur valere. Vnde dixit quòd ſi legatur hoſpitali ſanctæ Mariæ domus, ita quòd ſingulis annis teneatur dare prædicatoribus annuatim decem ſol. iſtud legatum non valet. ſed ſi limitetur vſque ad decem annos, videtur valere. Arg. opt. ff. quãdo dies legati cedat. l. ſi cum præfinitione. hæc tamen lex non videtur facere: ibi enim dicitur quòd legatum annuum cũ præfinitione temporis, puta x. annorum, ſi eſt relictum cauſa alimentorũ, intelliguntur plura legata: ſi ex alia cauſa, intelligitur eſſe vnum legatum. & primo caſu legatarius decedens non tranſmittit legatum ſequentium annorũ ad hæredem: ſecundo caſu ſic. illa tamen lex melius faceret ſi relinqueretur quòd daretur certis fratribus: quia tunc eorum obitu extingueretur legatum. Ipſe autem Fridericus in conſilio cxij. ſuper hoc ponit duo conſilia, & tandẽ concludit diſtinguendo quòd aut reditus annuus relinquitur ad certum vſum diuini cultus: puta vinum pro ſacrificio, frumentum pro hoſtiis, & conuentus eſt capax. argu. de exceſſib. prælatorum. nimis. j. in fine. de teſtamen. capit. fin. de ſepultur. clementin. dudum. §. verum. vbi dicit de relictis fratribus ad certos vſus quartam deberi: & ſic præſupponit relinqui poſſe pro hoc: quia per hoc non tollitur mendicitas fratrum; aut reditus deputantur victui vel veſtitui, vel indiſtinctè relinquitur, & aut ad modicum tempus, & cõuentus eſt capax; quia videtur eſſe vnum legatum, cuius ſumma eſt diuiſa quo ad ſolutionẽ, nec per hoc tollitur mendicitas, ſed ſubleuatur. aut relinquitur ad tempus non modicum, & nõ valet: quia tunc computatur inter immobilia, vt hîc. quę diſtinctio eſt ęqua. & dic non modicum tempus eſſe decenniũ vel vltra. not. de rebus eccle. non alie. clemen. j. in glo. fin. & bene facit illa cle. ad prædicta: quia ibi locatio redituum ad modicum tempus non prohibetur tanquam alienatio. Cardinalis de Zabarel.

b *Amplius.* prouidet de tertio.

c *Quod ſpeciem.* j. ad Theſſ. v. apoſtolus inquit, Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. quod & repetitur. ſ. de vi. & hon. clo. c. cum ab omni. & in literis ſecularibus, cum argueretur Cęſar de repudio vxoris, quòd nõ conſtaret vulgo quã ob cauſam vxorem repudiaret, quòd pulchra, ꝙ fœcunda, & mo-



*† Per iſtũ textũ dicit Bar. in 1. li. mi. 2. di. quòd non poteſt eis relinqui hæreditas iure fideicommiſsi. ſi tamẽ eſſet cautela: & omni meliori modo: etiã deberetur æſtimatio ceſſante ſuſpiciõe fraudis. & vide hic quæ dixi in §. rurſus. in extrauag. ad cõditorem. & eũdem Bar. 2. lib. per totam primam diſt. Font.*

*Legati iure chordigeris poſſunt aliqua relinqui.*

*Fratres prædicatores poſſunt recipere & vẽdere bona illorum qui ſuã religionẽ ingrediũtur.*

*a An hoc poſſit fieri, vide Bart. 4. lib. minoric. diſt. 2. & quod gl. dicit de concilio Gaſp. vide hic de Anch. §. quarto principaliter quæro. & addo (quod facit ad 2. cap. 2. diſt. 4. in no. ꝙ nõ obſtãte gl. in ca. cũ ſimus. de reg. quam refert Corſetus in ſingu. incipiẽte legitima. & gl. in c. tranſmiſſæ. qui fili. ſint legi. patre ingreſſo monaſteriũ neque naturaliter mortuo filius non petit legitimã, per l. 1. §. impuberi. ff. de colla. bo. gl. & doct. in auth. ſi qua mulier. de ſac. ſanc. eccle. facit. c. 1. 18. q. 1. Fõ.*

*b Certè ſi conſideres mentem Bar. in 2. lib. diſt. 6. ipſe vult ꝙ non poteſt relinqui fratribus annu' reditus vt annuatim detur eis: ſed bene vt ſtatim vendatur, & pretiũ conuertatur in reparationem monaſterij, in vtenſilia fratrũ: in conſtructionẽ bibliothecæ, & ſimilia. Font.*



habet mali, ſit à viris perfectis ſpecialiter euitandum: Ex talibus autem aſsiſtentes in curiis & inueſtigationibus, cùm de rebus agitur in ipſorum commoda conuertendis, creduntur veriſimiliter ex his quæ foris patent (de quibus habent homines foris iudicare) in ipſis rebus fratres aſsiſtentes aliquid quærere tanquam ſuum[a]: nullo modo debent huiuſmodi voti & regulæ profeſſores ſe talibus curiis & litigioſis actibus immiſcere, vt & teſtimonium habeant ab his qui foris[b] ſunt, & puritati ſatisfaciant voti ſui, ac euitetur per hoc ſcandalũ proximorum[c]. Verùm etiã[d] cum dicti ordinis fratres non ſolum à receptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verùm etiam à contrectatione qualibet ipſius & ab ea ſint penitus alieni, quẽadmodum ſæpedictus prædeceſſor noſter in declaratione huiuſmodi regulæ plane dixit[e]: Cumque dicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſsint in iudicio experiri, prædictis fratribus non licet nec competit quin poti' (conſiderata ſui puritate ſtatus) debent ſibi ſcire interdictum quòd huiuſmodi executionibus & diſpoſitionibus ſe exponant: cùm hæc ſæpius abſque litigio & contrectatione vel adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri. Veruntamen in his exequendis dare conſilium ipſorũ ſtatui non obſiſtit, cùm ex hoc ipſis circa bona tẽporalia nulla iuriſdictio ſiue actio in iudicio ſiue diſpenſatio tribuatur. Licet[f] verò non ſolum ſit licitum, ſed & multũ conueniens rationi, quòd fratres qui in laboribus ſpiritalibus orationis & ſtudij ſedulè occupantur, hortos & areas habeant competentes ad recollectionem vel recreationem ſui, & interdum ad ſeipſos poſt labores huiuſmodi corporaliter deducendos, necnon ad habenda neceſſaria hortalicia ꝓ ſeipſis: habere tamen hortos aliquos vt colantur, ac olera & alia hortalicia pretio diſtrahantur, necnon & vineas, repugnat ſuæ regulæ & ordinis puritati, ſecundum quod dictus prædeceſſor declarauit[g] ac etiam ordinauit. quòd ſi talia ad vſus proximè dictos, vtputà agrum vel vineam ad colendum, & conſimilia fratribus legarentur, per omnem modum fratres à receptione talium abſtinerent: cùm etiã præmiſſa habere vt pretium fructuum ſuis temporibus habeatur, ad naturam & formã prouentuum appropinquet.

Rurſus[h] cũ prædictus ſanctus tã in exemplis vitę quàm verbis regulæ oſtẽderit ſe velle quòd fratres ſui & filij diuinæ prouidentiæ enitentes, ſuos in Deũ iacerent cogitatus, qui volucres cæli paſcit,[i] quæ non congregant in horrea, nec ſeminant, nec metũt: non eſt veriſimile voluiſſe ipſum eos habere granaria vel cellaria vbi quotidianis mendicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et idcirco non ex timore leui relaxare ſe debent ad

ribus optimis eſſet pręditа, nihil aliud reſpondit, quàm ꝙ oportebat domum Cæſaris non ſolùm crimine, ſed etiã omni ſuſpicione criminis carere, nihil vt in conuerſatione noſtra appareat, quod in calumniam rapi poſsit. Propter quam cauſam & Apoſtolus ad Coloſſ. ij. dixiſſe poſsit videri, Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti &c.

a *Tanquã ſuũ.* i. tẽporale. ad Phil. ij. ad cẽſ. cùm apoſtolus.

b. *Foris.* 1. ad Tim. 3. de ſacr. vnc. c. vnico. verſi. ad exhibẽdum. & dic foris. i. infidelib', vel id eſt non tantũ domeſticis, ſed etiã alienis, ſecundum Hieron.

c *Proximorum.* 1. ad Cor. 7. de renuntiatione, niſi. §. pro graui. de noui oper. nun. cùm ex iniuncto. Not. ꝙ fratres non debent ſe curiis immiſcere. & hoc non eſt in fratribus minoribus ſpeciale: ſed locum habet in omnibus monachis. de ſta. mo. clemẽ. ne in agro. §. qui verò. Cardinalis de Zabarellis.

d *Verumetiam.* Prouidet de quarto.

e *Dixit.* e. tit. exiit. §. cæterum. ad idem ſ. §. porrò. Nota ꝙ fratres non poſſunt eſſe executores vltimarum volũtatum: ſed poſſunt ſuper eis exequẽdis dare conſiliũ, quod dic vt in ſeq. quęſt. Quęro an hæc prohibitio ne fratres ſint executores vltimarũ voluntatũ, indiſtinctè ꝓcedat? Sol. Bar. in minorica diſtĩguit. inter cætera dicit ꝙ certo caſu valet: vt ſi quis reqrit ꝙ decem floreni expendantur in x. pauperes, qui eligãtur per talem fratrẽ minorẽ: quia nullũ litigiũ habebit fieri, nec ipſe frater habebit adminiſtrare pecuniã, ſed ſolum eligere. & ſic ceſſant rationes de quibus hic. Item nec hoc habet ſpeciem mali: immo ſi fideliter fiat, meritorium eſt. nam etiam ipſi fratres qui audiunt confeſsiones, melius cognoſcunt pauperes verecundos quàm alij. Dic indiſtinctè ſtandum literæ quæ generaliter prohibet ne ſuſcipiant executionem, arg. diſtin. xix. ſi Romanorum. de maio. & obedi. ſolitæ. & ſic tollitur diſtinctio Bart. etiam in quibuſdam aliis in quibus limitat hanc literam. Item quia electio eſt pars executionis: quia nec iſta fuit ſola ratio prohibendi ne ſint executores, vt non ſint in iudicio, vel ne contrectent pecuniam. ſed etiam ſubeſt ratio generalis, ne auocentur à ſpiritalibus laboribus quibus quotidie debent occupari. j. §. proxi. Item poſſet fieri fraus: quia frater eligeret aliquos cũ quibus participaret. facilè nanque in talibus fraudes confingũtur. nam nec poteſt negari quin electio ſit pars executionis; vt nunc dixi. & indiſtinctè hic prohibetur ne ſint executores. vnde etiam ſi ratio prohibitionis ceſſaret, ſtaret prohibitio. ſufficit enim quòd hoc aliquãdo contingere poteſt. pro hoc litera ibi, cùm hæc ſæpius abſque litigio & contrectatione &c. & ſic etiam ſi hoc non accidat, locum habet prohibitio.

f *Licet.* Prouidet de quinto.

g *Declarauit.* d. ca. exiit. §. ad hæc. No. quòd oratio & ſtudium ſunt labores ſpirituales, & quomodo conueniunt religioni, dixi de regu. ſanè. q. v. & vj. & de oratione. ſ. de reliquiis cle. ſi dominũ. ver. ideoque. in glo. de oratione. Secundò nota quòd etiam religioſis licitũ eſt ſpatiari: dum tamen honeſtè & per areã vel hortum. & hoc propter recreationẽ ſui à laboribus ſtudij vel orationis: quod facit contra eos qui ſine modeſtia immorantur ſtudio vel orationi: vnde accidit quòd ſæpè incurrunt graues ægritudines, & quandoque etiam mẽtis alienationem, quod eſt cauendum. nam in omnibus debet ſeruari modus, vt cũ diſcretione fiant. de offic. cuſt. cap. vnico. Terẽtius in Andria. Id arbitror in vita apprimè eſſe vtile, vt ne quid nimis. Tertiò not. ꝙ non licet fratrib' habere hortos vt inde naſcẽtia pretio diſtrahantur: quia hoc appropinquat ad naturã prouentuum: vt in litera. & de hoc ſe. contrario. Opp. ad hoc quòd iſtud non appropinquet ad naturam prouentuũ: imò ſint prouentus: nam fructus generali vocabulo dicuntur reditus ſeu prouẽtus. ff. de ann. leg. libertæ. in prin. C. de dona. ſi quis argẽtum. §. j. & reditus ſeu ꝓuentus, quod dixi de deci. paſtoralis. q. iij. & iiij. tamẽ vt ibi dixi, & probant iura alleg. hæc accipiuntur promiſcuè. potuit enim hæc litera habere reſpectum: quia. ſ. §. cumq; annui. ꝓhibiti ſunt fratribus annui redit', qui tũc videntur dicendi annui, quãdo ſunt certi & cõſtituti: quod nõ ſic eſt in fructibus horti, qui non ſunt certi. Itẽ non ſemper venduntur, propterea dicit ꝙ habere tales fructus vt pretium ſuis temporibus habeatur, appropinquat ad naturam prouentuum: quia nõ eſt propriè prouentus.

h *Rurſus.* prouidet de ſexto.

i *Paſcit.* Matthæi vj. Lucæ xij. Not. argu. à veriſimili. ſ. §. deinde. vbi dixi in ij. no. Secundò no. quòd timor leuis non excuſat. quod metu cau. cum dilectus. Tertiò no. arg. ab experientia, de elect. quàm ſit. vbi de hoc in gl. iij. lib. vj. Quartò no. quòd ex præteritis præſumitur circa futura. de præſump. ſcribam. quandoque econuerſò. ſ. §. cum vero. vbi dixi. Quintò no. quòd non repugnat mendicanti conſeruare victualia quando timetur quòd aliquo modo haberi nõ poterunt. Sextò no. differentiam inter conſilium & aſſenſum. de hoc de elec. cum in veteri. de arb. cum olim. & in reg. nullus ex conſilio. lib. vj. Septimò nota quòd quandoque ſpecialiter oneratur conſciẽtia commiſſarij. ſ. § vilitatem. vbi dixi in iij. notabili.



*Teſtamentorũ executores an poſſint eſſe fratres minores? Cardinalis tenet indiſtinctè ꝙ non; licet Bar. cõtra, qui cũ eſſet à fratrib' adiutus, vt ipſe no. in l. quidã cum filiũ. ff. de verb. obl. multũ. ideo vt credo fauit fratribus. Et ea quæ hîc ponuntur in glo. ſũpta ſunt: vt refert de Ancha. hic, ex cõmentario Bal. ſ. authẽ. ingreſſi. Font.*

*Studio vel orationi nimiũ intendere, ſolet ægritudines inducere.*

congregationes & conſeruationes huiuſmodi faciendas, ſed tunc tantùm, cum eſſet multum credibile ex iam expertis quòd non poſſent vitæ neceſſaria aliter inuenire. Hoc autem miniſtrorum & cuſtodum ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & cuſtodiis (cū guardiani & duorum de conuentu loci diſcretorum ſacerdotū & antiquorum in ordine fratrum conſilio & aſſenſu) duximus iudicio relinquendum, eorum ſuper hoc ſpecialiter conſcientias onerantes. Hinc eſt [a] etiā quòd cum vir ſanctus fratres ſuos in paupertate ſumma ac humilitate fundare voluerit quo ad affectum pariter & effectum, ſicut ferè regula tota clamat, conuenit ipſis quòd nullo modo deinceps fieri faciant vel fieri ſuſtineant eccleſias vel alia quæcunque ædificia, quæ conſiderato fratrum inhabitantium numero, exceſſiua in multitudine & magnitudine debeant reputari. Ideoque volumus quòd vbique in ſuo ordine deinceps temperatis & humilibus ædificiis ſint contenti, ne huic tantæ paupertati promiſſæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamuis [b] etiam paramenta & vaſa eccleſiaſtica ad honorem diuini nominis ordinentur, propter quē omnia fecit ipſe Deus, tamen qui abſconditorum eſt cognitor, ad animum ſibi miniſtrātium reſpicit principaliter, non ad manum, nec per illas ſibi vult ſeruiri quæ ſuorū ſeruitorum conditioni & ſtatui diſſonarent: propter quod ſufficere debent eis vaſa & paramenta eccleſiaſtica decentia, in numero & in magnitudine ſufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretioſitas, vel quæcunque curioſitas in his ſeu aliis quibuſcunque non poteſt ipſorum profeſsioni vel ſtatui conuenire. cum enim hæc ſapiant theſauriſationē ſeu copiam, paupertati tantæ quo ad humanū iudicium derogant manifeſtè. Quapropter præmiſſa ſeruari à fratribus volumus & mandamus. Circa [c] equorum verò & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia obſeruandum, quod per declarationem prędictam [d] in pecuniariis noſcitur eleëmoſynis definitum. Ex præmiſsis [e] autem ſuccreuit non parum ſcrupuloſa quæſtio inter fratres, videlicet vtrum ex ſuæ profeſsione regulæ obligentur ad arctum & tenuem ſiue pauperē vſum rerum: quibuſdam ex ipſis credentibus & dicentibus ꝙ ſicut quo ad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctiſsimam, ita ipſis quo ad vſum arctitudo maxima & exilitas eſt indicta: aliis in contrarium aſſerentibus, quòd ex profeſsione ſua ad nullum vſum pauperem qui non exprimatur in regula, obligantur, licet teneantur ad vſum moderatum temperātiæ, ſicut & magis ex condecenti quàm cæteri Chriſtiani. Volentes itaque conſcientiarum prædictorum fratrum prouidere quieti, & his altercationibus finem dare, declarando dicimus quòd fratres minores ex profeſsione ſuæ regulæ ſpecialiter obligantur ad arctos vſus ſeu pauperes qui in ipſorum regula continentur, & eo obligationis modo ſub quo continet ſeu ponit regula dictos vſus. Dicere [f] autem (ſicut aliqui aſſerere perhibentur) quòd hæreticum ſit tenere vſum pauperem includi vel non includi ſub voto euangelicæ paupertatis, præſumptuoſum & temerariū iudicamus.

Demum [g] quia ex eo quòd dicta regula per quos & vbi fieri debeat miniſtri generalis electio, tradens, nullam fecit de miniſtrorum prouincialiū electione vel inſtitutione, penitus mentionem, oriri ſuper hoc poterat dubitatio inter fratres: Nos volentes poſſe ipſos clarè ac ſecurè procedere in omnibus factis ſuis, declaramus, ſtatuimus etiam & ordinamus in hac conſtitutione in perpetuum valitura; vt cum alicui prouinciæ de miniſtro fuerit prouidendum, ipſius miniſtri electio penes capitulum prouinciale reſideat: quam idem capitulum die ſequenti qua fuerit congregatum, facere teneatur: Ipſius autem electionis confirmatio ad miniſtrum pertineat generalem. Et ſi quidem ad electionem huiuſmodi per formam ſcrutinij procedatur, & votis in diuerſa diuiſis, electiones plures in diſcordia celebrari contingat,

a *Hinc eſt.* prouidet de ſeptimo. Nota quòd fratres fundati ſunt in ſūma paupertate & humilitate. & de paupertate ſupra. §. cæterū. vbi in primo no. dixi. & §. proinde. in j. q. de humilitate de maio. & obe. humilis. Secundò no. ꝙ nō debent habere eccleſias vel alia ædificia exceſsiua. hæc tamē non ſeruantur. & mirū eſt quòd auctor hoc adiecit, cui vſque tūc habuit conſtare quòd in multis locis habent excellētiores eccleſias quàm ſint cathedrales, & papa ſcit & tolerat. Tertiò no. ꝙ ex actibꝰ illicitis ꝓſumitur de mente cōtaminata. de præſumpt. ca. j. ſic enim dicit quòd ex ædificiis immoderatis præſumitur contra humilitatem & promiſſam paupertatē fratrum.

*Eccleſiæ exceſsiuæ & ædificia fratribꝰ minoribus interdicūtur.*

b *Quamuis.* prouidet de octauo. No. quòd Deus fecit omnia ad honorē ſui nominis. Prouer. xvj. Vniuerſa ꝓpter ſemetipſum operatus eſt dominus. & dic propter ſe, id eſt ꝓpter ſuam bonitatē, vt ea fruamur. de hoc per Tho. parte j. q. xlv. art. ij. Secundò not. quòd ſolus Deus eſt cognitor abſconditorum. 32. diſti. erubeſcant. de iudi. nouit. de ſent. excomm. à nobis. ij. quāquam enim hic non dicat quòd ſolus Deus, tamen illa iura hoc ſupplent. Itē ſatis dicitur hic, cum hoc tanquam proprium ſibi attribuatur. [illegible] 14. q. 5. ſi quid inueniſti. & facit Marci. 7. Quartò nota ꝙ ſuperfluitas etiam reprobatur in rebus ad cultū diuinum deputatis. & ratio redditur in litera. & ꝓ quia, debet in omnibus ſeruari modus. qđ dixi ſ. §. licet. in ij. no. Quintò not. ꝙ curioſitas reprobatur. de renū. c. 1. lib. 6. Sextò not. ꝙ curādū eſt etiam per religioſos ne humano iudicio damnentur. ſ. §. cæterū.

c *Circa.* prouidet de nono.

d *Prædictam.* ſupra §. porrò.

e *Ex præmiſsis.* ſoluit dubiū oriens ex prædictis de paupertate, & refert duas opiniones, & ſecundam approbat.

f *Dicere.* remouet quendam errorem. quidam enim dicebant quòd hæreticū erat dicere quòd vſus pauper, id eſt abdicatio paupertatis, includatur vel non includatur ſub voto euangelicæ paupertatis. Et videntur iſti velle quòd ad votum euangelicæ paupertatis nihil pertinet dicere quòd redēptor & apoſtoli habuerunt bona tantùm in vſu. hoc autem aſſerere dicit temerarium & præſumptuoſum, & ſic videtur fauere illis qui dicunt quòd vſus pauper includitur ſub voto euangelicę paupertatis. tamen hoc non affirmat, & hodie ſtandum eſt extrauag. cum inter nonnullos. de qua dixi ſ. §. proinde. q. j. poſt prin.

g *Demum.* hic de electione vel inſtitutione miniſtri prouincialis. Et primò determinat generaliter quo ad totum ordinem. ſecundò ſpecialem modum tradit quo ad prouincias vltramarinas Hyberniæ, & Græciæ, in. §. verum. Prima ſubdiuiditur, quia primò determinat quòd electio fiat per capitulū prouinciale, & quòd fiat die ſequenti poſtquam fuerit congregatum. ſecundò ibi, Ipſius. quòd confirmatio ſpectet ad generalē. tertiò ibi, Et ſi quidem. ꝙ ſi plures eligerētur in diſcordia, confirmetur electus à maiori parte numero, omiſſa collatione, & reiectis exceptionibus. quartò ibi, & ſi fuerit. quòd ſi electio fuerit infirmata, redeat ad capitulū. quintò ibi, Cæterum. quòd ſi capitulū prædicta die nō elegerit, deuoluatur ad generalem. No. differentiam inter hæc verba, declaramus. ſtatuimꝰ, & ordinamus. pro hoc ꝙ no. de iudi. decernimus. videtur tamen quòd verbū ordinamus, idem importet quòd ſtatuimus. & ſic



illa quę à maiori parte capituli numero (nulla zeli vel meriti collatione aut conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione ſeu contradictione quacunq; alterius partis non obſtante, per dictum generalem miniſtrum de concilio diſcretorum de ordine (prius tamē ex officio prout ſpectat ad ipſum, diligēti examinatione præmiſſa) confirmetur vel etiam infirmetur prout eis ſecundum Deū viſum fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata, ad capitulū ꝓuinciale electio huiuſmodi reuertatur. Cæterùm ſi capitulum memoratū die prædicta miniſtrū eligere prætermittat; extūc miniſtri prouincialis prouiſio ad generalem miniſtrū liberè deuoluatur. Verùm [a] ſi miniſtro prædicto & capitulo generalibꝰ, ex certa, manifeſta ac rationabili cauſa videretur aliquādo in prouinciis vltramarinis Hyberniæ, ſeu Græciæ, ſeu Romæ, in quibus hactenꝰ alius prouidendi modus dicitur ex cauſa certa & rationabili fuiſſe ſeruatus, expedire miniſtrum prouincialem per miniſtrum generalem, cum proborum ordinis cōſilio potius quàm per capituli prędicti electionem pręfici in prouinciis Hyberniæ etiā vltramarinis irrefragabiliter: In Romana verò vel Gręcia quādo miniſter dictæ prouinciæ moreretur vel abſolueretur citra mare: illa vice ſeruetur abſque dolo, partialitate & fraude, (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) quod ſuper hoc dictus miniſter cum dictorum proborū conſilio duxerit ordinandum. In deſtitutione [b] verò dictorum miniſtrorum prouincialium ſeruari volumus quod ſuper hoc hactenus de ipſo ordine extiterit obſeruatū. Cæterum [c] ſi contingeret eoſdem miniſtro generali carere, per vicariū ordinis fiat ſuper hoc quod faciendū fuerit per eundem miniſtrum vſquequo prouiſum fuerit de generali miniſtro. Porrò [d] ſi quid de huiuſmodi miniſtro prouinciali ſecus attentari fortè contigerit, illud ipſo facto ſit irritū & inane. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginā noſtrarum declarationū, dictorum cōmiſsionis, reſponſionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, cōſtitutionum, iudicationum, & volūtatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c.

Idem Clemens quintus.

*Determinat & declarat quid ſignificent hæc verba inſerta in iudicialibus cōmiſsionibus quæ fiunt à principe vel à iure, ſcilicet quòd procedatur ſimpliciter et de plano, & ſine ſtrepitu & figura iudicij. Ioan. And.*

CAPITVLVM II.

SAepe [e] contingit quòd

ſic quòd nouum ius inducat. ſimile quod not. de verbo volumus, de offi. vic. cle. vnica. in gl. fi. Secundò no. quòd in electione miniſtri prouincialis nō habet locū tempus Lateran. concilij. de conceſ. præb. c. ij. hic tamen non diſponit de congregatione concilij: ſed debet intelligi quòd fiat prout cōſtitutum fuerit in capitulo ante celebrato. Itē ex hac cauſa quandoque cōgregatur, & ſolum poſt cōgregationem currit tempus quod hic breuiſsimū cōſtituitur. ſ. dici: nec timeri poteſt ꝙ differatur capituli cōgregatio: quia ſuper hoc prouidet generalis vel vicariꝰ ordinis: de quo j. §. cæterū. Tertiò not. caſum ſingularē in quo cōfirmatur electio celebrata à minori parte capituli: dūmodo ſit facta à maiori parte partiū cōparatiōe minorū: cuius contrariū aliàs eſt de iure. de elect. eccleſia. j. Quartò not. aliū caſum ſingularem in quo in electione omittitur collatio zeli & meriti. Simile in electione abbatiſſæ quę fit per moniales. de elec. indēnitatibus. §. vt autē. lib. vj. Quintò no. ꝙ in confirmatione miniſtri prouincialis nō proceditur iudicialiter; quia vt dicitur hic, nō admittuntur exceptiones partis alterius, quę tamē in aliis confirmationibus admittūtur. de elec. c. fi. li. vj. Simile in electione abbatiſſæ facta à duabus partibus monialiū, quæ etiam cōfirmatur nō obſtāte cōtradictione partis alterius. d. c. indēnitatibus §. ſanè. quanquā autē gl. ibi dicat ꝙ admittetur exceptio quæ votum eligentis reddat nullum: tamē hic videtur ꝙ ſufficiat quòd ſit facta à maiori parte numero, & ſic attēduntur voces facti ſicut fit de elec. ſ. cle. quod circa. Sextò not. caſum in quo infirmata electione indiſtinctè reuertitur ius eligendi ad eligētes: nec diſtinguitur an elegerint indignum ſcienter vel ignoranter: cùm tamen aliàs ſi elegerunt indignū ſcienter, non ad eos ſed ad ſuperiorem deuoluatur. de elect. cùm in cunctis. in fin. & ca. bonæ. j & c. quanquam. lib. vj.

*Miniſtri generalis electio intra quod tempus fieri debet.*

*Electione caſſata quādoque indiſtinctè ius ad eligentes reuertitur.*

a *Verum.* hic de modo creandi miniſtrum prouincialem in prouinciis vltramarinis Hyberniæ, & Græciæ: & permittit miniſtro generali ꝙ ſi ei & capitulo generali videbitur, poſſit ipſe cum proborū ordinis conſilio præficere miniſtrū in prouinciis Hyberniæ & vltramarina. in Romana verò ſeu Græcia hoc idē poſsit quando miniſter illius prouincię moritur vel abſoluitur citra mare. Not. caſum in quo electio miniſtri prouincialis non ſpectat ad capitulum prouinciale. ſic etiam electio abbatis quandoque non liberè ſpectat ad conuentum. de conſue. cùm dilectus. Secūdò no. in fi. quòd quandoque oneratur ſpecialiter conſcientia commiſſarij. ſ. §. rurſus. vbi dixi in vij. nota.

*Conſcientia alicuius quādoque per papam oneratur.*

b *In deſtitutione.* hic de deſtitutiōe miniſtrorū prouincialiū.

c *Cæterùm.* hic determinat ꝙ fratribus carētibus miniſtro generali, ſuppleat vicariꝰ ordinis vices eius. Quæro per quē creabitur iſte vicarius? Sol. videtur ꝙ per papā, ex quo alius modus non traditur. fratres autē prędicatores dicuntur obſeruare ꝙ miniſter illius ꝓuinciæ in qua occurrit celebrādum generale capitulum, poſt obitū ſui magiſtri generalis vicarius eſt ordinis vſq; ad tempus capituli. & ſimiliter fratres minores habent cōſtitutionem generalem, ꝙ generali mortuo miniſter prouincię vbi occurrit celebrādū generale capitulum, poteſtatē habet ſuper alios in capitulo quo ad ea quę ſpectāt ad expeditionem capituli. & ex hoc quia ſolum habet poteſtatem in his quæ ſpectant ad capitulū: patet ꝙ in aliis. arg. de præſum. nonne. & ꝙ mortuo generali non debeāt fratres aliquem vicarium ordinis facere ſine licentia papæ & protectoris ordinis qui eſt. Contrarium determinauit Nicolaus papa, vt patet in eius literis quarū copiā vidi inter conſtitutiones fratrum.

*Vicarius qui ſupplere habet vices miniſtri generalis, per quem creabitur.*

d *Porrò.* apponit decretum in his quę de miniſtro prouinciali dicta ſunt. ſ. §. demū. & duobus ſeq. Nota de clauſula decreti ſimile de reſcrip. ſtatutum. in fi. lib. vj. & pro hoc quod not. ſ. de immun. eccle. cle. vnica in vij. notabili. & j contrario. Cardinalis de Zabarel.

e *SAepe cōtingit.* CASVS. Ponamus quòd Rom. pon. alicui iudici cōmiſit aliquam cauſam, & eidē mādauit quod in eadem cauſa procedat de plano, ſummariè, ſine ſtrepitu & ſine figura, i. ſine aliqua forma iudicij. quæritur quid ſignificēt iſta verba quòd procedat de plano, ſummariè &c. Vel ſic: Ponamꝰ quòd tales cauſæ ſunt examinandæ ſimpliciter & de plano, ſummariè, & ſine ſtrepitu iudicij. Quęro quid important talia verba, de plano &c. Reſpondet Clemens quòd talia verba hoc volunt. Nam iudex debet procedere in illa cauſa, & debet dimittere plures ſolennitates. Primò enim videtur eſſe remiſſa & dimiſſa illa ſolennitas quæ fit in iudicio: videlicet oblatio libelli: quia ſufficit ꝙ in tali cauſa in qua papa mandat vt iudex procedat ſummariè & de plano, vt actor faciat demandam ſeu petitionem ſuam verbo, & quòd grapharius illam redigat apud acta curiæ. Itē per dicta verba videtur eſſe remiſſa litis conteſtatio. Item per dicta verba dictus iudex accipit facultatem procedēdi in cauſa tempore meſsium & vindemiarū: quod in aliis cauſis facere nō poteſt propter ferias. Item per huiuſmodi verba iudex qui cognoſcit, accipit facultatem amputandi dilationes: nam ipſe nullas debet dare dilationes. Item recipit facultatem vt poſsit repellere dictas dilationes ſeu prolongationes & exceptiones & appellationes. Item aduocatorum & procuratorum iurgia ſeu contentiones poteſt repellere. Item poteſt repellere multitudinem teſtium. Et ſum in ver. Non ſic tamen iudex. Et quæritur, vtrum iudex poſsit procedere reo non citato? Et reſpondet Clemens quòd non. Item dicit Romanus pont. quòd per talē facultatem datam iudici, videlicet quòd procedat ſummariè & de plano: non videntur eſſe remiſſa iuramēta de calūnia, niſi expreſsè remitteret. Et ſum in ver. Verū quia. quod declarat principiū cap. dicimus ꝙ actor poteſt in cauſa ſine libello procedere. quęro, quomodo debeat illud intelligi: & quomodo ſciet iudex quid vult habere actor, niſi ipſe actor proponat libellū

ſuum? Reſpon. Clemens quòd iſta demãda ſeu petitio actoris debet dari ſiue verbo, ſiue in ſcriptis. Videatis ergo textum, & melius dicetis omnia: quoniam dummodo proponat ſuam demandam verbo, ſufficit: & hoc modo quod grapharius redigat dictam demandam ſeu petitionem in actis eſſe prolatam verbo, & ſicut ipſe illã profert & pronuntiat. Hæc dicit. H. r. doctor egregius. No in verbo, ſignificatione, iuncta gloſ. in hoc quod decretales debent congruere titulis ſupra in proœmio Gregor. & in proœm. vj. & in ver. tandem.

cauſas [a] committimus, & in earum aliquibus ſimpliciter [b] & de plano ac ſine ſtrepitu & figura [c] iudicij procedi mandamus [d]: de quorum ſignificatione [e] verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat,

No. differentiã inter conſtitutionem & ſanctionẽ. de hoc in gloſ. non dicit.

Gloſſa ſequens primò decretalem commendat, dicens illã ſummè neceſſariã. ſecundò dicit quid & quas opiniones determinat. tertiò diuidit ſummãdo: quarto aliter ſummat recitando.

*Res optima ſui natura ſatis ornãtur.* Sæpe contingit, quoniam ſecundum Quintilianum libr. vij. de oratoria inſtitutione, Optimarum rerum inuẽtio etſi lenociniis verborum deſtituta ſit, ipſa tamen ſui natura ſatis ornatur. cui bene cõuenit. ff. de in integ. reſtit. l. j. in prin. hanc conſtitutionem verborũ blanditiis non egentem gloſſandam aggredior: de cuius cauſa impulſiua pars fui. Ex quo enim ſciui mandaſſe concil. Viennen. ſupra de iudi. diſpendioſam. exiſtimans non tantum vtile ſed ſummè neceſſariũ, verba de quibus hic loquimur declarari: dominos ac peritos curiæ ſollicitaui ſæpius pro conſtitutione declaratoria procuranda quæ deſiderata ſe nunc exhibet. Determinat autem no. per Innocen. & Hoſtien. de accuſa. olim. de ſtat. regu. ea quæ. per Aegi. de iudi. nouit. in fin. per Guli. in Specu. de inquiſi. §. nunc tractemus. ver. quid igitur. & per Archid. de elect. indemnitatibus. §. ſi verò. lib. vj. & per Ioan. Mona. & per me co. lib. de hære. cap. fin. Et ſunt quatuor partes. In prima ponitur quæſtio. In ſecunda ſolutio ibi, Nos autem. In tertia prorogatio ibi, Quæ omnia. In quarta quædam inſtruens proteſtatio ibi, Si tamen. Secunda pars in qua ponitur ſolutio ſubdiuiditur: quia primò ponit ix. ſpecialia, vel xj. ſi diuidatur octauum in tria, quæ poteſt iudex ſic datus. ſecundò ibi, Non ſic. ponit v. vel vij. diuidendo quartum in tria per formam huius nõn excluſa. tertiò ibi, Et quia. ponit vj. quæ talis iudex poteſt, quatuor interſerens quæ non poteſt. Si igitur non contentat ſummariè quod poſui: quia non eſt recitare ſummando: ſic recites diuidendo prohibita à permiſsis, vt melius apprehendas. *Diuiſio & ſubdiuiſio textus.* Iudex qui datus eſt ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, procedere poteſt ſine libello lite conteſta. & feriis inductis fauore hominum: amputat dilationes: abbreuiat lites: repellit fruſtratorias exceptiones & appellationes: refrenat iurgia partium & multitudinem teſtium: dat ſimul terminum ad ponẽdum & articulandum primo, ſecundo ad producenda omnia acta & munimenta cauſæ: interrogat partes vbi ſuadet æquitas: nõ citat peremptoriè ad ſententiam, quam profert ſtans vel ſedens etiam concluſione non facta. Citare tamẽ tenetur & recipere petitionem in ſcriptis vel verbotenus, tunc ſcribendam in actis. Item iuramenta calumniȩ, veritatis vel malitiȩ, probationes neceſſarias & defenſiões legitimas, & facta remiſſione prõ teſtibus producendis debet tunc inſtrumenta recipere: tenetur partes ad ſententiam citare, quam tenetur in ſcriptis ferre, etiam ſecundum acta cauſæ. h. d. *Declaratio textualis.*

Sæpe contingit. } concor. de reſti. ſpo. ſæpe. de ap. ſæpe. ex quo verò id ſæpe accidebat, per cõſtitutionẽ fuit prouidẽdum, quæ tamen interdum etiam prouidet de raro cõtingentibus. de hoc de deſpon. impu. literas. in iij. gloſ.

a *Cauſas.* de negotiis extraiudicialibus ſic commiſſis non erat dubium. de accu. ſicut olim.

*Simpliciter vnde dicitur.* b *Simpliciter.* quaſi ſine plica vel inuolutione. facit de ſumma trinita. firmiter. in prin. ff. de leg. ij. codicillis. §. inſtituto.

Glo. ſeq. not. ad quæſtionem quam ſpecificat ponẽdo ſex alias ſpecies, & eam dubiè ſoluit, declarationem poſcens. ſecundò quærit quid ſi vnica vel nulla ſit, vel ponantur hæc diſiunctim, & omnia ſoluit.

*Cauſa ſi cõmittatur ſimpliciter ſolũ, vel ſimpliciter & de plano, an poſſit expediri ſine ordine iudiciario.* c *Et figura.* Notandum eſt ꝙ ad hæc quatuor verba triplex inſeritur copula, per quod videtur ſolui quod quæritur, an ſi aliquod iſtorũ verborũ deſit in forma cõmiſſionis, locus ſit huic conſtitutioni. vnde aduertendũ eſt ꝙ quandoque in commiſſione ponitur ſolũ verbũ, de plano. ſ. de iudi. nouit. ad fi. de ſpon. cùm in tua. cõcor. ff. de offi. procon. nec quidquam. §. de plano. ff. de accu. leuia. & de adul. l. miles. §. ſexaginta. ff. de quæſtio. vnius. in fin. quis ordo in bo. poſ. ſe r. l. ij.

A Quandoque ponũtur ſimpliciter & de plano. de accu. ſicut olim. Quandoq; abſque ſtrepitu. de ſta. mo. ea quæ. §. quod ſi. Quandoq; de plano & abſq; ſtrepitu. de accu. olim. Quandoque ſine ſtrepitu & figura. de elec. indẽnitatibus. §. ſi verò. li. vj. Quandoq; hæc quatuor coniunguntur, vt hic, & ſ. de iudi. c. diſpendioſam. Quandoque ad hoc additur verbum aduocatorũ. de hær. c. fin. in princ. lib. vj. Quid ergo dicemus de his formis vbi iſta quatuor non cõiũgũtur? Satis videtur conſtitutionẽ totam & quo ad omnẽ ſui partẽ tunc locum nõ habere ꝓpter has

dubitatur. Nos autem dubitationem huiuſmodi (quãtum nobis eſt poſsibile [f]) decidere cupientes, [g] hac in perpetuum [h] valitura conſtitutione [i] ſancimus, vt iudex cui taliter cauſam committimus, neceſſario [k] libellum nõ

copulas repetitas. j. §. pe. & in ca. diſpendioſam. ſ. de iudi. cũ enim exorbitet à iure communi, habilitandum vel dilatandum non eſt. de reg. iur. quæ à iure. cum ſuis concor. lib. vj. B dicebamus tamen olim principaliter per hoc vltimũ verbũ figura, ſubſtantialia iudiciorũ tolli, vt patet in gloſ. in princ. alle. & dicam j. in gl. eſt mens. & in gl. facit ad hoc. & forſan adhuc idem dicere non eſſet abſurdum, ſecundum ꝙ etiam in caſu prædi. decre. indemnitatibus. §. ſi verò. locũ haberet hæc conſtitutio ex vi verborũ ſuorum, poſito ꝙ ille caſus non includeretur ſub prædicta cõſtitutione, diſpendioſam. ſed certũ eſt hodie ꝙ illa cõſtitutio includit caſum illius. §. & ſic in illo non eſt dubium hanc conſtitutionem locũ habere. In aliis ergo non incluſis remanet dubiũ, in aliquo ſuppreſſo habeat locum hæc cõſtitutio. Si adhæſiſſem cõpilatoribus, procuraſſem declarari, quædã tamen ex infra dicendis alteri tantũ iſtorum verborũ adaptari videntur, vt j. dicam. Sed quid ſi iſta quatuor ponantur ſine copulis, vt quia dicitur, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura? Dicas idem, & vltima copula in præcedentibus repetita cenſetur. de app. ſecundò requiris. facit. ff. de hære. inſti. cum in teſtamento. §. j. Plus dico quòd & ſi nulla ſit copula, idem erit. facit. ff. de verb. ſig. triplici modo. Et ſatis æquè videretur dicendũ quòd etiã ſi diſiunctè ponantur, puta ſimpliciter vel de plano, vel abſq; iudicij ſtrepitu vel figura, idem ſit ſenſus, & locus erit cõſtitutioni, cum ratio ſit eadem, & poneretur C tunc diſiuncta pro coniuncta. C. eo. tit. l. pe. ff. eo. l. ſæpe. Nõ ſic ſi verba huius conſtitutionis prolata fuiſſent diſiũctiuè, quia tunc ſoluta eſſet quæſtio principalis, & eſſet ſenſus ꝙ quodlibet prædictorum verborum haberet hunc effectum quem ponit hic conſtitutio.

d *Mandamus.* quod alius non poſſet etiã legatus de latere, vt ſatis no. in prædi. decr. fi. de hære. lib. vj. Et Guli. in Specu. tit. ij. §. ſupereſt. in j. col.

e *Significatione.* in hoc reſpicit titulum.

f *Poſsibile.* facit proœmium harum cõſtitutionum in prin. de elect. vt circa. libro vj. ſæpè etenim per ſolutionem vnius dubitationis inducitur alia fortior. eo. titu. cum olim. vbi de hoc.

Glo. ſeq. oſtendit indigentiam nouæ conſtitutionis.

g *Cupientes.* ad eum enim promulgatorem taliũ iurium vel reſcriptorum hoc ſpectabat. ſ. de ſent. exc. inter alia. cũ ſuis concor. & ſine dubio ad hoc dubiũ tollendum gloſ. non ſufficiebant, ſed neceſſaria erat conſtitutio, vt per inferiora patebit. quis enim gloſſando probare potuiſſet plus requiri iuramenta præſtari vel ſententiam in ſcriptis ferri, quã litem conteſtari? idem in ſimilibus.

h *In perpetuũ valitura.* ſuperfluit, quia intelligebatur. 50. di. D c. j. ſed eſt modus loquendi, cui concor. de poſtu. c. vnico. de elec. perpetuæ. lib. vj.

i *Conſtitutione ſancimus.* nõ dicit, ſanctione ſtatuimus, quia potius eſt conſtitutio quàm ſanctio.[a] de quo vide. iij. diſt. in ſumma. *a Quia hĩc pœna non adiicitur. Zabarel.*

Gloſ. ſeq. arguit in illis cauſis libellũ offerendum, de quo remittit ad gl. & ad Specu. ponit. v. opin. & ſuã ſolutionẽ quã impugnat per hoc cap. & impugnationi reſpondet.

*Libellus an ſit de ſubſtantia iudiciorum.* k *Neceſſario.* datur per hoc intelligi ꝙ in aliis cauſis quibus non proceditur ſimpliciter &c. neceſſario ſit libellus offerendus. de hoc not. ſupra de libel. oblat. cap. j. vbi Ber. Inno. & Hoſtien. tenent libellum eſſe de ſubſtantia iudiciorum. inducunt prædict. decret. & authen. offeratur. iij. q. iij. & Innocen. inducit auth. de temp. non ſolu. pe. ſuper dote. §. conteſtationem. coll. vij. Hoſt. inducit auth. de exhi. & intro. re. §. illud. coll. v. vbi dicit expreſſum. & reſpon. ad ca. ſiquis cũ clerico. xj. q. j. & ad decr. prout. de dolo & cõtu. & ibi no. pro hac opin. facit, quia auth. dicit libellum offerendum, ſed offertur propriè non petenti. ff. de leg. iij. fideicõmiſſa. §. ſi rẽ. de reſtit. ſpo. literas. circa fi. de app. interpoſita. in prin. Tan. Vin. & Phil. dicebant per prædi. cap. ſiquis. & prout quod de iure



iure canonico libellus non erat de ſubſtantia. Guliel. de hoc tractabat nihil approbans in Spe. de libel. concep. §. verum libellus. Accur. in authen. offeratur. Cod. de lit. conteſt. tenet quòd tacitè poſſet omitti. ſed in prin. §. illud. alle. §. ſeq. in authen. de exhi. & intro. re. tenet quòd etiam remitti expreſsè poſsit, vltra medium magnȩ glo. Dominus meus in legibus dicebat quòd ſi libellus petitur & offertur, bene proceditur. ſi nec petitur nec offertur, non tenet proceſſus,

exigat, [a] litis conteſtationẽ [b] non poſtulet, [c] in tempore etiam feriarum [d] ob neceſsitates [e] hominum indultarum à

quia licet poſſet expreſsè remitti ſecundum eum: C. de epiſ. & cle. authen. generaliter. in fi. & C. lib. xij. de priuile. ſchol. l. quoties. in fi. non tamen tacitè, per præ. auth. offeratur. & C. de ſent. & interlo. l. prolatam. Si verò petitur & non offertur, non valet proceſſus, cum nulla remiſsio interuenerit. Si verò offertur, ſed non petitur nec recipitur oblatus, tunc valet proceſſus, tũ quia fauore rei videtur inducta oblatio, & quilibet ſuo fauori renuntiat. C. de pac. ſiquis in cõſcribendo. & quia inuito non confertur beneficium, vt ff. de reg. iur. inuito. & quia ſecundum eum expreſè renuntiare videtur oblatum non recipiendo. Alij dicunt reũ renuntiare poſſe ne libellus tradatur in ſcriptis, & tunc remittitur tacitè. ſed ne vllo modo tradatur, renuntiari non poteſt tacitè vel expreſsè. arg. ff. communi diui. vt fundus. ff. de pœn. l. ſi præſes. Vnde dicere ſoleo in prædic. ca. j. quòd petitio ſit de ſubſtantia. ſed ſi fiat in modum petitionis apud acta non in modum libelli, & ſuper ea lis cõteſtetur, credo tenere proceſſum. ſatis enim prouiſum eſt menti iuris, vt j. dicetur in ver. verum. parte verò petẽte neceſſe ſit in modum libelli petitionem offerri per iura primò allegata. Sed hæc opinio videtur hic reprobari. ſi enim ſpeciale eſt in his in quibus proceditur ſimpliciter & de plano &c. quod non eſt neceſſe libellum offerri. ſed ſufficit petitionem apud acta deſcribi, vt ſequitur, ergo in aliis non ſufficit petitionem ſic ſcribi, ſed eſt neceſſe libellũ offerri. Solu. per hanc decr. ab opinione prædicta non recedo. Nam primò approbatur ea parte qua dico de neceſsitate petitionem deſcribendam in actis. Si enim hoc in his, fortius in aliis. Ad oppoſitionem reſpondeo in his caſibus ſpeciale, quòd in his etiam parti petenti non eſt neceſſario libellus offerendus, qui tamen petenti in aliis neceſſario debet offerri. quod intelligo exceptis his caſibus quibus ſine libello proceditur, quorum aliquos not. Hoſti. in prædict. decre. j. de libel. obla. & Accur. in gloſ. prælleg. in authen. de exhi. & intro. reis. ſed Guliel. plenius colligit in Specu. de libel. con. §. nunc dicendum. Non tamen putes quòd in omni caſu quo non exigitur libellus, locus ſit huic conſtitutioni, quod per multa exempla ibi poſita videre potes, & ſatis eſt hoc expreſſum non eſſe. *Libell' debet offerri ſi petatur à parte. ſed ſi non petatur, ſufficit quòd petitio in actis redigatur.*

Gloſ. ſeq. oſtendit per verbum figura, iſta remiſſa, & ponit duas opiniones contrarias, & remittit.

a *Non exigat.* eſt mens literæ quòd iudex neceſſario nõ habet exigere, nec actor neceſſario habet offerre, ſpontè verò offerri poſſet & recipi, vt in ſi. Iſtud autem & ſequens propriè ſunt de figura iudicij. Cum enim figura cuiuſque rei ſit ipſius apparens forma vel facies in qua rei ſubſtantia fingitur. ff. de act. & obli. non figura. facit de celeb. miſ. cũ Marthæ. ver. ex eo. & iudicium ſit actus trium perſonarum, iudicis, actoris & rei. eo. titu. forus. C. de aſſer. tol. l. j. in fin. ipſius forma, facies & figura principaliter conſiſtit in his, ita quòd altero deficiente dicitur quaſi figura. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ſimili modo. ibi enim quia non erant niſi duæ perſonæ, ſcilicet iudicis & domini ſerui nominantis illum filium, non erat propriè figura. Sublata igitur figura non videtur iudex adſtrictus ad aliquas formas, rimulas vel figuras iudiciorum, niſi quantum hic exprimitur, & expreſſa plus reſpiciũt figuram facti, negotij vel cauſæ, quàm iudicij, vt j. dicã. Dicunt etiam quidam libelli oblationem remitti per verbũ, de plano. C. de naufra. l. de ſubmerſis nauibus. lib. xj. Alij cõtra. & de hoc. ff. de accu. leuia. & de offic. procon. nec quidquam. §. vbi decretum. & in tractatu quem alleg. j. gloſ. ij. *Figura deſcriptio.* *Iudicium quid eſt.*

Glo. ſe. quærit de deliberatoriis. dicit quid in aliis cauſis, arguens in his illas nõ dari. ſoluit contrariũ tribus rationibus.

*Deliberatoriæ an ſint reo dandæ in cauſis ſummariis.* b *Litis conteſtationem.* ſed cum petitio ſit in actis ſcribenda, vt infra verſic. verum. ſed lit. conteſt. non eſt facienda, vt hic, quid erit de deliberatoriis, dabuntúr ne aliquæ deliberatoriæ reo? In aliis iudiciis planũ eſt deliberatorias eſſe de ſubſtantia, ſi petantur, vt no. ij. quæſt. j. in ſumma. & iij. q. iij. cum accuſatus. & patet in authen. offeratur. ea. q. vnde dicunt Innocen. & Hoſtien. de libel. obla. capit. j. vt ibi ſcripſi ſuper. j. gloſ. deliberatorias arctari poſſe, ſed non penitus denegari, licet tacitè & expreſsè poſsit illis renuntiari. alleg. ff. de fer. l. j. C. de epiſco. & cleri. authen. generaliter. & de hoc etiam de dila. ca. j. & ij. ſed in his cauſis ex quo non eſt neceſſaria con-

A teſtatio, nõ videtur neceſſaria deliberatio. Ad hoc facit, quia interdum in iis quæ ſummariam cognitionem requirunt, ſimul petitur & iuratur. ff. de eden. quædam. §. fina. Sed contra exigitur iuramentũ calumniæ in his cauſis, vt ſequitur. Item poteſt reus conuenire, vt j. verſi. verum. in deliberatoriis autem quomodo iurabit vel reconueniet? Item per hac formam non tollitur iudicis recuſatio, cum exceptiones & defenſiones legitimè reſeruẽtur, vt ſequitur. Item abſurdius eſſet hunc iudicem, ſi ſuſpectus eſt, recuſari non poſſe, quàm eum qui procedit in figura iudicij, cum iſte plus lædere poſsit. ſaltem igitur ſuper hoc deliberare permittatur, nec arctetur tam præcipiti feſtinatione iudicium ſuſcipere. ff. de admi. tut. tutor. qui repertoriũ. §. j. in fi. ff. de iure fiſ. l. edicto. §. cum autem.

iure, [f] procedere valeat, [g] amputet [h] dilationum materiã, litem quanto poterit [i] faciat breuiorem, exceptiones, [k] ap

c *Non poſtulet.* ſcire debes quòd Ioannes Faſcioli Piſanus legum doctor compoſuit quendam tractatum de ſummaria cognitione, quem Guli. poſuit in Specu. prima parte de offi. B iudi. §. fin. vbi inter alia tractat, an in ſummariis requiratur libellus vel conteſtatio. de quo vide in prædi. §. ver. quinto. & ver. ſeq.

d *Feriarum.* iſtud forſan induceret ſolum verbum de plano, quaſi planè & in domo non pro tribunali ſedendo id valeat expediri. facit. ff. de fer. l. ij. & l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulte.

Gloſſa ſequens primò exemplificat. ponit differentiam: & à contrario quæſtionem ſoluit. ſecundò quærit de repẽtinis, & ſoluit.

e *Ob neceſsitates.* ſicut eſt tempus vindemiarum & meſsiũ, quibus etiam feriis partes renuntiare poſſunt. ſ. de fer. c. fi. in fin. In hoc ergo differunt hæ cauſæ ab aliis, quia in his procedit iudex inuitis partibus, in aliis ſecus, in quibus præter appellationem ſententia eſſet nulla lata parte inuita vel abſente. ff. de fer. l. j. A contrario verò huius literæ patet quòd feriis introductis in honorem Dei & ſanctorum, procedere non poteſt talis iudex, per quod viderentur expedita quæ not. xv. quæſtione. iiij. in ſumma, per Guliel. in Specu. de fer. §. ij. ad fin. vt ſcilicet in cauſis matrimonialibus, beneficialibus, decimarum, & vſurarum non poſsit procedi in feriis indictis ob honorem Dei, ſed in feriis ruſticis ſic, cum in illis C procedatur ſimpliciter & de plano &c. vt in decr. diſpendioſam. ſ. ea. compil. de iudi. Sed quid dices de feriis repentinis quȩ repentè indicuntur propter principis coronationem, victoriam proſperè geſtam, vel ſimilem cauſam, de quibus. ff. ex quibus cau. ma. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. C. de dila. ſiue pars. C. de fer. l. j. & ſi? Puto quòd in illis procedere nõ poteſt talis iudex, ad quod ſufficit in illis non eſſe permiſſum, maximè cum ab alio quàm à principe indici nõ poſsint. Co. de fer. à nullo. ergo prout ab eo ſunt indictæ, ſeruentur. Hoc maximè ſecundum veram opini. quæ habet etiam talibus feriis renuntiari non poſſe. de quo in Spec. de fer. §. ſi. in princ. *Feriæ quot ſuplices ſunt, & quibus poſſunt litigantes renuntiare.* *Feriæ repẽtinæ à ſolo principe indicuntur.*

f *A iure.* tamen miniſterio hominis, quia ius non determinat tempus propter varietatem locorũ, quibus citius vel tardius prædicta colliguntur, & ſic citius vel tardius prædicta indicuntur. ff. de fer. l. præſides. de offi. procon. ſi in aliquem. in princ.

Gloſ. ſeq. not. ex litera id quod dicit æquum, & illud probat per rationem & ſimile.

g *Valeat.* non quidquid iudicis poteſtati &c. ff. de iudi. non quidquid. ff. de offic. præſi. l. ſæpè. ſ. de offi. deleg. conſuluit. D propter quod honeſtum puto quòd ſi iudex ſic datus viderit grauiter lædi partem ex proceſſu tali tempore fiendo, ſuperſedeat. habet enim iudex prouidere vtilitati cauſæ & partiũ, vt lit. non conteſta. accedens. ij. de reſcri. ſtatutum. §. inſuper. lib. vj. C. communi diuidun. l. iudicem. ff. de leg. j. l. poteſt. & facit quod not. in Spec. de arbit. in fin. ver. ſed nunquid tunc ſedere. vbi tractatur quòd arbiter in cuius compromiſſo renunciatum eſt his feriis, non tenetur procedere tali tempore feriato.

h *Amputet.* iſtud & quæ ſequuntur vſque ad ver. non ſic. nõ videntur in his cauſis ſpecialia, cum in omni cauſa iudex laborare debeat ad lites breuiandas, dilationum materias amputandas, & alia quæ ſequuntur. iura ſunt vulgaria. Sed dici poteſt ſpeciale, quòd in his fortius quàm in aliis iudex hoc poterit.

i *Poterit.* id dicimur poſſe, quod honeſtè poſſumus. xxij. q. ij. faciat. ff. de condi. inſti. filius qui. de verb. ſign. l. nepos. vnde hoc determinat fiendum ſine partium præiudicio. j. verſi. non ſic. *Poſſumus quod honeſtè poſſumus.*

k *Exceptiones.* hæc & ſequentia videntur tolli per verbum abſque ſtrepitu. talia enim per quendam conuocum clamorẽ,

 & tu-

& tumultũ ſolẽt examẽ obſtrepere, & veritati habendæ obſtaculũ præbere, vnde dicit canõ, ꝙ cultum ſuũ iuſtitia perdit quãdo ſilentia iudicij obſtrepentium turba perfundit. v. q.iiij.in loco.ad quod facit.C.de inoffi.teſt. ſi quis in ſuo. de conſor.eiuſdem li.l.j.& de adul.l.adulterij. C.de ſtu.li.vr.Ro. l.vnica in ſin.lib.xj.de tali ſtrepitu habetur de ſynd.cap. vnico.de elec.quorundã.lib.vj.

Gl.ſe.dicit quare ſic ordinetur litera quærit,& ſolutionem poſcit.

a *Dilatorias.* non dixit exceptiones dilatorias, & appellationes fruſtratorias, vt per hoc innueret exceptiones ſurreptionis vel nullitatis contra reſcriptum,vel recuſationis contra iudicem,vel dilatoriam ſolutionis, vel his ſimiles repellendas: ſed hoc intendit quòd omnis exceptio fruſtratoria & ad differendum iudicis proceſſum malitioſè oppoſita, repellatur. Sed quæro, quam exceptionem vel appellationem per hæc verba non dico per hanc conſtitutionem poſsit talis iudex repellere, quam alter iudex teneatur admittere? hoc vellem doceri.

pellationes dilatorias [a] & fruſtratorias repellendo, partium aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia, [b] teſtiumque ſuperfluam multitudinem [c] refrenando. Non ſic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ [d] & defenſiones [e] legitimæ admittantur. Citationem [f] verò ac præſtationem iuramenti de calumnia vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſsionem huiuſmodi intelligimus non excludi. [g] Verùm quia iuxta petitionis formam [h] pronuntiatio [i] ſequi debet: pro parte agentis & etiam rei, ſi quid [k] petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio [l] peti-

b *Iurgia.* de his.s̃.de verb.ſigni.forus.§.iurgium.

c *Multitudinem.* hoc commune videtur in omnibus cauſis. ſupra de teſti.ſignificauerunt. & cap.ſeq.& ff.de teſti.l.j.in ſi. tamen hoc in his amplius quàm in aliis poterunt per hanc literam.

d *Neceſſariæ.* actori vel reo.

Gloſ.ſeq. allegat quatuor iura, & notat ad quæſtionem legiſtarum quam ſoluit,& ſolutionis oppoſitioni diſtinguẽdo reſpondet.

e *Defenſiones legitimæ.* facit ad hoc de offi. deleg. ex parte.ij. quæſtione ſeptima.lator.& ibi not.Cod.de preci.impe.offe.l quoties.Et facit hæc litera & finis iſtius ſecundæ partis & iura prædicta ad quæſtionẽm legiſtarum de poteſtate qui habet arbitrium,an teneatur iuſtitiam partis ſeruare, vel poſsit illam contra iura & iuſtitiam condemnare, & voluntate vti. Et tenent quòd iuſtitia & legitima partis defenſio non tollitur per dationem arbitrij.alle.C.de inoffi. teſta. ſiquando. ff. de condi.inde.ſi procurator.in prin ff.de dona.ſi filius.& de pecul.l.qui peculij.ff.manda.l.creditor.§.Lucius.ad munici. l.Lucius.§.Imperator.ff.de pac. contra iuris.ff. ad Treb.ſi cũ hærede.facit de reg.iur.in generali. lib. vj. cum ſuis concor. & optimè probat conſtitutio Cle.ſuprà de re iudi.paſtoralis. §.penul.in ſi. Et ſi dicas, arbitrium ab eo qui potuit conceſſum,debet aliquid operari: Reſpondetur quòd ad ſolennitates quæ figuram iudicij reſpiciunt,non tenetur, vt hic. Vnde not. quòd de iis quæ in iudicio aguntur, quædam ſunt acta cauſæ vel litis, quædam iudicij. confeſsiones ergo, atteſtationes,& ea quæ reſpiciunt factum, propriè ſunt acta cauſæ. Citationes, ſatiſdationes, & ſimilia ſunt acta iudicij. de hoc per Innoc.& Hoſtien.de teſti.cauſam. & per Archid.de elec. indemnitatibus.§.ſi verò. Verba igitur ſine figura iudicij,licet tollant aliqua ex iis quæ ordinant iudicium, non tamen illa quæ inſtruunt & decidunt cauſam. non eſt ergo mirum ſi probationes & legitimas defenſiones talis iudex admittit. Nil igitur talis iudex omittit per quod impediatur vel occultetur cognitio veritatis,vt ſequitur, & per ſingula diſcernere potes.Illa verò quæ ſolennitatem reſpiciunt,ſiue ſint actus qui reſpiciunt iudicem, ſiue partem vtranque vel alteram,remittuntur.& facit.ff.de leg.j.l.ſi ſeruus vetitus. cũ ſuis concor.

*Iudex habẽs arbitriũ partem cõtra iura cõdemnare non poteſt.*

*Actorum quædã ſunt acta cauſæ, quædam iudicij.*

f *Citationem.*per hoc ſingulare vidétur quòd ſufficiat vnica, cum aliàs ſaltẽ in principio cauſæ requiratur trina vel perẽtoria, vt lit. non conteſt. quoniam.§.porrò.de hoc.xxiiij.q. iij.de illicita.

*Citatio debet eſſe trina vel peremptoria.*

g *Non excludi.*intellige plus quã in aliis in quibus nõ proceditur ſimpliciter & de plano. vnde ſicut in illis, ſic & in iſto. ſi tamen tacitè omittantur hæc iuramenta,non vitiatur proceſſus.de iura.calum.c.j.lib.vj.

h *Formã.* de ordi.cog. c.ij.de ac.qualiter.ij.de ſi.licet.vbi de hoc. facit de cau. poſ. cum ſuper.ff.de iudi. de qua re. s̃.de ſi. inſtru.inter dilectos.ver. cæterum.

Gloſ.ſeq.ponit tres expediẽtias petitionis ſcribendæ. ſubdit opi.& caſum quo procedit.

i *Pronuntiatio.* expedit igitur petitionem in actis deſcribi propter iudicem, vt pronuntiationem petitioni conformet, vt hic,&.ff.commun di.vt fundus. propter actorem, ne fruſtra fatigetur, & vt videat ſuper quo poſitiones & articulos formet, vt ſequitur, & vt ſibi ex alia cauſa agenti non obſtet exceptio rei iudicatæ. ſuprà de re iudi.abbate.lib.vj.expedit reo vt deliberare poſsit.iij.quæſtio.iij. offeratur. ſuas defenſiones formare, vt ex ineptitudine abſoluatur ab inſtantia,& abſolutus in principali,non poſsit iterum conueniri. Dicunt quidam quòd oblatio libelli ſolum reſpicit fauorem rei. quod ſi tenere velis, dicas id verum de ipſa oblatione quæ ſibi fit expenſis actoris. petitionem verò in actis deſcribi,triplicem fauorẽ reſpicit, vt prædixi.

Gloſ. ſeq. tractat an in his fiat reconuentio de cauſa quæ requirit plenam cognitionem. ponit opini. quòd non. ſecundò ponit contrarium. tertiò reuertitur ad primam, reſpondens ad legem contrariam. quartò huic opponit, & dupliciter ſoluit.

k *Si quid petere voluerit.* quod requirat ſummariã cognitionem, & ſit eius naturæ ꝙ in eo poſsit procedi ſine ſtrepitu & figura &c. hoc dico,quia no.Inno.& Hoſti.poſt eum de mut. pe.c.j. quòd conuentus in cauſa quæ requirit ſummariã cauſæ cognitionẽ,reconuenire non poteſt,niſi ſuper cauſa conſimilis cognitionis. ſit ratio ſecundum eos,quia cum conuẽtio & reconuentio ſimul ſint tractandæ. de ordi.cog.c.ij.vbi vna requirit plenam cognitionem, altera ſummariam, reſtat quòd ſine alterius præiudicio ſimul tractari non poſsint, cũ altera accelerationem exigat,altera dilationes longiores expoſcat.facit pro Innoc.C.depoſi.l.ſi.& C.de compen.l.fin.& ff.depo.bona fides.in ſi. & fa. hoc dictum multum contra opin.Inno.& pro opin.mea,de qua ſtatim dicam. Sed quidam legiſtæ contra,per l.ſed hæc.§.non ſolum.ff.de procur.vbi ſi per procuratorem actoris petitur cautio damni infecti, quæ tamen celeritatem deſideret. ff.de dam. infec.l.j. & iiij.§.pe. ff.de ſer. l. ij. & reus velit dominum in aliqua actione reconuenire,procurator tenetur illum defendere. & hunc intellectum approbat ibi gl.Pe.de Bel.ſequitur Inno. per.l.j.Co.vbi cau.ſta.vbi hoc no.& C.de ſent.& inter.auth.& cõſequenter. & Cy.idem poſt eum per rationem Inno.Ad.§.nõ ſolum.reſpondent quòd.§.eſt volubilis,& debet intelligi in procuratore qui reconueniretur in cauſa damni infecti,iuxta ſecundum intellectum ibi poſitum in gloſ. Prædictis obſtare videtur decret.ij. de mu.petit. vbi modus præter vel contra ius datus in conuentione, ſeruatur in reconuentione. & ſic arguitur quòd in cauſis quæ requirunt plenam cognitionem, beneficio reconuentionis poſsit hoc caſu procedi ſummariè ſicut in conuentione, & ſic ceſſabit ratio Innocen. Volens tenere quod præmiſi, dicere poſſet quòd aliud eſt per reſcriptum id tolli quod reſpicit fauorem partium, vt appellare,& tunc ſicut illud non licet reo in conuentione, ita nec licebit actori in reconuentione,vt ibi.aliud eſt tolli ſubſtantialia iudicij per reſcriptum,& tunc reſtringitur ad caſum cõuentionis expreſſum. facit de reg.iur,quæ à iure.li.vj.cum concor. & ſit huius ratio, quia in primo valeret impetrantis renũtiatio.C.de temp ap.l.vlti. ad ſin. in ſecundo non, vt dicam.j.in vlti. gloſ. Aequè tamen dici poſſet quòd aut ordinarius vel delegatus cognoſcit de cauſa in qua de ſui natura ſummariè proceditur,& tunc ſit locus præ.opin.Inno. & ſequacium,vt qualitas cauſę reconuentionem impediat,ſicut & aliàs no.de mu.pe.c.j.in ſi.in pe.gl.& de arbi. cũ dilectus.in gl.j. Aut delegat⁹ virtute cõmiſsionis in cauſa in qua aliàs plena cognitio requirebatur, ſummariè cognoſcit. & tunc ſubdiſtingue, aut papa proprio motu tollit ſubſtantialia,& tunc idem quod s̃.aut ad petitionem impetrantis, & tunc arg.præ. decre.&.l. vlt.C.de fruc.& lit.expen. videatur eſſe remiſſa plena cognitio etiam in reconuentione.& ſic ceſſabit obſtaculum Inno. vt prædixi.Pro hoc facit hæc litera ſic generaliter loquens, ſi quid petere voluerit &c. & ad ſubdiſtinctionẽ facit de præb. ſi motu proprio.&.c.ſeq.lib.vj. & quod no.in prædi.decre.ij. in ſi.vlt.gloſ.

*Conuentus in cauſa ſummaria, an poſsit reconuenire in cauſa plenaria.*

Gloſ.ſeq.de reconuentione,an fiat poſt litem conteſtatam, ponit duas opiniones contrarias, & ſecundam approbat per hunc textum.

l *Exordio.* No.cõtra opi.Ber.Vin.Inn.& Guli.& Archi.quæ habet ꝗ vſque ad concluſionẽ poſsit fieri recõuentio. & pro opi.Ala.Tan.Gof.& Hoſti.& Io. Mo. quæ placet, quòd ante lit.conte.ſit facienda,vel ſtatim poſt lit.conteſt. vt no.Accur. in auth.& cõſequenter.in gl.ſi.in auth.de execu. §.ſancimus. in j.gloſ.vt plenè ſcripſi de mu.pe.ca.j.ſuper.j. gloſ. & contra ipſum



ipſum Inno.facit quod poſt eum dixi s̃.proxi.glo. Hoc ergo teneas quòd licet quandocunque reus cõuenire poſsit actorẽ durante iudicio, non tamen illa conuentio vim reconuentionis habebit,vt.ſ.ſimul tractetur & finiatur: vt de ord.cog. c.ij.niſi fiat in litis exordio: vt hic. hoc durum,cùm id liceat vſque ad concluſionem.de fide inſtrum.cùm dilectus. & dicunt quòd licet iudex id poſsit, nõ tamen debet.ff.de iudi.nõ quidquid.xj.quæſt.j. aliud.& adde quod ſtatim dicam.

Gloſ.ſeq.ponit duas lecturas,& primam approbat.

tio facienda, ſiue ſcriptis, ſiue [a] verbo: actis tamen continuo [b] (vt ſuper quibus poſitiones & articuli formari [c] debeãt, poſsit haberi plenior certitudo, & vt fiat definitio clarior [d]) inſerenda. Et quia poſitiones [e] ad faciliorẽ † expeditionem litiũ propter partium confeſsiones [f] & articulos [g] ad clariorẽ probationẽ vſus longæuus [h] in cauſis admiſit, Nos vſum huiuſmodi obſeruari [i] volentes, ſtatuimus vt iudex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium [k] voluntate procedat) ad dandum ſimul vtroſque [l] terminum dare poſsit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta [m] quibus partes [n] vti volunt in cauſa poſt dationem [o] articulorum, diem certam quandocunq; ſibi videbitur valeat aſsignare, eo ſaluo quòd vbi remiſsionẽ [p] fieri cõtingeret,pro teſtibus [q] producendis [r] poſsint etiam inſtrumẽta produci, aſsignatione huiuſmodi non obſtante [s]. Interrogabit [t] etiã partes ſiue ad earum inſtantiam ſiue ex officio vbicunq; hoc æquitas ſuadebit. Sententiam verò definitiuam (citatis ad id [u] licet non peremptoriè [x]

a *Sine verbo.* eligat ergo petens quod vult, vel ſcriptam dare vel verbo proferre: vt de ſuo ore ſcribatur apud acta vt ſolet fieri poſtea.

b *Continuo.* tolle verbũ inſerẽda, quod eſt j.& interſerit quare.

c *Formari debeãt.* cauti aduocati actorũ faciunt triplicare libellos: vnum dant notario qui ſcribit acta: alium reo: tertium ſibi ſeruant ad finem de quo dicitur: vt melius & certius poſitiones & articulos forment.

d *Clarior.* tũ ratione memoriæ quę labilis eſt.xxiij.diſt. præterea.C.qui teſta. fa.poſ. hac cõſultiſsima. ver. at cùm humana.propter quod non ſcribere petitionẽ,poſſet impedire & occultare veritatem: tum quia ex quo petitio in actis deſcripta eſt,exprimi poterit in ſententia vt moris eſt.

*†No. quòd poſitiones ſunt inuentæ ad faciliorem litis expeditionẽ. ſi enim quis confitetur, citò cauſa terminatur. vnde dicit Pau. quandoq; dicitur nõ poſſe delinquere propter cõtumaciã partis; q a cõfeſsio lxa beri nõ poteſt: vt no. Innoc. de dolo prout Cardinalis.*

e *Poſitiones.* de his & ipſarum formis ſatis not.de confeſ.c.j. lib.vj.

Gloſſa ſequens obiicit quòd poſitiones inutiliter fiant, & ſoluit.

f *Confeſsiones.* ſed ſi pars negat quod petitur, quid releuat poſitiones facere quas etiam negabit? Solu.ſępè contingit ꝙ vſus poſitionum multum releuat probantem: vt ſi petam à te centum quæ mutuaui Titio cuius es hæres: reſiſtis negando: modo ponam ꝙ mutuaui Titio cẽtum, ꝙ promiſit illa reſtituere tali die, ꝙ Titius inſtituit te hæredem, ꝙ mortuus eſt, quòd hæreditate adiuiſti vel habuiſti. hæc omnia habeo neceſſe probare: ſed fortè duas primas negabis, reliquas confiteberis: multum ergo me iuuat poſuiſſe. fortè etiã licet reſiſtas, dicens exceptionẽ pacti ſolutionis vel ſimilem tibi cõpetere: omnes prædictas poſitiones cõfiteberis: per quod patet quòd etiam ſuper principali, cui reſiſtit aduerſarius, ponere quandoque multum iuuat.

*Poſitionis vſus multũ releuat probantem.*

g *Articulos.* de his ſupra de teſti.per tuas.& eo.tit.pręſentiũ. lib.vj. Et in quibuſdam foris dicitur intentio vel aſſertio. facit.s̃.de cauſa poſ.cum eccleſia. poſt prin. C.de temp.ap.l.per hanc.

h *Longæuus.* ſcilicet à tempore Grego. ix. quia prius de poſitionibus non habebamus expreſſum: ſed per ipſum habemus de elect.dudum.ij.de lit.conteſt.c.vnico.

i *Obſeruari volentes.* in omnibus cauſis, nedũ in his in quibus ſine figura proceditur.ita puto authorem intellexiſſe. Et dato ꝙ dicas illum intellexiſſe ſolũ de his in quibus proceditur ſine figura: fortius ergo ſeruandus eſt in aliis.

k *De partium.* propter plurale nõ puto ꝙ pars altera ſola reſiſtere poſsit: ambabus autẽ reſiſtentibus non videtur iudicẽ hoc poſſe: ſed per hoc collige ꝙ ſi iudex qui ſine figura procedit, inuitis partibus non dat ſimul terminum ad ponendũ & ad articulandum, multo minus & alius.

l *Vtroſque.* ſcilicet poſitiones & articulos: vnde & quidam in cauſis hæc coniungunt: dicentes, ponit: & ſi negetur, probare intendit &c. non tamen in aliis cauſis debet quis ad hoc cogi, primò enim poteſt ponere, & demum negata in articulos deducere. ADDITIO. De quo Spec.in tit.de teſti.§.nũc videndum.in princ.

*Poſitiones negatæ in articulos deducũtur.*

m *Munimenta.* ſcilicet per quę munitur cauſa. & idem verbũ de elec.cupientes.in ſi.j.reſpon.& §.electos.de offi.or.quanuis.lib.vj.& s̃.de in integ.reſti.coram.

Gloſ.ſequens oſtendit hoc ſpeciale in his: & ponit dictum Gulielmi.

n *Partes.* patet ergo ꝙ in his cauſis quibus ſine figura proceditur, vnus & idem terminus datur actori & reo ad probandum: cũ in aliis cauſis dicatur fatuũ eſſe ꝙ reus probet defenſiones ſuas, niſi prius actoris intentio ſit fundata: vt not.s̃.de teſti.c.de teſtibus. Dicebat Guli.in Spe.de inſtru.edi.§.nunc dicamus. ſæpe obtinuiſſe ꝙ poſt lit.conte.& iuramentum iudex poſsit partibus ſtatuere terminũ peremptorium ad exhibenda omnia quibus in cauſa ſunt vſuræ. alleg.ff. de eden.l.j. §.edẽda.& quod ibi not.dicit tamen quòd quibuſdã videtur

*Reus fatu⁹ eſſet ſi probaret defenſiones ſuas actoris intẽtione nõ fundata.*

o *Poſt dationẽ.* ſi verbum iſtud coniungitur cum verbo aſsignare,quod ſequitur: eſt ſenſus, quòd datis articulis, & nõ prius, aſsignare poſsit hunc terminũ.Si verò coniungatur cum verbo exhibẽda, erit ſenſus ꝙ poterit dare terminũ, pone decem dierũ, ad ponendũ & articulandũ, & extunc dare alios decem vel mẽſem ad producẽdũ &c. vt ſic ſimul détur duo termi. ſi. de teſti. co. c.ij. & facit litera, quandocunq; ſibi videbitur.prima placet, maximè quia poſitionib⁹ datis in termino reſpondendũ eſt: articuli etiã examinandi. Illud ergo tempus quo ſuper his inſtatur, non currit in termino productionis: nec eſt congruum parti ſtatui terminum ad probãdum prius quàm ſciat in quibus releuetur, & quos articulos probare teneatur.

p *Remiſsionem.* cuius formam habes.s̃.de teſti. præſentium. lib.vj.

q *Pro teſtibus.* probatoriis: & hoc eſt certum. ſed quia litera generaliter loquitur, vidétur idem in reprobatoriis: de quib⁹ de proba.licet.de teſti.licet.iij.nam in illis etiam ſit remiſsio: vt in prædi.decre.præſentium.

r *Producendis.* non ſemper in dilatione data ad producenda inſtrumenta licet producere teſtes: vt dixi poſt Pet. & Guli. de teſti.cog.peruenit.j.

Gloſ.ſeq.no.ad quęſtionem de productione inſtrumentorum poſt terminum: in qua ponit duas opin. contrarias: & tertiam diſtinguentem.

ſ *Non obſtante.* vbi ergo nõ ſit remiſsio pro teſtibus producendis,terminus datus & elapſus bene obſtat ne produci poſſint vlterius inſtrumenta. Et ſic videtur ſolui quod quæritur, an poſt terminum datum ad producenda inſtrumenta,audiatur volens illa producere. Odof.& Guliel.in Specu.de dila.§. videndum.ver.quid ſi datus. dicunt quòd non.alleg. Guli.ff. de optio.leg.l.mãcipiorum.C.de inge.ma.diffamari.facit pro eis.C.qui accu.non poſ.ſi ea quę. de remiſ.pig.ſi eo tempore. s̃.de proba.licet.in prin. & quod ibi not.in j gloſ.& quia boni iudicis eſt lites dirimere.s̃.de dolo & contu.finem litibus. & c.ſi. Alij contra, cum non ſit quis cogendus edere inſtrumenta niſi cum eis vtitur,ff.de eden. l.j.§. edenda. & videtur expreſſum.s̃.de fide inſtru.cum dilectus.vbi patet hoc licere vſque ad concluſionem.ad idem C.de iudi.l.iudices. & auth. iubemus.& quod ibi no.Inducitur ad idem.C.de lib.cau.nec omiſſa.ff.de quæſti.vnius.§.ſi. Confitebitur enim forſan aduerſarius videndo inſtrumenta pro & contra. facit conſtitutio Cle.s̃.de excep.excommunicationis. Tertij diſtinguunt (quod vidètur æquum) an ius aduerſarij ſit læſum: vt quia perierunt teſtes per quos poterat inſtrumentum reprobaſſe ſi fuiſſet productũ in termino: quo caſu audiatur. aut ipſius ius eſt illæſum, & eo caſu produci poterunt. hoc probãt per prędictam.l.mancipiorum.ff.de opt. lega. ad quod facit de dolo & contu.cap.j.de pręben.ſi tibi abſenti.lib.vj.& quod not.ff. de euic.ſi rem.§.quolibet.& dixi de emp.& vendi. c. ſi.ſuper j.gloſ.

*Inſtrumẽta volens producere poſt terminum datũ, an ſit audiendus.*

t *Interrogabit.* hoc non videtur in his ſpeciale.xxx.q.v.iudicantem.de fide inſtru. cùm Ioannes. ad ſi. ff.de interrog.act. vbicunque.facit de iuram.calum.c.ij.in ſi. lib.vj. niſi dicas in his ſpeciale quòd etiam poſt concluſionem ad petitionẽ partis interroget.

u *Ad id.* non ſufficit ergo citari niſi exprimatur id, quòd ad ſententiam audiendam.ff.quæ ſent. ſine ap.re. l.j.§. item cum ex edicto.facit de teſti.cum olim.in ſi. de dolo & contu.eum qui libr.vj.nam ſi hoc in ſummariis, fortius in aliis: vt ſæpius dixi.

*Citatio peremptoria an ſit ad ſententiã audiendam neceſſaria.*

x *Non peremptoriè.* Arg.quòd in aliis cauſis in quibus ſeruatur iudiciorum figura, ſit neceſſe peremptoriũ exprimi vbi non ſit trina citatio ad ſentẽtiam audiendã. quod videtur tenere Ioan. xxij. q.iij.de illicita.Ber.de offi.deleg. conſuluit.

Inno.de accu.ad petitionem.Guli.in Specu.de cita.§.viſo de tempore.ver.aliàs autem.& in ver.quid ſi lata.

Gloſ.ſeq.ponit opi.reprobatam,& duas conuenientias.

a *In ſcriptis.* proferat,quod eſt.j.Et huius contrariũ tenebat Aegidius,in decre.nouit.etiam ſolũ ex vi illius verbi,de plano. Et p hoc no,duo in quibus conueniũt iſtæ & aliç cauſæ, ſcilicet q in his vt in aliis neceſſe ſit definitiuam in ſcripto proferri.Item q iudex ſicut in aliis ita in his habet illã per ſeipſum proferre. & de vtroq; ſatis not. de ſent.& re iudi.c.ſi.lib.vj.vbi videas. noluit ergo ſcripturam quę in ſententiis requiritur,& prolationẽ iudicis in his cauſis prętermitti,ne per id contingeret occultari veritatem propalatam & in iudicio definitam,& per cõſequens victorẽ ridiculosè & fruſtrà in tali proceſſus iudicio laboraſſe.

b *Stans.* in hoc diuerſum eſt ius in his cauſis ad alias quæ requirunt figurã iudiciorũ quæ ferri debent à iudice ſedente.de quo vide no.in prædi.decre.in fi. de re iudi.li.vj.in glo. pen.& videtur quibuſdam hoc induci etiam per ſolum illud verbum,de plano.vt dixi in prin.huius partis.& hoc tenebat Aegid.in decre.nouit.

*Concluſio in cauſa an ſit neceſſaria.*

c *Concluſione.* iſta litera videtur velle quòd in aliis cauſis requirentibus figuram iudiciorũ neceſſaria ſit concluſio.& de concluſione habetur,§.de procu.auditis. de cauſa poſ.paſtoralis.& in cõſtitutione Clementis eo.tit.cauſa. de prob.quoniam contra.de fide inſtru.cùm dilectus. & ca.cùm Ioannes. Communiter in ſecularibus foris apud nos nõ fit concluſio. in eccleſiaſticis fit per partes.Item ipſis vel altera ipſarũ inuita: ex quo ſufficientes dilationes datæ eſſent & elapſæ, pronuntiaret iudex concluſum in cauſa.& vide in Spec.de renũ. & conclu.in princ.

d *Faciendum.* patet ergo etiam in cauſis quibus tollitur figura iudicij,ſecundũ ius pronuntiari debere: vt dixi ſuper verbo,defenſiones.

e *Conſtitutionem noſtram.* §.de iudi.diſpendioſam.

f *Aliàs.* vt in caſu decre.ſi.de hære.lib.vj. & in caſu decr.indẽnitatibus.§.ſi verò.de elec.eo.lib.quod dic vt dixi in prin. ſuper ver.figura.

g *Solennis ordo.* vt libelli oblatio,litis cõteſtatio,& ſimilia.

h *Non contradicentibus.* innuit quòd partibus contradicentibus non poſsit iudiciorum figura vel ſolẽnitas vltra id quod hic exprimitur obſeruari: quod verum intelligo quando ſic procedere nõ eſt in iudicis poteſtate:vt quia papa ſic procedi mandat:vt in princ.c.ſecus ſi ſic procedere voluntate iudicis relinquatur, vt in conſtitutione, diſpendioſam.§.de iudic.vt ibi dixi ſuper ver.valeat. Secũdò no.caſum quo ſufficit tacitus conſenſus non reclamantis.concor.de accu.ca.ij.li.vj.interdum requiritur expreſſus eo.lib.de reſcri.ſtatutũ.§.in nullo. aliàs non contradicere ſapit medium inter conſenſum & diſſenſum: quod dic vt no.de reg.iur.is qui tacet.lib.vj.

*Conſenſus tacit⁹ quãdoque ſufficit.*

Gloſ.ſeq.ponit duas lecturas contrarias.quęrit,arguit pro. & diſtinguendo ſoluit.

partib⁹)in ſcriptis[a],& (prout magis ſibi placuerit) ſtãs[b] vel ſedes proferat: etiã(ſi ei videbitur) concluſione[c] nõ facta prout ex petitione & probatione & aliis actitatis in cauſa fuerit faciendum[d]. Quæ omnia etiã in illis caſibus, in quibus per aliã conſtitutionem[e] noſtram vel aliàs[f] procedi poteſt ſimpliciter & de plano,ac

B

ſine ſtrepitu & figura iudicij, volumus obſeruari.Si tamen in præmiſsis caſibus ſolẽnis[g] ordo iudiciari⁹ in toto vel in parte non contradicentibus[h] partibus[i] obſeruetur, non erit proceſſus propter[k] hoc irritus[l] nec etiam irritandus[m].

Data Auenione xiij. Calen. Decembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

A i *Partibus.* videtur per plurale quòd contradictio vnius partis tantùm non vitiet proceſſum: ita res de facili reuertitur ad ſui naturam: vt dicam in vlti.gloſ.& facit quod dixi ſuper verb.& quia in gl.propter.aliàs dixiſſet,vel earum altera.Sed fortè hoc ſubauditum eſt de mente: quod patet ſi reſoluatur non contradictio in ſenſum: vt ſi dixiſſet conſentientibus partibus; quia tunc patet quòd alterius cõtradictio vitiaret. & eſt ſimilis altercatio quam ſcripſi §.ea.compil.de elec.in pleriſque. Sed pone q de conſenſu partiũ iudex ſeruauit ſolennia ordinis iudiciarij: poſtea pœnitet partes, & volũt quòd procedat ſine figura: nũquid deinceps illis inuitis poterit ſeruare ſolennia? Videtur quòd ſic,per regulã quod ſemel.de reg.iur.lib vj. cum ſuis concor. & vnico actu quis renuntiat & conſentit.de conſtitu.cùm acceſsiſſent.vbi de hoc.de offi.deleg.gratum.de appel.ſolicitudinem. & ſufficit ſemel factũ.qui ma.accu.poſ.inſuper. & propter ſui contrarietatem iſtæ viæ præiudiciales videntur, & ſic vna electa non venit alia.de poſtula.c.vnico.de elec.vt quis.lib.vj. Item vniformis debet eſſe finis principio. de baptiſ.maiores. ante medium.de appel.ſecundò requiris. His rationibus puto q ſi partes expreſsè conſenſerunt quòd iudex in tota lite vel ſimpliciter ſeruaret ordinem iudiciariũ, quòd inuito iudice qui ſic inchoauit procedere,pœnitere non poterũt.vbi verò non conſenſerunt expreſsè, ſed non contradixerunt:puto q in occurrentibus poſtea contradicere poterunt. facit litera præcedens ibi,in toto vel in parte. Item ſingulares actus iudiciorum ſunt per ſe actus perfecti. vnde ſingulariter intitulatur,de libel.obla.cum rub.ſeq. bene facit quod ſcripſi poſt Vin.& Compo.de reſcr.dilectus.ij.in princ.quod etiam not. Guliel.in Spec.de appel.§.reſtat.ver. & no.ſecundum Vin.de cita.§.j.ver.quid ſi reus.

*Iudex procedens vnò modo de conſenſu partiũ an poſsit illis pœnitentibus & inuitis illum modũ proſequi.*

C k *Propter hoc.* poſſet enim ſubeſſe alia cauſa irritationis.

l *Irritus.* ipſo iure:vt aliàs de lit.conte,c.vnico.& tit.ſeq.accedens.j.& ij.

Gloſ.ſeq.inducit duo exempla,& vnum ſimile,dicens hũc finem non conuerti.rationem reddit: & ſalutem optat.

m *Irritandus.* per ſententiam; vt aliàs de re iudi. cum cauſa. & c.cùm Bertholdus.in fi.& concor.huic fini de iuram.calũ. c j.ij.reſpon.in fi.lib.vj. Et ſcias quòd iſte finis non conuertitur:nam ſi in cauſis quæ requirunt figurã iudicij, procederetur non contradicentibus partibus ſine figura, nõ teneret proceſſus: & idem ſi expreſsè conſentirent. de hoc de offic. deleg.de cauſis.in gloſ.ij.ij.q.j.in primis.in fi.& ca.ſequen.& in Spec.de ſen.prola.§.iuxta.ver.quid ſi de partium.quod intellige vt no.de re iudi.c.vlt.lib.vj.in v.gloſ.Ratio diuerſitatis patet:quia in caſu iſto fit contra ius commune:ſed in caſu quem ponit litera,res redit ad ius commune,& ad ſui naturã: quod facilè fit.xxxv.diſtinct.ab exordio. ff.de pac.ſi vnus.§. quod ſi non vt totum. Natura verò naturãs cùm ad illam redibimus, per interceſsionem Virginis glorioſæ nos collocet

*Proceſſus in cauſis plenis omiſſo iuris ordine etiam de partium conſenſu, non tenet.*

D cum electis. Amen.

Arbor



# Arbor ſeu figura declaratiua tituli De iure patronatus.




Quoniam materia huius tituli eſt ſatis intricata, difficilis & quotidiana,ideo ibi figuratiuè appoſuimus vt facilius à tyrunculis in hac arte comprehendatur.

PRO CITIUS ARBORIS declaratione quam format gloſ. hic, præmitte quòd A. patronus poſitus in radice ſiue prima cellula iſtius arboris habuit tres filios, ſcilicet B. C. D. vt patet aſcendendo ad tres cellulas ſequentes, & xij. nepotes,vt patet aſcendendo ad xij.cellulas immediatè ſequentes,& xxx.& vij. pronepotes tã laicos quã clericos,vt patet aſcendendo ad xij.vltimas cellulas,Et aduerte quòd in iſtis vltimis cellulis clerici ſignificantur per iſtam literam C. & laici per iſtã literam L.ita quòd quoties ponitur litera C.in cellulis ſuperioribus, ſignificat tot fore patronos clericos,& idem de litera L.quo ad laicos.

SEcundò aduerte quòd iſte A. patronus habebat ius patronatus quod reliquit vnà cum hæreditate tribus filiis quos habebat,ſcilicet B.C.D. Cuius præſentationem ſecundum Cardi. hic ipſi filij diuiſerunt in tres partes, & ſic per capita, nec adhuc habet locum diſpoſitio iſtius cle.Ius patronatus tamẽ eſt inſolidum penes quemlibet illorũ, cum ſit indiuiſibile,eius præſentatio tamen poteſt diuidi,ſecundum Innoc.in cap. j. ſupra eo.titu.& Cardi.hic,& in prima voce ſuccedet primus filius iſtius A.ſcilicet B. & poſt eum duo filij eius, ſcilicet primus & ſecundus,& iſti ſuccedẽt in illa voce per ſtirpes,ſecundum diſpoſitionem iſtius cle. ſecundũ communem intellectũ. & poſt iſtos duos filios B. in eodem iure ſuccedent nouem nepotes ipſius B.ſcilicet tres clerici,& ſex laici qui ponuntur in duabus cellulis deſcẽdentibus à duobus filiis B. in quarum prima eſt litera C. & in ſecunda ſunt literæ C.duæ,& literæ L.ſex, & iſti nouẽ ſunt pronepotes ipſius A.primi patroni poſiti in prima cellula.

SImiliter C.ſecundus filius ipſius A.ſuccedet in ſecũda voce,& quatuor filij eius poſiti in quatuor cellulis deſcendentibus à cellula C. ſuccedet eidem C.in illa voce per ſtirpes,iuxta tenorẽ iſtius cle.& eodem iure decem nepotes ipſius C. ſuccedent in eodem iure patronatus per ſtirpes, quorũ nepotum quinque ſunt clerici,& alij laici. Et ponuntur omnes iſti nepotes in quatuor cellulis ſuperioribus trahentibus originem à quatuor filiis C.in quarũ prima ſunt vna litera C. & tres L L L. in ſecũda duæ C.& vna L.in tertia duç C.in quarta vna L. & omnes iſti ſunt pronepotes ipſius A. ſicut alij nouem,ſecundum computationem gloſ. hic.

SImiliter D. tertius ipſius filius A. ſuccedet in tertia voce ſicut dictum eſt de duobus primis filiis,& ſex filij eius poſt eũ ſuccedent in illa tertia voce iuris præſentandi per ſtirpes, eodem modo

ſicut dictũ eſt de aliis: ita quòd illi ſex non cõputabuntur niſi pro vno, ſicut eorum pater quando viuebat ſcilicet D. & decẽ & octo nepotes ipſius D.eodem modo ſuccedent in illa voce per ſtirpes ſuccedendo ſex filiis ipſius D. & iſti decẽ & octo nepotes ponuntur in ſex cellulis deſcendentibus à ſex filiis D.quorum nepotum nouem ſunt clerici & alij ſunt laici, vt patet in figura, ſecundum Imolam hic, & omnes iſti decem & octo ſunt pronepotes ipſius A. primi patroni.

TErtiò conſidera, ſecundum gloſ.hic quòd iſti tres ſcilicet B. C. & D. æqualiter ſucceſſere iſti A.in hæreditate, & in iure patronatus ei hæreditati annexo, & ſic diuiſa hæreditate quilibet habuit quatuor vncias & totidem in iure patronatus ei annexo, licet ſecundum Imo.hic. & Innoc.in c. j.eo.tit. hæredes inæqualiter ſuccedant, ius patronatus tamen ad eos tranſit æqualiter, vt ponamus quòd A.habet hæredes B.C.& D. & quòd B.ſuccedat eidem in ſex vnciis. D.in quatuor. C.in duabus, & ſic in portionibus inæqualibus, omnes tamen æqualiter ſuccedãt in iure patronatus annexo illi hæreditati.

QVartò notandum eſt pro declaratione vltimarum cellularum in quibus reponuntur pronepotes ipſius A.quòd licet aliqui illorũm pronepotum ſint clerici, aliqui laici, ius patronatus tamen illis competit iure laico non iure eccleſiaſtico, imò iure ſucceſsionis, & perinde haberi debent ac ſi eſſent omnes laici quo ad iſtud ius, ita quòd clericorum non erit melior cõditio propter clericatum in iſto caſu. ex quo infertur ꝙ clerici in iſto caſu pòterunt variare in eorum prçſentatione ſicut laici vſque ad acceptationem à ſuperiore factam, nec habebunt niſi quatuor mẽſes ad prçſentandum ſicut laici, ſecundum Cardi.hic, & Panor.in ca.eam te.de iure patro.& ſecundum Spec.in titu.de relig.domi. in §.vnico. ver. eſſet etiam ſufficiens. quod eſt valde notandum pro declaratione iſtius figuræ.

QVintò notandum eſt quando vni ſoli patrono originario ſuccedunt plures hçredes per capita, illi etiam ſunt patroni in capita, & tunc non ſeruatur diſpoſitio iſtius clem. filij verò iſtorum hçredum ſuccedunt in ſtirpes eorum patribus, vt eſt videre in tribus cellulis B.C.D.deſcẽdentibus à cellula A.nam illi tres reſpectu A.eorũ patris ſuccedẽt in capita, duo filij B. quatuor filiis C. ſex filij D. ſuccedent in ſtirpes ſublatis de medio eorum patribus, ſcilicet B.C.D.& tunc ſeruabitur diſpoſitio iſtius cle. ſecundum gloſ.hic Cardi.& Imol. & ſecundum Roc. de cur. in tracta.de iure patro.colum.cxlviij.

SExtò pro declaratione diſcrepantiarum quæ ſolent eſſe in iſtis compatronis, aduertendum eſt circa præſentationes quòd in pari numero ſtipitum ſiue patronorum originariorum regulariter locus eſt gratificandi, dummodo merita præſentatorum paria ſint, & non obſtet aliud canonicum impedimentum. Numerus tamen ſtirpis poteſt eſſe par, & ius præſentatorum erit impar, vt eſt videre ſi vnus præſentaretur ab vno filiorũ B.

A & à tribus filiis C. & alter præſentaretur à tribus filiis D.& ab vno filio C. ibi quilibet præſentatur à quatuor, & tamen ſi cætera ſint paria, præſentatus ab vno filiorũ B.& à tribus filiis C. præfertur, quia licet ab æqualibus præſententur in numero, non tamen in ſuffragio. Cardi.in prin.q.ij.& Imo. col.v. Ex quo infert Cardi.vbi ſupra quòd nõ ſunt hîc tot ſuffragia vocum, quot ſunt capita patronorum. nam vna ſtirps non habet niſi vnam vocẽ, vt xviij. nepotes ipſius D.qui ponuntur in ſex cellulis ſuperioribus partis dextræ, non habent niſi vnam vocem ſicut D. eorum auus habebat. & de aliis idem.

ADuerte tamen ad vnũ, licet glo.magna aliter dicat hic & malè, ꝙ illud quod fit à maiori parte vnius ſtirpis, reſpectu minoris partis eiuſdẽ habetur pro valido quo ad illam ſtirpem, reſpectu
B præſentationis fiendæ per illam totã ſtirpem, dũmodo nõ contẽnatur minor pars, quia plus obeſt contemptus vnius quàm cõtradictio multorum, vt dicit text.in cap. venerabilem. ſupra de elec.& ideo ſi minor pars ſtirpis rectè vocata à maiori in præſentatione fienda diſcordet, nihil habebit in præſentatione pro illa vice: vt poſſumus videre ſi tres ex quatuor filiis C.præſentarent vnũ, & quartus nollet eum præſentare, ille quartus nihil haberet in præſentatione. Idem ſi quatuor ex ſex filiis D.præſentarent vnum, & alij duo aliũ, præſentatꝰ à duobus non haberet ius ex parte prçſentationis illorum duorum. imò dicit Panor.in ca.cum inter canonicos.de elec.poſt text. ibi, quòd maior pars poteſt renuntiare fauori introducto in honorem totius collegij. quod eſt valde notabile & regulariter verum. & traditur regula per Bar. in.l.quod
C maior.ff.ad muni. fallit tamen in ſex caſibus poſitis per Sozi.in regula, factum. in Fall.ſuis.

SEptimò no. ſecundum Roc.vbi ſupra in declaratione illius verbi, ipſe vel is à quo cauſam habuit.& gloſ.hic, quòd licet iſta arbor intelligatur in deſcendentibus, eodem modo eſt dicẽdum in collateralibus, ſcilicet quòd fiat ſucceſsio in ſtirpes in iure patronatus, licet aliter dicatur de hæreditate collateralium, vt per ſcriben.in §.cum filius.inſtit.de hære.quæ ab inteſt.defe. Alia tamen iura debita patronis ratione iuris patronatus, vt alimenta in egeſtate pinguiora quàm aliis pauperibus de fructibus eccleſiæ patronatç, honorarius locus proceſsionalis, ſtudioſum obſequiũ, debentur per capita patronis, licet iura præſentandi debeantur per ſtirpes, ſecundum Innoc.& Panor.in cap.j.ſupra iſto titu.Cardi.& Imol.hic, & Roc.v-
D bi ſupra.

ADuerte tamen ad vnum dictũ Ioan.de Imol. hic col.ij. circa mediũ, quòd declarare ſigillatim quot gradus præſentationis haberet quælibet iſtarum perſonarum ſituatarum in cellulis ſuperioribus, illud eſſet magis tædioſum quàm ſubtile, cum quilibet bonus computator hoc facilius inueniat quàm bonus canoniſta; & etiam propter difficultatem probationis. nã pauca habemus alia iura hæc probantia, niſi iſtam cle. ideo nõ eget altiori declaratione.

APOSTIL-

# APOSTILLÆ SEV BREVIVSCVLÆ SVPPLETIONES RVBRICAS CLEMENTINARVM luculenter declarantes, cum capitulorum numero in marginibus ſignato.

*De ſumma trinitate & fide catholica.*

Cap.j. FIrmiter credenda pro fundamento circa articulos humanitatis Chriſti, iuxta euangelium Ioan.xix. & quòd virtutes per baptiſmum infundantur infantibus in habitu.

Cap.v. *De reſcriptis.* Subaudi regulariter exequendis, & fallit in quinque caſibus de quibus hic.

Cap.viij. *De electione.* Subaudi formaliter facienda & etiam confirmanda canonicè, aliter caſſanda. fallit in quinque caſibus, & qualiter cauſæ beneficiales quç ad curiam Romanam deuoluuntur, per appellationes proſequi debeant.

Cap.j. *De renuntiatione.* Subaudi vt facta canonicè admittatur & teneat: niſi cum procuratoris ad renuntiãdum reuocatio intimatur ſuperiori &c.

Cap.j. *De ſupplenda negligentia prælatorum.* Subaudi auctoritate apoſtolica per ſuperiores & ordinarios circa collationes prioratuum regularium vt non applicentur menſæ.

Cap.iij. *De ætate & qualitate ordinandorũ.* Subaudi neceſſario requiſita, & ad conſequẽda beneficia iuxta canones, & de promotione canonicorum ad ſacros ordines obſeruanda iuxta eccleſiæ conſuetudinem generalem.

Cap.j. *De officio vicarij.* Subaudi perpetui, vt etiã aſsimiletur aliis ſacerdotibus curatis in iure.

Cap.j. *De officio delegati.* Subaudi & executoris apoſtolici cũ poteſtate ſubdelegandi certum articulum.

Cap.ij. *De officio ordinarij.* Subaudi & eius poteſtate & iuriſdictione plena ſibi competente, & collatione beneficiorum etiam per legatos facta.

Cap.iiij. *De procuratoribus.* Subaudi vt eorum mãdata generalia vel ſpecialia ad iudicia vel negotia exequi debeant, etiã probari per literas. fallit in quatuor caſibus de quibus hic.

Cap.j. *De in integrum reſtitutione.* Subaudi concedenda eccleſiæ læſionem probanti intra quadriennium continuum &c.

Liber.ij. Cap.ij. *De iudiciis.* Subaudi ordinariis & quandoque ſummariis & citatione, & aliis eorum partibus, & toto iudiciali proceſſu canonicè procedendo, & de citatione per edictum.

Cap.j. *De foro competenti.* Subaudi vt ſcilicet forum rei actor quilibet ſequatur, fallit in caſu de quo ibi.

Cap.j. *De cau.poſ.& pro.* Sub.ſ. ſimul eodem iudicio tractanda, niſi ſuſpendatur poſſeſſorium, etiam in.ij.inſtãtia alterius partis.

Cap.j. *De dolo & contumacia.* Subaudi ſcilicet canonicè puniẽda, vt ſcilicet abſque alia citatione procedi poſsit ad definitiuã contra friuolè appellantem.

Cap.ij. *Vt lite pendente nil innouetur.* Subaudi.ſ.neque per iudicem, neque actorem, neque reum, neque alium quemcunq; etiam poſt citationem intimatam partem plenè informantem.

Cap.j. *De ſequeſtratione poſſeſsionis & fructuum.* Subaudi quandoq; permiſſa, ſcilicet poſt primam ſententiam latã in Romana curia in poſſeſſorio vel petitorio.

Cap.j. *De probationibus.* Subaudi quibuſcũque regulariter admittendis, ſcilicet ex verbis papæ enuntiatiuis de facto proprio vel alieno in quo fundat intentionem.

Cap.ij. *De teſtibus.* Subaudi & atteſtationibus regulariter admittendis, etiam Chriſtianis contra Iudços & Sarracenos etiã in criminalibus, non tamen poſt publicationem & in cauſa appellationis ſuper eiſdem vel directò contrariis articulis.

Cap.j. *De iureiurando.* Subaudi regulariter præſtando, & obligatorio, & obſeruando, & per Imperatores & Reges Romanæ fidelitatis in forma de qua hic.

Cap.j. *De exceptionibus.* Subaudi, excommunicationis & aliis regulariter admittendis tam dilatoriis quàm peremptoriis.

Cap.ij. *De ſententia & re iudicata.* Subaudi ferẽda canonicè, & exequenda, & confirmanda.

Cap.vij. *De appellationibus.* Subaudi iudicialiter & extraiudicialiter regulariter admittendis, & temporibus earum.

Liber.iij. *De vi.& ho.cleric.* Sub. moraliter obſeruanda iuxta canones.

Cap.ij. Cap.vj. *De præbendis.* Suaudi canonicè impetrandis, per quarũ impetrationem etiam motu proprio vacãt priora beneficia incompatibilia, nec in ea veniunt dignitates curatæ, eleẽmoſynariæ, nec hoſpitalia.

Cap.j. *De conceſsione præbendæ & eccleſiæ non vacantis.* Sub. & mandato de prouidendo, cum afficiente decreto ne ad id cõpellantur, aliàs puniantur ordinarij ante conditionis inſertæ euentum ſine temporis adiectione currentis, ex quo publicè in loco eſt nota vacatio.

Cap.ij. *De rebus eccleſiæ non alienãdis.* Sub. niſi ex neceſsitate ſeruatis ſeruandis, & vnione earum menſæ epiſcopi an facienda.

Cap.j. *De rerum permutatione.* Subaudi & beneficiorum aliàs quã permutantibus non conferendorum.

Cap.ij. *De teſtamentis & vltimis voluntatibus.* Subaudi & eorũ executione, ad cuius rationem reddendam religioſi etiam exempti ſunt compellendi.

*De ſepulturis.* Subaudi eccleſiaſticis regulariter prohibitis tempore interdicti eccleſiaſtici, aliàs exempti contra facientes eo ipſo ſunt excommunicati. Cap.ij.

*De decimis.* Subaudi non vſurpandis & appropriandis per religioſos, & de decimis beneficiorum ſecundum taxam & monetam loci exigendi abſque occupatione ornamẽtorum eccleſiaſticorum. Cap.ij.

*De regularibus.* Subaudi mendicantibus ſcilicet etiã licitè ad non mendicantes tranſlatis, nõ aſſumendis regulariter ad locum, nec vocem in capitulo, nec ad prioratus, & tacitè per annum profeſsis cum habitu profeſſorum. Cap.ij.

*De ſtatu monachorũ.* Subaudi nigrorũ & alborum moderando in veſtibus, cibo, potu & ſacramentis, vagatione & armis, & monaſteriis monialium viſitandis annis ſingulis. Cap.ij.

*De religioſis domibus vt epiſcopo ſint ſubiectæ.* Subaudi Beguinis abolitis &c.& piis locis, vt eorum cura non poſtponatur. Cap.ij.

*De iure patronatus.* Subaudi vt patroni per diœceſanũ compellantur ad aſsignandum congruam portionem preſentatis &c. & vt eorum plures hæredes vocem vnius tantũ habeant. Cap.ij.

*De cenſibus.* Sub. & procurationibus per religioſos regulariter ſoluendis viſitantibus in temporibus à iure ſtatutis. Et pedagiis & guidagiis non exigendis ab eccleſiaſticis vel eccleſiis. Cap.iij.

*De celebratione miſſarum.* Subaudi & diuinis officiis debitè celebrandis in cathedralibus & collegiatis &c.in quibus cõmenſales cardinaliũ & epiſcoporũ poſſunt ſe illis coaptare. Cap.ij.

*De baptiſmo.* Subaudi in eccleſiis & fontibus deputatis faciendo, ſalua neceſsitate & poteſtate deferendi principibus. aliàs præſumentes caſtigentur. Cap.j.

*De reliquiis & veneratione ſanctorum.* Subaudi in quibus dominus laudari iubetur, & de feſto ſacri corporis Chriſti cũ indulgentia. Cap.j.

*De immunitate eccleſiarũ.* Sub. regulariter ſeruãda, iuxta concilium generale & Lateran. reuocato ca.clericis.eo.tit.in.vj. Cap.j.

*De conſanguinitate & affinitate.* Subaudi regulariter nõ contrahenda in gradibus prohibitis, neque aliàs per clericos vel religioſos. aliàs eo ipſo ſunt excõmunicati ſçpius nuntiandi. Lib.iiij. Cap.j.

*De magiſtris.* Subaudi deputandis ad linguam Hebraicam, Arabicam, & Chaldæam docendam. Et de moderatione expenſarum circa doctoratum. Liber.v. Cap.ij.

*De Iudæis & Sarracenis.* Subaudi quibus Machometi nominis prohibetur inuocatio, & ad veneranda corpora ſuorum deuotorum peregrinatio. Cap.j.

*De hæreticis.* Subaudi per diœce. & inquiſitorem ſimul condemnandis &c.& de octo erroribus Beguinarum vel Beguinorum. Cap.iij.

*De homicidio voluntario & caſuali.* Subaudi commiſſo per furioſum, infantem, vel arctatum, vt non inducant irregularitatem. Cap.j.

*De vſuris.* Subaudi ſuper quibus ſtatuentes, aut ſtatuta non reuocantes, aut iudicantes quòd ſoluãtur, aut ſolutæ non repetantur, ſunt excommunicati, & quod eorum libri edantur, & pro hæreticis habeantur negantes eas exigere nõ eſſe peccatum. Cap.j.

*De exceſsibus prælatorum.* Subaudi non committendis & puniendis, ſcilicet ſi ſuis iuribus non contenti aliis iniuriãtur. Cap.j.

*De priuilegiis.* Subaudi miniſtrandi ſacramenta prohibitis religioſis, aliàs ipſo facto ſint excõmunicati. Et ꝙ liceat archiẽpiſcopis crucem ante ſe deferre etiam per loca exempta. Cap.ij.

*De pœnis.* Subaudi offendentium epiſcopos & filiorũ, & capientium eccleſiaſticos vt propterea renuntiẽt beneficiis, & excõmunicantur etiam religioſi prohibentes decimas ſolui. Cap.iij.

*De pœnitentiis.* Subaudi non iniungendis per quæſtores, aliàs puniuntur per ordinarium. Cap.ij.

*De ſententia excommunicationis*, Subaudi ipſo facto incurrenda à religioſis & dominis temporibus & eorum ſubditis violantibus interdictum: & vt ſorores, ſcilicet tertij ordinis tũc ad diuina non admittantur. Cap.iiij.

*De verborum ſignificatione.* Subaudi videlicet illius clauſulç, ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura &c. Et regulæ mendicantium. Cap.ij.

FINIS.

# Vita Clementis quinti, à quo Clementinæ dicuntur.

CLEMENS QVINTVS Natione Vaſco, Burdegalen. epiſcopus, Bertrandus Gotho antea vocatus: Peruſij à collegio cardinalium abſens poſt longam contentionem pontifex tandem creatur. Is autem electioni conſentiens, ex Burdegala Lugdunum profectus, eò cardinales omnes ad ſe vocat. qui ſine mora pontifici obtemperarunt, atq; ita curia Romana in Gallias tranſlata eſt, milleſimo trecenteſimo quinto: vbi etiam ad ſeptuaginta quatuor annos remanſit cum magno Chriſtianorum incommodo, potiſsimū verò vrbis Romæ: cuius templa magna ex parte ob ſolitudinem & ſitum corruère, abſentibus iis ad quos quidem ea reſtituere pertinebat. Coronationi autem pontificis interfuêre, & Philippus rex Franciæ, eiusq; frater Carolus nuper ex Italia reuerſus, & Ioannes Britanniæ dux: qui ruina muri oppreſſus moritur cum pleriſque aliis, dum pompa coronationis (vt fit) per vrbem ducitur. Philippus quoq; rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus eſt. Pontifex autem in tanta trepidatione ex equo deturbatus, ſolum carbunculū ex tiara amiſit pretij aureorum ſex milium, vt quidam ſcribunt. Peracto deinde ſolenni, ſedatisque rebus omnibus, Clemens multos cardinales Gallicos tum creat, ex Italia nullum: licet Ioanni & Iacobo Columnenſibus dignitatem cardinalatus integrā reſtituerit. Tres præterea cardinales cum ſenatoria poteſtate Romam miſit: quorum auſpiciis vrbs ipſa atque Italia gubernaretur. At verò cum cerneret Genuenſes & Piſanos inter ſe grauiſsimo bello implicitos, interimq; Sardiniā à Sarracenis occupatam eſſe: inſulam hac conditione Friderico Siciliæ regi conceſsit, vt primo quoque tempore eam pulſis inde hoſtibus recuperaret. Veneti autem cum Carolo ſecundo contra Imperatorē Conſtantinopolitanum fœdus ineuntes, eò Raſsianum regem perpulere anno milleſimo trecenteſimo ſeptimo, vt orthodoxæ fidei rationē à Romano pontifice peteret. Verum cum poſtea Veneti ac Carolus refrixiſſent, Raſsiani ipſi malo exemplo ſententiam mutant. Interim verò apud Nouarienſes noua hæreſis à Dulcino & Margareta inuenta eſt; qua mares & fœminæ ſimul habitantes in omnem libidinem prolabebantur. Fratricelli hi ſunt appellati. quos opprimere Clemens conatus, eò ſtatim milites quoſdam cum apoſtolico legato miſit: qui eos in Alpibus poſitos, partim inedia & frigore, partim armis oppreſsit. Dulcinus autem & Margareta viui capti membratim lacerantur, eorumq; oſſa combuſta diſsipantur. Reſcitum quoque eodē ferè tempore eſt, Templarios olim Chriſti milites à noſtris ad Sarracenos defeciſſe. Hanc ob rem interfecti ſunt, qui cōprehendi potuêre: eorumque bona partim Rhodiis militibꝰ qui inſulam pauloante occupauerant, partim verò nouis religionibus ſunt attributa. Iudæos quoq; Philippus rex Franciç cum ſingulis veſtimentis è prouincia ſua deiecit, direptis eorum bonis ob maleficia quædam & auaritiam. Verū cùm non ita multo poſt Albertum Imperatorem Ioannes ex fratre nepos interfeciſſet: omnes ferè ciuitates Ciſalpinæ Galliæ dominos ſibi eos delegere, quos antea capitaneos habuerant. Capitaneos enim perfectos vrbium vocant: vt Verona Scaligeros, Mantua Paſſerinos, Patauiū Cararienſes. Eſtenſes autem iampridem dominatur Ferrariæ potiebātur: ſed tunc potiſsimum Mutinam in poteſtatē ſuam redegêre. Nec indignatus eſt Carolus ſecundus Neapolitanus rex Beatricem filiam Azoni marchioni Eſtenſi in vxorē tum collocare. Verū Friſcus eius filius nouercam ſibi ſuperinductam cernens, patrem in carcerem coniectum necat, Ferrariaque potitur: impetrato à Venetis auxilio ad expugnandum Thedaldum caſtellum (ita accolæ vocant) ponti impoſitum. Tum verò cardinalis cognomento Pelagura, Bononiā à Clemente miſſus, Venetis ſub anathematis pœna imperat, vt à re Ferrarienſi abſtineant. Optabant quidem Ferrarienſes ipſi ditioni eccleſiaſticæ ſubeſſe. Hanc ob rem Veneti maturandū rati, caſtellum die noctu oppugnatum, tandem capiunt: quo facto Friſcus ipſe vindictæ cupidus, dimidiam Ferrariæ partem incendit: potiſsimum verò eorum domos qui rebus nouis ſtudere videbantur. At ciues tantam iniuriam nō diutius laturi, ſumptis armis Friſco dominatu eiecto Veneti ſeſe dedunt, cum cernerēt ſe ab his egregiè defendi poſſe. quare Pelagura indignatus, cruce ſignatos in Venetos & Ferrariēſes vndequaque properè ad ſe vocat. Clemens verò cognita Venetorum contumacia, & regnandi cupiditate, eis anathemate notatis ſacra interdicit, pro ſeruiſque, direptis eorū bonis vbicunq; locorum reperirentur, haberi iuſsit. Quamobrem gens ipſa mercaturæ admodū dedita, & in Anglia & in Gallia maxima incommoda perpeſſa eſt. Alios præterea cardinales in Ethruriam bellis tumultuātem pontifex miſit: qui Roberto Calabriæ duci Florentinis ac Lucenſibus reliquiſque prouinciæ populis mandarent, vt oppugnare Piſtorium deſiſterent. Paruêre tum omnes præter Florentinos & Lucenſes: quare his quoque ſacris interdictū eſt. Verùm abeunte Roberto Auenionem ſalutandi pontificis cauſa, Piſtorienſes diutino bello fatigati deditionem tandem fecêre. Captæ vrbis Florentini & Lucenſes mœnia euertunt, foſſas complent, agrum ſibi diuidunt: à ſanguine tamen ciuium temperatum eſt. Solū vrbis vtrique populo commune remanet: quod quidem Florētini non ita multò pòſt contra fœdera inter ſe & Lucenſes inita occuparunt, ducto circunquaque muro, elimatiſque foſsis. Iidem præterea vt omnia circunquaq; tutiora haberēt, Acianum gentis Vbaldinç caſtellum in agro Mugellano poſitum emptum pecunia diruunt: in planoque haud longè Scarpariam: vt paucis ante annis in valle Arni Caſtelfrancum & ſanctum Ioannem condunt. Miſſus tum quidem in Ethruriam Neapolio cardinalis Vrſinꝰ, qui res ipſas cōponeret, ſpretus à Florentinis & Lucenſibus eò iræ prorupit, vt anathema & interdictum publicè continuaret. Hanc ob rem Florentini clerum ipſum grauiſsimis exactionibus diu multumq; vexarunt. Vſi præterea hac ſæuitia ſunt: nam Curſium Donatū ciuem egregium & de repu. benemeritum interfecêre: quia Hugutionis Fagiolani filiam in vxorem duxerat: adeò nobilitatem odio habebant. Verū cum poſtea Pelaguram legatū in recuperanda Ferraria, caſtelloq; Thedaldo à Venetis occupato iuuiſſent, à pontifice in gratiam recipiuntur milleſimo trecenteſimo nono. Eodē verò anno Carolo ſecūdo rege Neapolitano mortuo, filius Robertus in regnum à pōtifice miſſus, Bononiam ad Pelaguram proficiſcitur: quem ſtatim eccleſiæ nomine tumultuanti Ferrariæ pręfecit. is autē Neapolim iturus Degum Catellanum virum inſignem cum cohorte equitum in præſidio reliquit. Qui vbi continere Ferrarienſes verbis & minis in officio nō poſſet; equites ex arce in ciues dimiſit, quorū de numero multos certè trucidauit: Ad octo nāque & viginti ex optimatibus Eſtenſium dominatum appetentes laqueo necauit. Eodem verò tēpore Henricus Lutzelburgēſis à Germanis Imperator electꝰ, hac quidem lege à pontifice confirmatur, vt intra biennium coronā Romæ habiturus Italiam ingrediatur. Hoc autem animo id egerat pontifex, vt Imperatoris aduentu motus Italici cōprimerentur. Imperator itaque omnia ſe facturum pollicitus, oratores ſtatim in Italiam ad populos & principes mittit: maximè verò ad Florentinos, qui tum Aretinos vexabant: petitque vt ſibi & exercitui ſuo hoſpitium in vrbe parēt, ac vexare Aretinos deſinant. Reſpondère tunc Florentini tantum quidem principem impudenter agere, qui Barbaros in Italiā ducere conetur: quā ipſe imperij cauſa à Barbaris tueri deberet. Aretinis præterea Imperatorem ipſum non bene conſulêre, quos ſciret Guelphos quidem ciues ſuos expuliſſe: exules enim ab Imperatore reſtitui conſueuiſſe, & extorres retineri. Ferunt tum Dantem Florētinos cæcos appellaſſe, quòd Imperatori tam inſulsè reſpondiſſent: quo certè nil poterat eſſe magis à repu. ſua alienum: maximè autem tāto principe cum tanto exercitu hoſtili animo aduentāte. Animos ſiquidem eis dabant Roberti regis promiſſa, qui in regnum proficiſcens factionis Guelphæ defenſorem acerrimum vbique ſe futurum pollicitus erat. Imperator autē ad Taurinos Alpes tranſgreſſus in plana deſcendens, omnes ferè ciuitatum principes honoris cauſa obuios habuit. Duæ tum præerant Mediolani factiones, quarum altera Turrianorum, altera Vicecomitū habebatur. Guelphis pręerat Guido Turrianus populi capitaneus: vt gentis vocabulo vtar. Gibellinis verò Maſeus vicecomes. Veritus autem Guido ne vicecomes Hērici gratiam ob factionem præoccuparet: contracto exercitu in agro Mediolanēſi caſtra ponit, viſurus (vt ipſe dicebat) quinam vrbem ſe inuito ingrederentur. Tum verò Maſeus nūtiis Imperatorē ipſum properè Mediolanum vocat ad vrbē (vt ipſe dicebat) imperij Romani domiciliū. Henricus itaq; copias vrbi admouens, magnos tum quidē tumultus ingreſſo iam Guidone concitauit: quos ſtatim rebus hoc modo cōpoſitis repreſsit, vt Guido Vercellis potiretur: Maſeus verò equitum ſuorum dux & præfectus haberetur. Potitus Mediolano Imperator omnes ferè ciuitates ſtatim in deditionē accepit, præter Alexādrinos. Coronam itaque ferream Mediolani accipiēs, quā modo etiam de more capere debuerat, tanta ciues impēſa vexauit, vt grauata onere plebs quę libertatem ſperabat, arma ſumpſerit. Tum verò Germani cum ab vtraque factione ſuos cædi viderent, ex ſuburbiis vrbē ingreſsi factionum capita ad ſe vocant. Galeatius autem Maſei vicecomitis filius, relicto domi genitore, cum magna clientum manu ad Imperatorem proficiſcitur: oſtenditq; Turrianos tyrānidem vrbis affectantes tantum tumultus cōcitaſſe. Hanc ob rem Germani cum Gibellina factione in vnū conuenientes, Turrianos nonnihil apud plateam ſanctæ Mariæ nouæ reſiſtētes ab vrbe pellunt: qui Guidone ſuadente Vercellas

cellas



cellas populariter petunt. Ex hac autem factione ad triginta interfecti referuntur, quorum de numero quatuor Turriani fuêre. Mouens deinde in Cremonenſes & Cremenſes Henricus qui Gibellinos eiecerāt, Guelphos ad ſuppliciū vocat: ſed libera Cremonenſium deditio Henricum mitiorem reddidit. In Cremenſes aliquantulum ſæuitū eſt: & eorū mœnia funditus euerſa ſunt. Parmenſes autem timore perculſi, qui Gilberto Corrigia ſuadente Rubeos in vrbē acceperant: pulſis Guelphis Imperatoris vicarium recipiunt. Tutati ſunt aliquamdiu ſe Brixiani: verùm cum acriter ab Henrico oppugnarentur, noctu ad montana confugientes, vacuā cultoribus vrbem reliquêre. Ingreſsi itaque Germani vrbis mœnia confeſtim demoliūtur. His autem vicinorum calamitatibus perterriti Mantuani, Veronenſes, Vicentini, Patauini, Taruiſini, Veneti, mandata Imperatoris ſtatim fecêre. Placentini quoque pulſo Alberto Scoto Guelphorū duce Imperatoris prefectum ſuſcipiunt. Compoſitis itaq; hoc modo Ciſalpinę Galliæ rebus Imperator cum Amadeo Sabaudiæ comite Piſanorum Genuenſiūque oratoribus ſubſequentibus per Placentinos iter faciens Genuam proficiſcitur. Quò etiam non ita multo poſt applicuère & legati Roberti Neapolitani & Friderichi Siculi regis, illi ſimulatam, iſti veram amicitiam præ ſe ferentes. Nam Robertus rex Mareſcallum ſuum cum duobus milibus equitum in Ethruriam miſerat, qui Florētinis & Lucenſibus, ſi opus videretur, contra Imperatorē auxilio eſſent. Verùm Henricus Piſas claſſe delatus præmiſsis terreſtribus copiis maximis incōmodis Lucenſes afficit. Libuit hactenus commemorare hæc incommoda Italis illata, quorum omnis culpa à quibuſdā in Clementem transfertur: qui Henricum impulerit cum exercitu Italiam ingredi. Sunt tamen qui ſcribant id ex vtilitate prouinciæ à Clemente factum ob inteſtina mala, quæ quotidie cum magna hominū cæde in vnaquaque ciuitate, imò in quouis paruo etiā caſtello committebantur. Cędebantur ciues, necabantur ſenes, alliſdebantur infantes, nec vllus crudelitati modus inerat: vnde Clementi placuit quod ſcriptum apud Homerum eſt: Vnus ſit princeps, ad quem omnia referantur. Henricus autem Romam verſus iter arripiens cum quingentis equitibus Lodouicum Sabaudienſem Amadei filiū præmittit, qui certè apud Stephanum Columnam non longè à Lateranenſi palatio diuertens, magnum Vrſinę factioni timorem iniecit. Henricus tamen Viterbium primò, inde Romam veniēs, effuſo obuiā Honorato quoque cum vrbana multitudine perbenignè ſuſcipitur. Coronatus deinde à tribus cardinalibus Romanos omnes in verba ſua (vt mos eſt) iurare compulit, edito ingēti cōuiuio, cui omnes ciuitatis proceres (exceptis dūtaxat Vrſinis) interfuêre. Ne tamen in tanta celebritate quidquā tumultus ob concitatas hominum mētes oriretur, milites ſuos in theatris, thermis locisq; munitis pro ſtatione collocauit: quibus præſidiis adeò confiſus eſt, vt auſus ſit etiam tributū inſuetum à populo exigere. Qua ex re omnes vtriuſque factionis ciues ad Vrſinos confugiunt: qui ędes ſuas prope Tyberim & Hadriani pontem ſitas validis præſidiis cōmunierant. Tum verò Imperator ira percitus ſagittarios nauales à Piſanis miſſos in vrbem contra Romanos vocat: quos certè nil tale metuentes Ioannes Roberti regis frater, qui ſuas nauales copias ſub Auentino collocauerat, facilè in fugā vertit: & intromiſſo equitatu haud longè in ſtatiuis collocato, populo Romano adiuuante Imperatorē ipſum Tybur abire coëgit. Diſceſsit & Ioannes Roberti frater cardinaliū iuſſu, vrbemque pacatam reliquit. Henricus autem Peruſio iter faciens, cùm Aretium perueniſſet, Robertū regem maieſtatis reum facit, citatumque nec apparentem regno priuauit: improbante eam rem Clemente, quòd in loco nequaquā idoneo tantam rem nec ad ſe pertinentem peregiſſet. Pontificis enim proprium eſſe dicebat regnum Siciliæ cis & vltra Farū dare & adimere. Mouens Aretio Imperator in Florentinos & Lucenſes cum Roberto ſentiētes copias ducit. Verū cum vrbem oppugnare non poſſet: occupato Bonitio eodemque munito Senenſibus bellum indicit, qui auarè nimium ac malignè commeatus ei ſubminiſtrabāt. At verò cum ægrotare cœpiſſet, ad Macereti balnea ſe contulit: vnde multò imbecillior quàm antea ad Bonconuētum rediit, vbi poſt aliquot dies moritur, non ſine ſuſpicione dati à Florentinis veneni, ſubornato pollicitationibus & præmiis monacho quodam, qui ei euchariſtiam veneno illitam dederat: vt nonnulli ſcribunt. Piſani autem mortuo Imperatore Florentinorum potentiā veriti, Vgutionem Fagiolanum ducem ſibi ac tyrannū deligunt: qui paulo pòſt ab equitatu cum Henrico militare ſolito adiutus, Lucenſes agris mulctatos in poteſtatem ſuā redegit. Clemens verò ad cætera mala quæ Italia patiebatur: audito incendio Baſilicæ Conſtantinianæ vehemēter indoluit, pecuniaſque clero ac populo Romano miſit ad templum reſtituendum, licet eo anno tanta caritate & penuria rerum laboratum in regno ſit, vt vix ad cibum & potū ſatis pecuniarum haberet. Quæ quidem mala & frequentes eclipſes ſolis, cometæq; portendebant: & ipſa peſtis qua ferè vbique tum laboratum eſt. Clemēs autem cùm animum ad componendū eccleſiæ ſtatum adieciſſet: ſacris ordinibus ter habitis, & pleroſque cardinales viros optimos creauit: & tribus conciliis diuerſis in locis variiſque temporibus habitis, multa prudenter & maturè egit. Nam & Dulcini ſectam eccleſiaſticos impugnantem (vt dixi) perdomuit, & Templarios ſuſtulit in maximos errores prolapſos, Chriſtum ſcilicet abnegantes: eorumq; bona Ieroſolymitanis militibus addixit, & regi Frāciç apud Pictauium quędam inhoneſta petēti quo minus id impetraret, reſtitit: nam & damnari Bonifacium, & abſolui Nogaretium ac Sarram petebat. Primum certè nunquā obtinuit, ſecundum poſtremo impetrauit, pollicente Nogaretio ſe iturum pœnitentiæ gratia contra Sarracenos: quam expeditionem Clemens ipſe maximè quidem optabat: vt ex eius conciliis apparet. Præterea verò & Cœleſtinum quintum approbatis eius miraculis in ſanctos retulit ſub nomine Petri confeſſoris: & librum Clemētinarū à ſe compoſitū in Viennen. concilio edidit. Deinceps verò variis ægritudinibus afflictatus (nunc enim dyſenteria, nunc ſtomachi ac laterum dolore cruciabatur) octauo Pontificatus ſui anno, menſe decimo, die quintodecimo moritur. Vacat tum ſedes annis duobus, menſibus tribus, diebus xvij. dum non ſatis inter cardinales conſtat quem potiſsimum deligant. Nec minor quidē diſcordia inter electores imperij tum fuit mortuo Henrico: cum alij Lodouicum Bauariæ, alij Friderichū Auſtriæ duces proponerent: quibus inter ſe pręlio concurrētibus, ſuperato Friderícho tanta ſuperbia Lodouicus elatus eſt, vt abſq; authoritate Romanæ ſedis & Imperatorem ſe appellauerit, & ita Vicecomitibus in Ciſalpina fauerit, vt Mediolano potiti ſint, quò ei facilius Romam proficiſci liceret ad coronam auream (vt mos eſt) accipiendam. Tum verò Hetruſci omnes ac maximè Guelphi trepidare cœperunt, quòd cernebant Lodouicum Imperatorem omnia imperij iura adiuuātibus Vicecomitibus & Vgutione Fagiolano Piſanorum & Lucenſiū tyranno breui repetiturum. Hanc ob rem & Guidonem & Petramalam epiſcopum Aretinum ac dominum, & Philippū Tarentinum principem Roberti regis fratrem in partes ſuas pollicitationibus & muneribus pellexêre. Multū enim Philippus equitatu & diſciplina rei militaris tum valebat.

FINIS.

TABVLA

## *TABVLA TITVlorum quinque librorũ Clementis quinti, ſecundum ordinem Alphabeti.*


A

APpellationibus. lib.ſecundo.col.152.
Aetate & qualitate. libro.j. 70

B

BAptiſmo, & eius effectu.lib.iij. 261

C

CAuſa poſſeſsionis. lib.ij. 108
Celebratione miſſarum.lib.iij. 257
Cenſibus.lib.iij. 251
Conceſsione præben.lib.iij. 184
Conſanguinitate & affinitate.li.iiij. 274

D

DEcimis.lib.iij. 212
Dolo & contumacia.lib.ij. 111

E

ELectione & electi poteſtate.lib.j. 33
Exceptionibus.lib.ij. 138
Exceſsibus prælatorum.lib.v. 303

F

FOro competenti.lib.ij. 100

H

HAereticis.lib.v. 282
Homicidio voluntario.lib.v. 298

I

IMmunitate eccleſiarum.lib.iij. 272
Iudæis & Sarracenis.lib.v. 280
Iudiciis.lib.ij. 93
Iure patronatus.lib.iij. 243
Iureiurando.lib.ij. 126

M

MAgiſtris.lib.v. 276

O

OFficio vicarij.lib.j. 77
Officio & poteſtate iudicis delegati.lib.j. 79
Officio iudicis ordinarij.lib.j. 81

P

POenis.lib.v. 314
Pœnitentiis & remiſsionibus. lib.v. 323
Præbendis & dignitatibus.lib.iij. 173
Priuilegiis.lib.v. 308
Probationibus.lib.ij. 121
Procuratoribus.lib.j. 83

R

REbus eccleſiæ non alienandis. li.iij. 189
Regularibus & tranſeuntibus ad religionem.lib.iij. 218
Religioſis domibus.lib.iij. 236
Reliquiis & veneratione ſanctorum.lib.iij. 263
Renuntiatione.lib.j. 64
Rerum permutatione.lib.iij. 295
Reſcriptis.lib.j. 19
Reſtitutione in integrum.lib.j. 91

S

SEntentia & re iudicata.lib.ij. 140
Sententia excommunicationis. lib.v. 326
Sepulturis.lib.iij. 198
Sequeſtratione.lib.ij. 118
Statu monachorum.lib.iij. 223
Summa trinitate.lib.j. 11
Supplenda negligentia prælatorũ. lib.j. 65

T

TEſtamentis.lib.iij. 196
Teſtibus.lib.ij. 123

V

VErborum ſignificatione.lib.v. 335
Vita & honeſtate clericorum. li.iij. 167
Vſuris.lib.v. 299
Vt lite pendente nihil innouetur. lib.ij. 113


## TABVLA OMNIVM capitulorum per Alphabeti ordinem & numerum foliorum ſingula demonſtrans.


A

AB eccleſia. 92
Abbates. 19
Abuſionibus. 325
Ad compeſcendas. 118
Ad noſtrum. in tit. de cenſi. 253
Ad noſtrum.de hęret. 292
Appellanti. 162
Archiëpiſcopo. 312
Attendentes. 232
Auditor. 28

C

CAuſa beneficiali. 108
Cauſam electionis. 43
Cedit quidem. 280
Conſtitutionem. 48
Cum à repulſione. 166
Cum conceſſa. 62
Cum de quibuſdam. 236
Cum eccleſiæ. 70
Cum ei quem. 184
Cum ex eo. 332
Cum illuſio. 64
Cum Iudæi. 123
Cum lite. 117
Cum rationi. 35
Cum ſecundum ſtatuta. 324
Cum ſit naturæ. 251
Cum ſit nimis. 278
Cupientes. 320

D

DIgnum prorſus. 260
Diœceſanis. 167
Diſpendioſam. 97
Dudum. 94
Dudum.in tit.de ſepul. 203

E

EOs qui.in titu.de ſepul. 198
Eos qui.de regular. 222
Eos qui.tit.de conſang.& affi. 274
Et ſi.in tit.de reſcriptis. 25
Et ſi.in tit.de offi.ordi. 82
Ex frequentibus. 327
Ex graui. 300
Excommunicationis. 138
Exiui de paradiſo. 335

F

FIdei catholicæ. 12
Frequens. 303

G

GEneralem. 76
Gratiæ. 29
Graui.de celeb.miſ. 258
Grauis.in titu.de ſent.excom. 330

I

IN plerique. 56
Inſtrumento. 84
Inter ſolicitudines. 276
Iudices. 80

L

LIteris. 122
Literas. 30

M

MOnaſteriorum. 190
Multorum.in tit.de hære. 282
Multorum.de pœnis. 319

N

NE conceſsione iuris. 195
Ne in agro. 224
Ne Romani. 36
Nolentes. 289
Non poteſt. 86

P

PAſtoralis. 144
Per literas. 177
Plures ab vno. 248
Præſenti.in tit.de cenſibus. 256
Præſenti.in tit.de baptiſ. & eius effectu. 261
Procuratorem. 90

Q

QVæ de eccleſiis. 78
Quandiu. 160
Quamuis rigor. 155
Quamuis ſacris. 100
Quia contingit. 239
Quia regulares. 67
Quod circa. 59
Quoniam qui. 170
Quoniam ex conſtitutione. 272

R

Religioſi.in tit.de priui. 308
Religioſi.in tit.de decimis. 213
Religioſus. 36
Religioſis.de teſta. 197
Romani. 127

S

SAepe contingit. 355
Si ante. 111
Si à iudicibus. 152
Si appellationem. 164
Si beneficiorum. 216
Sicut appellationem. 138
Si de beneficio. 181
Si dignitatem. 174
Si dominum. 263
Si duobus. 115
Si furioſus. 299
Si iuxta. 183
Si plures. 177
Si quis ſuadente. 314
Si Romanus. 180
Si ſummus. 334
Si vna. 192
Statutum. 61

T

TEſtibus. 125

V

VT calumniis. 141
Vt clericorum. 81
Vt conſtitutio. 244
Vt profeſſores. 218
Vt ij qui. 72


FINIS.



## *TABVLA MATEriarum Clementinarũ tam in gloſſa quã in additionibus ad marginem ſignatis.*


A

ABbas plus conſequitur per benedictionem, quàm abbatiſſa.col. 234.D
Abbates exempti vices epiſcoporum gerunt. 191.C
Abbates eccleſias vnire non poſſunt. 193.A.verſu.j.in glo.
Abbatiſſæ non omnes benedicuntur. 234.C
Abbatiſſæ benedictionem multa impediunt. 235.B
Abſtinentia eſt continentiæ nutrix. 225.A
Abſolutus in infirmitate ab inferiori, quando debet ſe repræſentare ſuperiori. 317.D
Acceptare valens intra menſem, an poſt menſem acceptare poſsit. 187.D
Acceptatio beneficij ſine executoris præſentia fieri poteſt. 188.D
Acceſſorij iure venit, quod principaliter non veniret. 177.C
Accreſcit alteri quod ab alio ſubtrahitur. 75.C
Acies quid ſit. 12.C
Actio alicui tripliciter attribuitur. 18.A
Actio popularis quandoq; intereſſe priuatum habet. 53.C.in gl.k
Actio in factum oritur ex ſententia definitiua. 165.D
Actorum quædam ſunt acta cauſæ: quędam iudicij. 359.B
Adulterij cauſa, an requirat ordinem iudiciarium. 98.D.in gl.t
Aequalitas debet eſſe in iudiciis, qualiter intelligitur. 124.C
Affigere quid eſt. 12.D
Agere volens de nullitate ſentẽtiæ, quid debet facere. 141.C
Alba dupliciter accipitur. 226.D
Album prætoris quid erat. 95.A
Alueus dupliciter ſumitur. 204.D
Ambiguitas eſt triplex. 8.C
Anfractus quid notat. 205.A
Anima quando infunditur corpori humano. 13.D
Anima eſt triplex. 17.C
Anima rationalis eſt forma corporis humani. ibid.
Animæ purgatorij ſunt Dei iudicio reſeruatæ. 325.D
Anni domini à quo tempore ſunt cõputandi. 14.B
Anticipatio vnde dicitur. 16.C.in gloſ.r
Antidotum & non antidorum dicendũ eſt. 134.B
Apex, & apes. 128.D.in gl.h
Apoſtoli qui dicuntur. 111.B
Apoſtoli intra xxx. dies ſunt petendi. 155.C
Apoſtoli varia habent nomina. 156.C
Apoſtolorum varia genera. 153.C
Apoſtoli dantur vt iudex ad quem inſtruatur. 156.C
Apoſtoli cuius expenſis ſunt tradendi. 157.B
Appellans ab electione, & appellãs à ſententia definitiua, diuerſimode onerantur. 151.D
Appellans ab vno ex pluribus iudicib⁹, an bene appellet. 155.D
Appellans ab interlocutoria, quid exprimere debet. 162.D
Appellans ante ſententiam, ſi poſtea appellat à ſententia, non ob id appellationi renuntiat. 111.D
Appellanti in cauſa beneficiali ſufficit ſolam appellationẽ appellato intimare. 154.D
Appellare tertiò non licet. 140.B. 166.B
Appellare ſecundò & ſuccumbere, tantum eſt quantum non appellare. 166.C
Appellare licet quandoque etiam ſecundum leges ab interlocutoria. 285.A
Appellari non poteſt in iudicio à grauamine futuro. 160.A
Appellatio non deuoluit ad curiam cauſas beneficiales, niſi multa concurrãt. 46.C
Appellatio qualiter interponetur à duobus iudicibus, qui etiam diuiſim haberi non poſſunt. 154.B
Appellatio à definitiua ex nouis cauſis iuſtificari poteſt. 163.B
Appellatio poteſt eſſe deſerta tacitè & expreſſe. 164.B
Appellatio poteſt interponi abſente appellato. 152.D
Appellationis proſequendæ quandò incipit tempus currere. 159.B
Appellationis notitia quandoque eſt plena & certa. 46.B
Appellationi ſuper beneficiis, tribus tẽporibus præſcribitur. 45.D
Appellatur à ſententiis auditorum curiæ. 120.A.in gl.g
Archidiaconus quis eſſe non poteſt in vigeſimo anno. 76.D
Archipresbyter ſi non ſit presbyter, an poſsit admitti ad eligendum. 74.B
Archiua ſunt armaria librorum. 137.A
Argumentum à contrario quandoque ceſſat. 328.D
Arma & tela differunt. 229.D
Attentata poſt citationem, iudicis officio reuocantur. 117.D
Atteſtationibus publicatis in principali non licet in cauſa appellationis teſtes producere ſuper eiſdem capitulis. 126.C
Auditor qualiter à papa deputetur. 28.C.in gl.e
Auditores quam iuriſdictionem habẽt. 28.B
Aurum & argentum prohibetur à Domino poſsideri. 344.D
Authorizans quandoque plus punitur quàm faciens. 303.A

B

BAlliuus. 317.A
Baptiſmo tria ſunt neceſſaria. 262.C
Baſilicæ, meſquitæ, ſynagogæ, differũt. 282.A
Benedictio ſolennis per quæ verba fit. 312.D
Benedictio abbatiſſæ an ſit iterabilis. 235.A
Beneficium accipiens cum animo retrocedendi, tenetur omnes fructus ex illo perceptos reſtituere. 71.D
Beneficium tempore datæ non creatum cum non debeatur impetranti: ſi data & creatio ſint eiuſdem diei, quis de prioritate probabit. 31.D.in gloſ.e
